


ARISTOTELIS
DE ANIMALIBVS HISTORIAE
LIBRI X.

GRAECE ET LATINE.

TEXTVM RECENSVIT
IVL. CAES. SCALIGERI VERSIONEM
DILIGENTER RECOGNOVIT
COMMENTARIVM AMPLISSIMVM
INDICESQVE LOCVPLETISSIMOS
ADIECIT
IO. GOTTLOB SCHNEIDER
SAXO.

TOMVS III.

LIPSIAE
IN BIBLIOPOLIO HAHNIANO
1811.



ADNOTATIONES

AD LIBRI I. CAPVT I.

1. *Εἰς πρόσωπα*] Venetus liber male *εἰς πρόσωπον* habet. Plura huius loci et capitis verba exscripsit auctor Isagogae editae a Bernardo (Steph.) p. 2.

ἴδια] Med. Venet. versio Thomae omisit, contra Gaza: *habeant tamen intra se partes diuersas suique generis opificia.* vnde Casaubonus suspicabatur, eum scriptum legisse *καὶ ἴδια αὐτοῖς ἔργα*. In Scoti versione nihil esse, quod his verbis respondeat, ait Camus. At Albertus: *quod in se continet multitudinem et vniuersitatem quandam partium compositarum ad singulos actus communes alicuius partis animae.* Vnde colligas, Scotum Graeca haec *πρὸς ἴδια ἔργα* reddidisse. Cum Codices optimi vocabulum *ἴδια* damnent, nec vllus cum Gaza faciat, interim seclusi.

καὶ σκέλος] Versio Thomae addit: *et tota tibia.* vnde suspicor, in eius libro fuisse *καὶ ὅλος ὁ μηρός*, vt sequitur *καὶ χεὶρ καὶ ὅλος ὁ βραχίων*. Deinceps ante *νεύρων* ex Veneto *καὶ* inserui.

2. *τὰ μὲν εἴδει*] Versio Thomae *εἴδη* reddidit. Deinceps *τρόπον ἵππου* Venet. Postea *et eorum quaecunque* pro *καὶ τῶν ἄλλων ζώων ὅσα* habet versio Thomae. *λέγομεν ἑαυτοῖς* vulgato *αὐτοῖς* ex Reg. Med. substituit Camus. Statim *ὁμοίως δὲ* reddidit Thomas. Denique *λέγεται δὲ γένος οἷον ὄρνιθος καὶ ἰχθύος* V. R. Versio Thomae *λέγω δὲ ταὐτὸν γένος* reddidit: *dico autem idem genus.*

γὰρ ἑκάτερον] Versio Thomae *ἑκάτερον γένος* reddidit, sed deinceps verba *κατὰ τὸ γένος καὶ πρὸς τὸ γένος* omisit. Contra Med. Vat. Reg. verba *καὶ πρὸς τὸ γένος*, quos sequitur Camus, qui ex Reg. *κατὰ τοῦ γένους* dedit. Contra Venetus verba *κατὰ τὸ γένος* omisit. Cum duo genera, vel, vt hodie dicimus, classes, animalium Philosophus nominauerit in exemplo, vtrumque membrum *κατὰ τὸ γένος καὶ πρὸς τὸ γένος* necessarium est; si vero vnum posuisset tantum, abesse debebat alterum membrum *καὶ πρὸς τὸ γένος*.

3. *τὰ πλεῖστα*] Vulgatum *πλείω* ex Codd. et versione Thomae Gazaeque correxit Camus. Sequens *ἐν αὐτοῖς παρὰ* *inter se ipsa praeter* vertit Thomas. Postea *ταῦτα πεπονθέναι* videtur Thomas scriptum legisse: *ista* enim habet. *τὰ αὐτὰ* ex Vat. Reg. dedit Camus.

Τὰ μὲν γάρ ἐστι] Versio Thomae sequens *αὐτῶν* retractum et post *γὰρ* collocatum reddidit. Verbum *ἐστι* et *αὐτῶν* cum Regio omisit Camus. Deinceps Camotiana, Med. Venet. versio Thomae, Scoti et Alberti *μαλακόσαρκα* — *σκληρόσαρκα* habent. Etiam Vat. Ambr. *μαλακόσαρκα* habent. Postea *ῥύγχος* Venet. Exemplum *ὥσπερ αἱ γέρανοι* cum Med. Vat. Reg. Ambr. versione Thomae omisit Camus. Gaza tamen cum Veneto reddidit. Albertus in exemplo rostri longi ciconiam, brevis psittacum nominauit. Equidem seclusi verba suspecta vel ideo, quoniam reliquis membris exempla non subiunxit Philosophus. Albertus praeterea in exemplo *πολυπτέρων* falcones, *ὀλιγοπτέρων* struthionem nominauit.

ἀλλ' ὡς εἰπεῖν] Versio Thomae *ἀλλ' ὡς ἐστὶν εἰπεῖν* reddidit. Sequens *συνέστηκεν* vulgato *συνίσταται*, quod Venetus tamen retinet, Thomas *constat* vertit, ex Med. V. R. A. substitui. Post *ἐναντίοις* copulam *καὶ* ex Medic. Venet. et versione Thomae inserui, vt paulo antea *τε* post *τοῖς* ex Mediceo. Statim *ὑπεροχὴν* ex Med. V. R. A. bis dedit Camus. Vulgatum *ὑπερβολὴν* vtroque loco retinet Venetus.

Ceterum copulam *καὶ* insertam defendit comparatio loci similis initio sectionis, vbi est *διαφέρει — τὰ πλεῖστα τῶν μορίων παρὰ τὰς τῶν παθημάτων ἐναντιώσεις, — ἔτι δὲ πλήθει καὶ ὀλιγότητι καὶ μεγέθει καὶ σμικρότητι καὶ ὅλως ὑπεροχῇ καὶ ἐλλείψει.*

τοῦτο ἐν ἰχθύϊ] Vulgatum *τοῦτο καὶ ἐν ἰχθύϊ* correxi ex versione Thomae et Veneto; hic tamen habet *τοῦτο ἐν τῷ ἰχθύϊ*. Sequebatur vulgo *Τὰ μὲν οὖν μόρια, ἃ ἔχουσι.* Camus ex V. R. A. versione Thomae *ὅσα* recepit: *μόρια ἔχουσι* omisso *ἃ* vel *ὅσα* Venetus. Equidem cum Med. et versione Thomae *Κατὰ μὲν οὖν τὰ μόρια* dedi, et articulum *τὰ* de meo inserui. Cum *μόρια* eadem sint et dicantur, quae *μέρη*, non poterant recte dici *τὰ μόρια* vel eadem esse vel diuersa cum aliis modis tum positione *τῶν μερῶν*; at recte possunt ipsa animalia.

Πολλὰ γὰρ] Versio Thomae *πολλὰ μὲν γὰρ* reddidit: eadem *πρὸς τῷ στήθει* scriptum sequitur, vti mox vulgatum *ἐν τοῖς μηροῖς* ex Med. Venet. et versione Thomae correxi. *in ventre sub coxis* Albertus.

5. *στερεά· ὑγρὰ μὲν*] Vulgo intersertum altero loco *οἷον* cum Veneto et versione Thomae omisi, quia statim sequitur *οἷον αἷμα.* Quod si priore loco toleraueris, altero erit delendum. Sequentia ita vertit Thomas: *humida quidem, quae totaliter manent donec vtique sint in natura.* Legit igitur scriptum *ὑγρὰ μὲν τὰ ὅλως μένοντα, ἕως ἂν ᾖ, ἐν τῇ φύσει.* Gaza: *quam diu in sede maneant naturali.*

ὁμώνυμον γὰρ τὸ μέρος] Vulgabatur: *ὁμώνυμον γὰρ πρὸς τὸ γένος, ὅταν τῷ σχήματι καὶ τῷ ὅλῳ λέγηται κέρας.* quam scripturam reddidit Gaza. Contra Thomas: *aequiuocum enim cum totum pars et figura dicatur cornu.* Legit igitur scriptum: *ὁμώνυμον γὰρ, ὅταν τὸ ὅλον μέρος καὶ σχῆμα λέγηται κέρας.* In Med. est *ὁμώνυμον γὰρ μέρος ὅταν τῷ σχήματι καὶ τὸ ὅλον λέγηται κέρας.* Etiam R. A. habent *τὸ ὅλον*. In Veneto est a prima manu scriptum

ὁμώνυμον γὰρ τὸ μέρος, ὅταν τῷ σχήματι καὶ τὸ ὅλον λέγηται κέρας. sed secunda correxit ὁμ. γὰρ πρὸς τὸ γένος. Vulgatam lectionem sententiae non congruere viderunt viri docti, quos nominauit Camus, *Debure S. Fauxbin* et *J. Goulin*, quorum ille totum membrum tanquam ex glossemate ortum tolli voluit, hic verò ὁμώνυμον in ὁμοιομερὲς mutari voluit. Priorem opinionem magis probauerim quam alteram, si vulgata scriptura omnino sensum probabilem haberet. Contra Medicei et Veneti lectio propius a vera abest, si post τῷ σχήματι inseras mecum ὅμοιον ᾖ et λέγηται mutaueris in λέγεται; quod feci, ita tamen, vt mea ab Aristoteleis separarem. Denique vulgatum ἕκαστον γένος cum Sylburgio correxi.

6. κατὰ μὲν τοὺς βίους] Ex Veneta μὲν inserui. Sequens αἱ τοιαίδε vulgato αἰτίαι δὲ, quod Gaza, vt potuit, vertit, ex Med. Canis. Veneto, Reg. Ambr. versione Thomae substituit Camus. Deinceps ἔνυδρα διχῶς Junt. Camot.

ἐνυδρὶς καὶ λάταξ] Gazae *lutrix*, *latax*. Alberto *andris et theutheath et avis quam Graeci vocant ausa salicis et illa quae non habent pedes, sicut graece nominata andro.* In Reg. est ἔνιδρις. De latace dicetur ad 8. c. 3. Postea αἴθια Reg. Abhinc κόλυμβος V. R. Ambr. Cf. ad 8. c. 3. Denique ἀκαλῆφαι vertit Thomas. ἀκαλύφη habet Ambr. Verba καὶ πεζὰ omisit Reg.

7. ποτάμια, τὰ δὲ λιμναῖα] Vulgatum ordinem θαλάττια, τὰ δὲ λιμναῖα, τὰ δὲ ποτάμια, τὰ δὲ τελμ. ex versione Thomae mutaui. Venetus τὰ δὲ λημναῖα, τὰ δὲ τελματιαῖα, τὰ δὲ ποτάμια habet. Sequens κόρδυλος vulgato κορδύλη ex Med. Veneto, Vat. R. A. substituit Camus. κορδίλης Junt. Camot. *Cordyla* Gazae, *cordilus* Thomae. Cf. dicenda ad cap. 5. Albertus: *rara et animal quod graeco nomine tharcoguaos dicitur.*

καὶ τῶν θαλαττίων — πετραῖα] Haec verba cum Codd. omnibus, versionibus Thomae, Scoti, Alberti et Gazae omisit Camus, ex sola Camotiana recepit Sylburgiana et

quae eam secutae sunt. Equidem hic ea commodius collocari puto quam infra sect. 13. vbi cum Codicibus reliquit Camus, ego vero sustuli.

σφὴξ] Aldina σφὶγξ habet. ἔντομα Albertus hoc in loco *rugosa et quae habent rugas anulorum in corpore* vertit, alibi semper *annulosa* reddidit.

ἔπειτα δὲ] Venetus δὲ omisit, rectius τὴν, quod vulgo ante ἄλλην legitur. Deinceps pro ἐμπίδων Med. et versio Thomae ἀσπίδων habent. Postea vulgatum γίνεται — ὁ οἶστρος ex V. R. A. correxit Camus. *fiunt istri* est etiam in versione Thomae. γίνεται γὰρ ἐξ Venet. Albertus *ambydes* et *astoror* nominauit. Ceterum vitium loci recte animadvertit Camus in Comment. p. 307. sed emendationem non attulit. Locus est clarissimus infra 5, 19. αἱ δ' ἐμπίδες γίγνονται ἐκ τῶν ἀσκαρίδων: et deinceps generatio ipsa describitur. Paulo antea vero est ibidem: ἐκ δὲ τῶν ἐν τοῖς ποταμοῖς πλατέων ζωδαρίων τῶν ἐπιθεόντων οἱ οἶστροι· διὸ καὶ οἱ πλεῖστοι περὶ τὰ ὕδατα γίγνονται, οὗ τὰ τοιαῦτά ἐστι ζῶα. Mihi sic videtur. Verba οἷον ἐπὶ τῶν ἐμπίδων non sunt integra, sed copulanda cum sequenti γίγνεται. Deinde verba ἐν τοῖς ποταμοῖς male a librariis coniuncta fuerunt cum mentione ἐμπίδων; hae enim non viuunt in aquis, sed earum laruae, ipsae aquarum viciniam habitant perfectae. Idem valet de οἴστροις. Videntur igitur excidisse verba quaedam intermedia de vermibus vel larvis ἐμπίδων et οἴστρων, ad quae pertinebant olim ista ἐν τοῖς ποταμοῖς, et sequentia ἐξ αὐτῶν οἱ οἶστροι. Ceterum ἐμπὶς est tipula Linnaei, οἶστρος videtur esse e genere culicis Linnaeano. Signum lacunae apposui.

8. τῶν ζώων] Haec duo verba omittunt V. R. A. Pro σπόγγος versio Thomae *fongus* habet; videtur igitur scriptum σφόγγος legisse. Colon ipsum significat, spongiam pertinere videri ad animalium genus argumento sensus manifesti.

οἷόν ἐστι γένος] In Cami editione ἐστι excidit. Deinceps

ἀκαλύφης Ald. Juntina et Ambr. habent, vt alibi. Postea ἀποδυόμεναι R. A. Denique ὁλουθούρια Ambr. αἰολοθούρια alicunde posuit Scaliger. Noster de Partibus Anim. 4, 5. τὰ δὲ καλούμενα ὁλοθούρια καὶ οἱ πνεύμονες, ἔτι δὲ καὶ ἕτερα τοιαῦτα ἐν τῇ θαλάττῃ μικρὸν διαφέρει τούτων (σπόγγων) τῷ ἀπολελῦσθαι· αἴσθησιν μὲν γὰρ οὐδεμίαν ἔχει, ζῇ δὲ ὥσπερ ὄντα φυτὰ ἀπολελυμένα. Vnde Plinius 9. s. 71. *multis eadem natura, quae frutici, vt holothuriis, pulmonibus, stellis.* Accuratius genus notis huiusmodi definire hodie non licet, et origo nominis latet.

τῶν δὲ χερσαίων] Versio Thomae τὰ δὲ χερσαῖα reddidit: deinceps Venet. ὄρνις καὶ μέλλιτα habet. Sequens διαφέρει omisit Med. Venet. a prima manu, et versio Thomae, vbi pro ἀλλήλων est *ad inuicem,* quasi πρὸς ἄλληλα fuisset scriptum. Pro εἰλητικὰ V. Ambr. δυτικὰ, Reg. εὔτικα, adscripto ἰλισπάστικα, Med. Canis. ἰλυσπαστικὰ, Venet. ὑλισπαστικά. In exemplo ἰλυσπάσεως noster de incessu animalium posuit βδέλλας et lumbricos. Contra ἕρπειν vel ἑρπύζειν dicit non solum infantes, sed et animalia omnia imparibus pedibus anterioribus et posticis, veluti de Partibus 4, 10.

9. μόνον ἐστὶν] Venetus ἐστὶν omisit. Sequebatur vulgo νυκτερίδες δίποδές εἰσι, καὶ τῇ φώκῃ κ. π. Interim Medicei scripturam recepi, cum vulgata sit absurda. Venetus nihil variat, nec de versione Thomae monuit Camus, vbi tamen insignis est varietas. Ita enim ibi legitur: *pro pennis habent pellem, pedem habent quemadmodum boui marino colobati pedes.* Scriptum igitur legit: νυκτερίδες δὲ ἀντὶ πτερῶν δέρμα ἔχουσιν· πόδα (μέντοι) ἔχουσιν ὥσπερ καὶ τῇ φώκῃ κεκολοβωμένοι πόδες. vel propius ad Medicei scripturam: νυκτερίδι δὲ ἀντὶ πτερῶν δέρμα, πόδες (μέντοι) εἰσὶν, ὥσπερ καὶ τῇ φώκῃ κεκολοβωμένοι πόδες.

τὰ ὅμοια αὐτῷ] Vulgatum αὐτῶν ex Vat. Ambr. versione Thomae et Alberti correxi. Deinceps τότε γὰρ ὁρᾶται omisso καὶ Venet. et versio Thomae. Postea vulgatum

ἄλλως ex Med. Venet. et versione Thomae correxi. Praeterea Thomas ὀρνίθιον pro ὄρνεον scriptum reddidit *auicilla*. Nunc ad rem. Hesychius: δραπενίδες, εἶδος ὀρνέου. vbi iam olim C. Gesner. δρεπανίδες correxit. Idem: δρεπανὶς, κέγχρος. vbi κεγχρὶς scribunt. Philoponus ad Aristotelem de anima, littera M. 6. οὕτω καὶ ἄποδά φαμεν ζῶα, οὐ τὰ μὴ ἔχοντα πόδας, ἀλλὰ τὰ μικροὺς ἔχοντα. Ἔστι δὲ πτηνόν τι τοιοῦτον, ἐοικὸς χελιδόνι, καθ' ἑσπέραν ἱπτάμενον, ὃ καλεῖται νυκτερίς. De postremo nomine dubito. Eustathius ad Odysseam p. 176. καὶ παρὰ Λυκίοις καὶ μέχρι νῦν· οὓς χελιδόνας τινὰς, ἃς οἱ ἰδιῶται πετροχελιδόνας φασὶν, ἐκεῖνοι καλοῦσιν ἄποδας. Alberti versionem posuit Gesner. Histor. Auium p. 545. quem ex Editione Mantuana comparatum cum Codice Msto et versione Scoti posuit Camus Notitiar. T. 6. p. 453. vnde nihil nisi nomina barbara lucramur. Rectius comparauerit lector nec sine fructu obseruationes Imperatoris Friderici II. de Venatione p. 13. ad quem locum annotaui quaedam de specie auium, quae transferre huc nolo. Fuit tamen, qui apodem Aristotelis et Plinii de Procellaria Linnaei interpretaretur, secutus exemplum Pennanti. Falculam Gaza etiam ripariam vocavit, taxatus eam ob causam. Plinius 11. s. 107. *Qui negant volucrem vllam sine pedibus esse, confirmant et apodes habere et hirundinem et drepanin in eis, quae rarissime apparent.* vbi Codd. scripti pro *hirundinem* habent *ocen, oten, rectorem, nectorem.* Ex postrema scriptura Hermolaus Barbarus *nycterim* coniecerat, quem Pintianus refutauit, qui locum Joannis Philoponi ignorabat, vnde Hermolai coniecturae poterat auctoritas aliqua conciliari. De apodibus dicetur accuratius infra ad 9. c. 30.

10. μονωτικά] Vulgatum μοναδικά ex Med. Veneto, Camis. Vat. Reg. correxi. *solitaria* versio Thomae. Igitur etiam altero loco, qui statim sequitur, vulgatum μοναδικῶν corrigendum fuit, vbi libri scripti tacent. Verba σποραδικά ἐστιν· ἀγελαῖα μὲν οὖν vertit Thomas: *dispersa.*

Sunt autem gregatilia. Legit igitur scriptum: *σποραδικά.* Ἔστι δὲ ἀγελαῖα.

γέρανος καὶ κύκνος] Albertus nominauit *sturnos et auem, quae Gurat ab immutatione dicitur.* Alibi *Gurse* nominat emberizam, olim *Gorse* vocatam, vt docet Frischii Lexicon p. 337.

δρομάδας] Albertus: *sicut allec et delphini et quod graece dicitur domodes et thobaubi, lamodech et amya.* Deinceps θύνοι Junt. Camotiana; vulgatum πηλαμίδες ex Med. R. A. correxi.

11. γέρανος μὲν καὶ τὸ τῶν] Ex Veneto μὲν adsciui. Deinceps pro μυρία ἄλλα post formicas Albertus locustas nominauit. Statim vulgatum μοναδικῶν correxi etiam nullo libro auctore.

σαρκοφάγα, τὰ δὲ καρποφάγα] Hoc ordine collocata verba et membra orationis habet versio Thomae, cum vulgo post παμφάγα sequatur τὰ δὲ καρποφάγα. Deinceps verba ὀλίγοις τῶν omisit et γλυκέσι scriptum vertit Thomas.

θησαυριστικά] Nominauit Albertus in exemplo formicam et murem montanum. οἰκητικὰ Gazae sunt *quae domicilia sibi parant.* Post formicam Codd. V. R. A. cum versione Gazae *muscam*, μυῖα, interserunt inepte, si de vulgari musca dicitur. Contra Albertus formicam et vulpem nominauit, addens: *quaedam autem nec de habitatione habent sollicitudinem, sicut musca et multa de genere rugosorum animalia.* Vnde suspicari possis, Scotum scriptum legisse ἄοικα δὲ μυῖα καὶ πολλὰ τῶν ἐντόμων. Non inepte.

12. τοῖς τόποις] Ne superuacuum putes additamentum, intellige τῶν οἰκήσεων. Inter equum et canem Albertus ceruum interserit, et τρηματώδη vertit *quae faciunt sibi foueas.* Gaza *foramina sibi excauant*, Thomas *foraminosa.* Igitur est pro τρητικά, vt ἄτρητα actiue sunt, quae nulla sibi foramina excauant.

Ἔτι δὲ ἥμερα καὶ ἄγρια· καὶ τὰ μὲν ἀεὶ,] Vulgatum *Ἔτι τὰ μὲν ἥμερα, τὰ δὲ ἄγρια· καὶ τὰ μὲν ἀεὶ,* ex V. R. A. Camus mutauit in *Ἔτι δὲ ἥμερα καὶ ἄγρια. Ἥμερα καὶ ἄγρια τὰ μὲν αἰεὶ.* Equidem Venetum secutus sum. In sequentibus *αἰεὶ ἥμερα· τὰ δ' αἰεὶ ἄγρια* dedit Camus. Vulgo erat *ἀεὶ ἥμερα· καὶ ἄγρια.* Sed *τὰ δ' ἄγρια* cum Veneto habet versio Thomae, qui *πάρδαλιν pardum* reddidit. Albertus: *lupus et turtur, quae graece secundum aliquos fechyd.* Ceterum cum h. l. homo et mulus in exemplo *τῶν ἀεὶ ἡμέρων* nominentur, apparet, recte mox vocabulum *ἄνθρωποι* inter *ὗες* et *πρόβατα* importune intersertum omittere Thomam, quem sequor, quamquam is etiam vocem *βόες* omiserit.

13. *σιγηλὰ*] Pro *κωτίλα* Med. *κευτίλα* habet, quod Grammaticus cum aliquis in margine *λάλα* interpretatus esset, male postea librarii membrum *τὰ δὲ λάλα* inseruerunt post *σιγηλὰ*, quod tamen Codices omnes omittunt, quos secutus est Camus. Versio Thomae et Gazae idem omittunt, sed Thomas praeterea membrum *τὰ δ' ἄνῳδα* omisit, et pro *σιγηλὰ* habet *sibilatiua*, quasi *σιζηλὰ* scriptum legisset.

πάντων δὲ κοινὸν] Versio Thomae: *omni autem commune genus columbae circa coitus.* sed supra verba *genus columbae* alia manus scripsit *vacat.* Ergo librarii errore verba haec ex sequentibus huc tracta sunt, vbi Thomas *ἄγροικα agrum habitantia, φάττα* vero *fatga, genus columbae,* interpretatur. Albertus *ἄγροικα* reddit: *habitant agros planos et campos.*

ἀγνευτικὰ] Accorambonus *ἀγονευτικὰ* ex Codice aliquo annotauit. *non multum spermatica* vertit Thomas. Alberti versio pro *κορακοειδῶν γένος* habet: *sicut auis, quae graece gracocedron dicitur, latine autem coruus.* Sequens *σπανίως* Med. dicitur in *πάντα* mutasse. Post *ποιεῖται* vulgo inserta leguntur verba *Καὶ τῶν θαλαττίων*

— τὰ δὲ πετραῖα. quae cum Camotiana rectius supra sect. 7. posui.

14. ἀμύνεται] Versio Thomae *insurgunt;* eadem post διαφέρουσι δὲ insertum καὶ reddidit, quod recepi.

δύσθυμα] Gazae *remissae et minime peruicaces,* Thomae *irascentia,* ἐνστατικὰ Alberto *impetuosa.* ἀμαθῆ Gazae *bruta.* Pro ὗς Aldina ὄνος habet, pro ἔλαφος Thomae versio *elephas.* Sequebatur vulgo καὶ λαγὼς, δασύπους. Sed versio Thomae simpliciter *leporem* nominauit, et Codices Cami omnes omittunt verba καὶ λαγὼς, quos ille secutus est, monente iam olim Bodino ad Oppianum p. 100. Salmasio et Bocharto Hieroz. III, 32. Venetus tamen liber λαγωὸς δασύπους habet, et Gaza vertit *lepores, cuniculi.* Sed Graeci huius temporis cuniculum ignorarunt. Copulam καὶ equidem seruandam censui.

ἀνελεύθερα] Thomas *illiberalia* vertit, quasi ἀνελευθέρια scriptum legisset, vt paulo post ἐλεύθερα *liberalia* vertit, vbi ἐλευθέρια scribendum esse, miror neminem admonuisse. Contra ἀνελεύθερος recte dicitur illiberalis. Pro ὄφεις vulgato ex Reg. Ambr. ὄφις dedit Camus. Ceterum Gaza εὐγενὲς nobile, γενναῖον generosum interpretatus est. Ita Pindarus Pyth. 8, 62. φυᾷ τὸ γενναῖον ἐπιπρέπει ἐκ πατέρων παισὶν λῆμα. quo respiciens Plutarchus Arati c. 5. ἀλλ' ᾧ γε φύσει τὸ γενναῖον ἐπιπρέπει, ἐκ πατέρων κατὰ Πίνδαρον.

15. θυμικὰ καὶ φιλητικὰ] Reg. Ambr. θυμωτικὰ καὶ φιλωτικά. Deinceps vulgatum ταὼν ex Veneto, Vat. R. Ambr. correxi. Postea vulgabatur βουλευτικὸν δὲ καὶ μόνον οἷον ἄνθρωπος. Copulam omisi auctore Veneto et versione Thomae, οἷον vero cum Med. V. R. A. versione Thomae, Scoti et Gazae.

ἀναμιμνήσκεσθαι δὲ οὐδὲν] Vulgo intersertum καὶ post δὲ omisit tacitus Camus, consentiente Veneto et versione Thomae. Deinceps vulgatum ἕκαστον monente Sylburgio

correxi. Denique copulam *καὶ* vulgo post *λεχθήσεται* intersertam cum Veneto et versione Thomae omisi.

CAPVT II.

1. *ᾧ δέχεται*] Vulgatum *ὃ δ.* ex Med. Reg. et versione Thomae correxi, vt sequens *διαφέροντα* vulgato *διαφέρονται* substitui ex versione Thomae, admonente etiam Sylburgio de vitio. Deinceps verba *πρὸς τούτοις* eadem versio recte omittere videtur. Nihil enim fere aliud nisi praecedens *μετὰ δὲ ταῦτα* significant. Post *τροφῆς* quae seclusi verba, cum Juntina et Gaza omisit Camus. Sane vt vulgo leguntur scripta, superuacua sunt; sed Thomas *ᾗ λαμβάνει* scriptum legit et vertit *aut suscipiunt.* De vna vero parte, non de duabus loqui voluisse Philosophum, arguit sequens *τοῦτο.*

ᾧ μὲν λαμβάνει] Ita cum Casaubono correxi vulgatum *ὃ μὲν,* quanquam Codices *ᾗ μὲν* praeferant; ex versione Thomae *vocatur autem qua recipit* posuit Camus, sed in Lipsiensi libro est *in quo recipit.* *τὸ δὲ λοιπὸν* significat partes ventri adiunctas, intestina nempe variis nominibus distincta.

2. *ἐκείνης οὐ πάντα· διὸ*] Vulgatum *ἐκείνου* in *ἐκείνης* mutant Med. V. R. A. Praeterea Med. verba ita mutata distinxit: *ἐκείνης δ' οὔ. Πάντα δὲ ὅσα.* Equidem ex versione Thomae post *ὅσα* prius *μὲν* inserui. Sed in hoc loco vitium insigne inhaeserat, de quo nemo admonuit. Legebatur enim *ἔχει καὶ τῆς ξηρᾶς τροφῆς:* quod membrum opponitur priori *ὅσα μὲν ἔχει δεκτικὰ μόρια τοῦ ὑγροῦ περιττώματος,* atque omnino propositio denunciat *διττὸν περίττωμα.* Contra vulgata in altero membro excrementum liquidum, in altero siccum alimentum pro excremento nominat. Tamen in extrema sectione recte est *κοιλία δὲ τὸ τῆς ξηρᾶς:* vbi postremum *ξηρᾶς* refertur ad antecedens *περιττώσεως.* Gazae versio hac absurditate Philosophum liberat. Ita enim habet: *quae partem illam hu-*

midi excrementi capientem habent, haec sicci quoque receptaculum continent. Praeterea is recte cibi (τροφῆς) receptaculum *ventriculum* (κοιλίαν), excrementi vero *aluum* nominauit. Gazam voluit imitari Camus de verborum conditione non solicitus. Posuit enim: *les animaux qui ont des parties destinées à recevoir le superflu des nourritures liquides, en ont d'autres pour le superflu des nourritures seches.* Is praeterea alteram hanc κοιλίαν *les intestins* nominauit; quod, quamquam falsum, poterat excusari, nisi idem antea verba de cibi receptaculo, εἰς ὃ δὲ δέχεται, κοιλία, vertisset: *celui où ils se rassemblent, ventricule et intestins.* Itaque ciborum receptaculum et excrementorum siccorum vnum idemque absurde facit. Remedium, quod adhibuit Camus, cum verba ἔχει καὶ τῆς ξηρᾶς τροφῆς verteret, *en ont d'autres pour le superflu des nourritures seches,* non procedit, nisi scripseris ἔχει καὶ τοῦ (περιττώματος) τῆς ξηρᾶς τροφῆς. Sed, vti dixi, propositio duplex excrementum habet, liquidum alterum, cui necessario siccum, non alimentum, sed excrementum respondere debebat. Vitium latens arguit etiam scriptura omnium Codicum ἐκείνης pro ἐκείνου; quo significatur, nomen femineum περιττώσεως antecessisse, quod si vulgato τροφῆς, vti feci, substitueris, sana omnia et integra praesto. De κοιλίᾳ hac altera, quae Camum fefellisse videtur, infra accuratius dicetur a nostro c. 16. vbi ἡ κάτω κοιλία audit.

3. *Τῶν δὲ λοιπῶν*] Generatim nominauerat animalia, quae simul os et ventriculum habent, aut alterum tantum; deinceps quae vesicam simul et aluum habent, aut vesica carent. Reliqua nunc dicit animalia respiciens ad reliqua membra et partes communes vel singulares animalium, Camus omisit in versione.

ἀφίησι] Vulgato ἀφιᾶσι ex Codd. substituit Camus. Deinceps versio Thomae scriptum reddidit καὶ τούτων τοῖς μὲν ὑπάρχει. Pro ζώων Gazam ζώου scriptum legisse

et vertisse, monuit Sylburgius, qui post ἀφιὲν intelligi ἐστὶ aut ἀφίησι scribendum censet. Pro εἰς ἕτερον Thomas εἰς τοῦτο scriptum vertit.

Ἐνίοις δ' οὐκ ἔστι] Vulgatum ἐν ἐνίοις ex Vat. Reg. correxit Camus, qui deinceps etiam iisdem auctoribus, cum quibus facit versio Thomae et Gazae, omisit ἢ, quod vulgo post θῆλυ intersertum legebatur. Postea ἀναγκαιότατα sine ὄντα habent Codices et versio Thomae, vnde recepit Camus, retento tamen ὄντα. Noster de Part. anim. 2, 10. πᾶσι τοῖς ζώοις τελείοις δύο τὰ ἀναγκαιότατα μόριά ἐστιν, ᾗ τε δέχονται τὴν τροφὴν, καὶ ᾗ τὸ περίττωμα ἀφιᾶσιν. Vulgabatur autem h. l. ἀναγκαῖα ὄντα.

CAPVT III.

1. αὐτὴ] Omisit versio Thomae; quare seclusi. Contra Gazae versio αὕτη reddidit *sentiendi vis ista.* Pro ἀνώνυμόν ἐστι versio Thomae habet: *innominata autem est.* Habuit igitur δὲ additum in libro suo, et sequens γὰρ omisit. Postea pro ἔτι Camot. ὅτι habet.

2. αἷμα καὶ φλὲψ] Ita cum Gazae versione Camus. Edd. pr. et Sylburgiana τοῖς δὲ καὶ φλὲψ. Med. R. A. versio Thomae τοῖς δὲ φλὲψ. Sequentia magnam habent difficultatem in verbis ἔστι δ' ἀτελῆ ταῦτα: maiorem etiam in istis οἷον τὸ μὲν ἰὸς, τὸ δὲ ἰχὼρ, quae Gaza vertit ita: *quae quidem imperfecta sunt, atque alterum fibra, alterum sanies dicitur.* Is igitur ἲς pro ἰὸς scriptum legit, quod auctoritate Scaligeri et Casauboni permotus recepit Camus, locum interpretatus ita: *Ces parties, lorsque elles ne sont pas parfaites, ne sont que des fibres et de la limphe.* Verum de partibus imperfectis Philosophus minime loquitur, nec sententia ea loco et disputationi huic conuenit. Deinde quid significari voluerit vocabulo ἲς Camus, nec ad hunc locum nec in Commentario dixit, vbi obiter tantum sententiam huius loci attigit. Casaubonus vero, cuius annotationem repetiit Duval, comparauit locum de Partibus 2, 4.

vbi partes sanguinis, vt in Historia etiam pluribus in locis, facit ἶνας καὶ ἰχῶρα, fibras et lympham, et in fibris coaguli naturam inesse censet. Haec vero notio ἰνὸς et ἰχωρος plane aliena est a loci sententia, quae desiderat ea, quae sanguinis rubri vices gerunt in animalibus minus perfectis, quae vulgo ἄναιμα vocantur, quasi sanguine careant. Recte vero Scotus eumque secutus Albertus loci sententiam vidit, quanquam prauam scripturam ἰὸς secutus. Hic enim ita: *Haec autem humiditas in multis animalibus perfectioribus est sanguis, et in aliis minus perfectis aut aquariis est alia humiditas, quae est loco sanguinis, sicut venenum est humiditas draconis — et est in aliis humiditas non completa, pallida, quae declinat ad aquositatem, sicut virus, quod est in animalibus.* Recte Albertus ἀτελῆ de animalibus perfectis interpretatus est, quibus mox opponit philosophus τὰ τέλεα, et quidem vel ἄποδα vel δίποδα vel τετράποδα; ex quorum enumeratione sequitur, ea, quae deinceps ἄναιμα dicuntur, intelligenda esse ἀτελῆ, minus perfecta animalia. Quid igitur ἲς significat, si pars sanguinis non est? Duo proposuit Philosophus in animalibus perfectis et coniunxit, αἷμα καὶ φλέβα, contentum et continens; quibus necessario in minus perfectis respondere debent ἲς καὶ ἰχώρ. Constat autem, ἰχῶρα esse liquidum; hic igitur sanguini perfectorum animalium respondebit; atque ita necesse est, vt ἲς venae (φλεβὶ) respondeat. Comparet nunc lector locum 3. c. 4. vbi de venis disputatur. Ibi est de venis mesaraicis: στεναὶ γάρ εἰσι καὶ ἰνώδεις· λεπτοῖς γὰρ καὶ κοίλοις καὶ ἰνώδεσι τελευτῶσι φλεβίοις. Ipsum etiam vocabulum ἶνας de venis minutissimis et fere obscuris posuit extremo capite eodem: οἱ δὲ ὀλίγας καὶ ταύτας ἶνας ἀντὶ φλεβῶν ἔχουσι. Superest ἰχώρ, de quo non est opus multa disputare, si modo locum Homericum Iliadis 5, 340. comparauero, vbi est de dea vulnerata: ῥέε δ' ἄμβροτον αἷμα θεοῖο, ἰχώρ, οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι. Hinc ibidem dii

ἀναίμονες dicuntur, quia sanguinem humanae naturae et temperaturae non habent, sed eius loco alium liquorem ei respondentem, quem poeta *ἰχῶρα* vocat. Hunc eundem vocabuli vsum ad animalia imperfecta transtulit Aristoteles. Auctor odarii inter Anacreontica suauissimi in cicadam *ἄναιμον* dixit insectum, eamque etiam ob causam diis *ἀναίμοσιν* Homericis assimilauit. Insecta vero etiam Philosophus *ἄναιμα* dixit et animalibus minus perfectis annumerauit.

τοιούτῳ τινὶ] Vulgatum *τοιούτων* tacite correxit Camus, consentiente versione Thomae. Gaza vertit *aut aliqua generis eiusdem*. Camus: *ce qui y répond.* Sequens *τοῖς δὲ ἐν τῷ ἀναλόγῳ* dedit Camus pro vulgato *τοῖς δὲ τὸ ἀνάλογον*. Fatetur tamen in M. V. A. esse scriptum *τοῖς δὲ ἐν τῷ ἀνάλογον*. Saepissime variant libri scripti et editi casus obliquos vocabuli huius, vbi aut separatim scribendum est *ἀνὰ λόγον*, aut regula vna constansque sequenda ea est, vt vbique etiam contra librorum auctoritatem in casibus obliquis *ἀναλόγου*, *ἀναλόγῳ*, *ἀναλόγων*, *ἀναλόγοις*, *ἀναλόγους* scribatur. Posteriorem rationem equidem optaui, tanquam faciliorem, dubius adhuc, an rectiorem. Sequentia verba ita breuiauit auctoritate Codd. Camus: *Πᾶσι δὲ ἐν τοῖς ὁμοιομερέσιν. Αἱ δὲ ποιητικαὶ* et cetera. Equidem nihil sum mutare ausus, cum et Gaza vulgatam expresserit; quanquam Thomas aperte *ἐν τῷ ἀναλόγῳ πᾶσιν* scriptum reddidit, reliqua vero vsque ad *Αἱ δὲ ποιητικαὶ* omisit. Hanc Thomae rationem et scripturam totam probare debebat Camus, aut verba omnia suo in loco relinquere. Compendium enim illud receptum a Gallo sensum habet difficiliorem et minus grammatice perfectum. Ceterum *ἐν* post *πᾶσι δὲ* ex Camotiana inseruit Sylburg.

Sensum tactus inesse carni et in ea parte, quae carni respondeat in animalibus minus perfectis, docet noster etiam de Anima 2. c. 11. *καὶ τί τὸ αἰσθητήριον τὸ τοῦ*

ἁπτοῦ ἁπτικόν; πότερον ἡ σὰρξ, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις (in minus perfectis animalibus) τὸ ἀνάλογον, ἢ οὔ; ἀλλὰ τοῦτο μέν ἐστι τὸ μεταξὺ, τὸ δὲ πρῶτον αἰσθητήριον ἄλλο τι ἐστὶν ἐντός. Instrumentum igitur tactus hoc quidem in nostro loco aperte posuit sanguinem et partes sanguine repletas carneas; hinc infra dicitur cor sensuum omnium fons, quia venae omnes a corde proficiscuntur. Contra veteres physiologi ante Aristotelem venarum originem a cerebro duxerant omnes. Sensuum vero instrumenta a cerebro ducta et per totum corpus deriuata ignorauit cum aeno suo Aristoteles, et neruorum munera ad venas transtulit, quae paulatim in carnes dispersae euanescant.

3. ἐν ποσὶν] Versio Thomae ἢ ποσὶν scriptum reddidit. Eadem sequentia καὶ ἵπποι omisit. Postea vulgatum τελέα mutato accentu correxit Camus ex admonitione Sylburgii. Denique πλείω πόδας ἔχει τῶν τεττάρων R. A. habent.

CAPVT IV. (vulgo V.)

1. Τούτων δὲ τὰ μὲν] Intellige τῶν ἐνύδρων. Deinceps βράγχια habent scriptum Edd. veteres omnes hoc quidem in loco, alibi βραγχία. Postea φάλλαινα bis habet Med. *chalene* Alberto, *calane* Vincentio Speculi natur. 17, 2.

διὰ τοῦ νώτου] *per dorsum* Thomae, *a dorso* Gazae. Rectissime Albertus: *in delphino est posterius in capite.* Omnibus enim cetis fistula per cranium ante cerebrum tendit; differentiam situs apparentis facit diuersa capitis et cranii longitudo.

τὰ δὲ ἀκάλυπτα] Intellige τὰ σελάχη, quod ipsum statim sequitur, quasi in exemplo positum. Nam praeter cartilagineos pisces nulli branchiae nudae et detectae sunt. Pro βάτοι versio Thomae βάτραχοι scriptum *ranae* reddidit. Albertus nominauit *kelon, bato, halan,* Vincentius l. c. *cheleti et halan.*

σκώληξ δὲ, ἐξ οὗ ὅλου ὅλον ἄλλο] Ita ex Codd. Canis.

et versione Thomae scripsit Camus. Edd. pr. verba ὅλου ὅλον omittunt, quae cum Camotiana Sylburgiana eamque secutae Editiones post γίγνεται inserunt. Consentit etiam cum nostra scriptura versio Scoti et Alberti et Gazae. Ceterum hunc locum et vsum Aristotelicum loquendi egregie illustrauit Fabricius ab Aquap. p. 11. Operum Anatomicorum. Oua scilicet insectorum minutissima et fere inconspicua sunt, ita vt vermes tantum inde exclusi conspiciantur. Quare Philosophus pro ouis fere vbique σκώληκας nominavit; interdum tamen etiam σκώληκας ᾠοειδεῖς et σκωλήκια ᾠοειδῆ, velut histor. 5, 26. et 28. Non dubitauit tamen simpliciter oua appellare locustarum et bruchorum 5, 28. 29. Cum ouo comparauit etiam vermem aurelia inclusum hist. 5, 28. quod aurelia putamen et fere figuram oui habet. Aureliam etiam interdum σκώληκα ἀκινητίζοντα vocat.

2. φανερὸν τῶν μὲν] Versio Thomae ἀπὸ τῶν μὲν scriptum reddidit *ab his quidem perfecto.* Deinceps δίχροια cum Basil. Sylburgiana eamque secutae Editiones habent. Post οἷον τὰ τῶν σελαχῶν Gazae versio habet: *quale cartilaginea vermesque pariunt. Vermes item aut continuo mobiles sunt* etc. Sed Codices additamento illo carent.

CAPVT V.

ἀρτίους ἔχει πόδας] Addunt V. R. A. ὥσπερ ἔχει πόδας. Similiter fere Gazae versio: *Verum quaecunque ambulant, omnia pedes pari numero possident.*

2. τέτταρα — πρανέσι — ὑπτίοις] Thomas ἐν πρανέσιν, *in dorsalibus*, Gaza *parte prona* — *supina* reddidit. Albertus: *in facie hoc est anteriori corporum suorum, quod est venter et pectus.* Noster de Incessu c. 18. vbi pisces cum auibus comparat: τοῖς μὲν γὰρ ὄρνισιν ἄνω αἱ πτέρυγές εἰσι, τοῖς δὲ πτερύγια δύο ἐν τῷ πρανεῖ. καὶ τοῖς μὲν ἐν τοῖς ὑπτίοις οἱ πόδες, τοῖς δ᾽ ἐν τοῖς ὑπτίοις καὶ ἐγγὺς τῶν πρανῶν πτερύγια τοῖς πλείστοις. Aristoteles quatuor tantum piscium pinnas numerauit, pectorales scilicet et

ventrales, quas pedum loco esse voluit. Quae plures enim quatuor pedibus habent animalia, ad *ἄναιμα* et imperfecta, vt sunt fere insecta, referre solebat Philosophus.

χρύσοφρυς καὶ λάβραξ] Thomae posterior *spinula* audit; Albertus nominat *arthealudo — lacerat*, Vincentius 17, 5. *cartheoa*. Sequens *γόγγρος* vulgato *κόγγρος* ex Med. Canis. Vat. Reg. substitui. Albertus *henkeles et hasinorine* nominauit. Conger nomen habet a *γόγγροις*, vel *στρογγύλαις ἐξοχαῖς δένδρων*, vt ex Theophrasto monet Galenus in Glossario sub voeabulo *γογγρώνα*. Sequens *σμύραινα* vulgato *μύραινα* substitui ex Codd. omnibus Cami, versio tamen Thomae *murena* habet.

καὶ ὅσα ἄλλα χρῆται] Vulgo erat tantum *ἀλλὰ χρῆται*, quam scripturam reddidit Thomas. Sola Camotiana habet *μύραινα καὶ ὅσα χρῆται*. Medicei scripturam reddidit etiam Thomas, qui *λεῖα plana* vertit. Deinceps *νέουσι* vulgato antea *ναίουσι* admonitu Sylburgii substituerunt Edd. recentiores.

βάτος καὶ τρυγὼν] Raiam cum Thoma vertit *βάτον* Gaza, sed idem mox male *βάτος* repetitum cum Basil. et Camotiana vertit, cum Aldina, Junt. et Codd. omnes, etiam versio Thomae et Scoti verum *βάτραχος* habeant. Albertus pro *βάτῳ* nominauit *basceamatis*, Vincentius *baschea maris*. Inepte idem Albertus *κερκοφόρα* vertit *plurium caudarum*. *ὅσα τὸ πλάτος ἔχει* reddit versio Scoti apud Vincentium 17, 5. *quorum amplitudinis finis ad strioturam declinat*.

3. *καθάπερ καὶ τὰ μαλάκια*] Copulam *καὶ* omisit versio Thomae. Sequentia ita vulgabantur ante Camum: *καὶ θᾶττον ἐπὶ τοῖς τοιούτοις τὸ κῆτος τούτων ἑκάτερον, οἷον σηπία καὶ τευθὶς καὶ πολύπους. βαδίζει δὲ τὰ τῶν ἑκατέρων ὥσπερ πολύπους*. Aldina tamen pro *ἑκάτερον* habet *οὐδέτερον*. Gaza vertit: *et quidem his celerius; iners autem alueus ducitur, vt sepia, loligo, polypus potest: sepia et loligo nequeunt*. Quem scriptum legisse suspicatur Syl-

burgius τὸ δὲ κύτος ἕλκει ἀργόν. Camus ex V. R. A. dedit: καὶ θᾶττον ἐπὶ τοῖς τοιούτοις τὸ κύτος, οἷον σηπία καὶ τ. κ. πολύπους· βαδίζει δὲ τούτων οὐδέτερον, ὥσπερ πολύπους. Sed verba priora omisit in versione, vbi est: *de sorte qu'ils ont le mouvement très-prompt, on le voit dans la seche* etc. Medic. habet καὶ θᾶττον ἐπὶ κύτος, οἷον σηπία — βαδίζει δὲ τούτων ἑκάτερον. Contra Saluianus Histor. Aquatil. p. 167. E. postrema verba e Codice Vaticano ita laudauit: βαδίζει δὲ τούτων οὐδέτερον, ὥσπερ πολύπους. Totius loci versionem ex scriptura Vaticani posuit p. 163. E. hanc: *quae pedes habent vt mollia, tum pedibus ipsis tum pinnis natant, et quidem his celerius, vt sepia, loligo et polypus: ambulat autem eorum nullus, vt polypus.* Thomae versio haec est: *Quaecunque autem videntur pedes habere, quemadmodum malakia, his natant et pinnis, et velocius super kiros, puta sepia et teuthis et polipes. Ambulat autem horum neutrum, quemadmodum polipes.* In Lipsiensi libro scriptum legi *super kytos.* Versio Scoti apud Vincentium 17, 5. *et hoc genus velociter movetur in natando, ita quod a ripa procedit ad pelagus, vt arthosis* etc. Albertus: *et ideo ille velox est valde in natando, et vincit vndas, ita quod saepe procedit a littore in profunda pelagi. Sic autem praecipue pedibus et pinnis natat piscis vocatus arthosis, et sunt multa genera multipedum marinorum, quae sic natant et mouentur.* In hac insigni librorum scripturae diuersitate iudicium omne pendet a comparatione reliquorum locorum Aristotelis, et a cognitione naturae molluscorum. Polypum paruitate corporis differre a reliquis molluscis annotauit noster 4. c. 1. Corpus hoc in genere *κύτος*, in polypis vulgariter etiam κεφαλὴ nominabatur. Pedes polypus octo tantum, sed longitudine pares habet; reliqua mollusca et breuiores et longitudine impares habent. Hinc polypus καὶ ὡς ποσὶ καὶ ὡς χερσὶ χρῆται ταῖς πλεκτάναις. Egreditur etiam in siccum polypus solus. Cetera enim mollusca, quorum

τὸ μὲν κύτος μέγα, οἱ δὲ πόδες βραχεῖς, his pedibus vti ad gradiendum non possunt, ὥστε μὴ πορεύεσθαι ἐπ' αὐτοῖς. Haec sunt Philosophi verba omnia 4, 1. Denique mollusca cetera pinnulas circa corpus habent, quibus polypus caret, qui contra μεταξὺ τῶν ποδῶν ὑμένα διατεταμένον πάντα habet, quo praecipue tanquam velo in nauigando vtitur nautilus, polypi species. At de vulgari polypo noster ait: νεῖ δὲ πλάγιος ἐπὶ τὴν καλουμένην κεφαλὴν (id est ἐπὶ τὸ κύτος) ἐκτείνων τοὺς πόδας. Qui modus natandi cum in loco 4, 1. polypo quasi proprius assignetur, hic tamen omnibus molluscis communis esse dicitur καὶ θᾶττον ἐπὶ τὸ κύτος. Quod an verum sit aut esse possit, propter diuersam pedum structuram, in polypo membrana auctam, et corporis in reliquis molluscis pinnis circumdati, dubius adhuc haereo. Sensum tamen verborum graecorum ita tenemus. Consequitur igitur, vt οὐδέτερον in altero membro vera sit scriptura, ἑκατέρων vero falsa et a sensu aliena. Ceterum vnde in Editionem Cami venerit scriptura καὶ ταύτοις μὲν νεῖ, καὶ τοῖς πτερυγίοις, an ex V. R. A. dubito. Equidem ex rationibus hucusque disputatis non sine Codicum auctoritate scripturam loci constitui.

νεῖ, τάχιστα δ' ἐπὶ τὴν κέρκον] Vulgatum νεῖ τάχιστα, τὰ δ' ἐπὶ τ. κ. ex Regio et versione Gazae correxit Camus. Ita etiam Albertus: *mouentur cum sua cauda retrorsum velocissime extensione et retractione siue replicatione ipsius versus suum ventrem, sicut si esset motus alarum suarum.*

κόρδυλος] Aldina, Canis. κροκόδειλος, Juntina et Camotiana κόρδιλος. Versio Scoti apud Vincentium 17, 5. *teuchea id est crocodilus* habet, plane vt Albertus. Versio Thomae *cordulis* habet. Noster de Partibus 4, 13. οἱ κόρδυλοι βράγχια ἔχοντες πόδας ἔχουσιν· πτερύγια γὰρ οὐκ ἔχουσιν, ἀλλὰ τὴν οὐρὰν μανώδη καὶ πλατεῖαν. Idem de Respiratione c. 10. τῶν δὲ πόδας ἐχόντων ἓν ἔχει βραγ-

χία μόνον τῶν τεθεωρημένων, ὁ καλούμενος κόρδυλος. Supra cap. 1. vulgabatur κορδύλη; et Hesychio σκορδύλη est ζῶόν τι τῶν τελματιαίων ἐμφερὲς ἀσκαλαβώτῃ. Multa de hoc Cordylo disputauit Jo. Hermann in Comment. ad Tabulam Affinit. p. 294. Probabile est, Aristoteli innotuisse genus aliquod lacertarum simile. Sireni lacertinae Linnaei et Proteis Laurentianis, quae animalia vno eodemque genere Cordyli recte comprehendi posse censuit etiam nuper egregius Cuvier, qui sirenis lacertinae, protei anguinei Laurentiani similiumque quorundam animalium anatomiam, comparata etiam osteologia, dedit, et genus inter pisces, ranas et Tritones medium egregie stabiliit in Humboldii nostratis Obseruationibus zoologicis itinerariis No. VIII. p. 160—213. additis picturis.

γλάνει]. Vulgatum γλανεῖ monente Sylburgio correxi. Magnum esse piscem, cauda lacertis aquaticis similem, ex hoc loco licet arguere. Reliqua natura dubia est, vt alibi dicetur. Albertus *galubum* dixit.

4. πτιλωτὰ] Aldina, Junt. πτυλωτὰ, et mox ἀλώπυξ habent. Deinceps ἔστιν ἔναιμα ὅσα καὶ δερμόπτερα scriptum vertit Thomas. Post δίποδα male ex Juntina et Camotiana inseruit Sylburgiana eamque secutae Edd. δὲ, quod recte omisit Camus consentiente versione Thomae. De serpentibus alatis Aethiopicis nota est fabula ex Herodoto, qui ibin destruere aduenientes refert, 2. c. 76. vbi tamen ex Arabia aduenire dicuntur. De vulpecula dubitatio magna est. Sciuri aut Lemuris genus aliquod volans intelligi videtur, de quo nusquam in veterum auctorum scriptis traditum legi. Insecta vero πτιλωτὰ sunt, quae ὁλόπτερα dixit proprio vocabulo de Somno et vigilia c. 2. δῆλον δὲ τοῦτο ἐπὶ τῶν ὁλοπτέρων, οἷον σφηκῶν καὶ μελισσῶν, καὶ ἐν ταῖς μυίαις καὶ ὅσα τοιαῦτα. Et de Incessu c. 15. τὰ δὲ πτίλα τοῖς ὁλοπτέροις ἐκ τοῦ πλαγίου προςπέφυκεν, vbi versio Thomae *alulae autem coleopteris* habet, et altero loco ibidem pro τὰ ὁλόπτερα habet *cole-*

optera. Capite autem 10. *τοῖς μὲν ὁλοπτέροις τοῦ πτεροῦ, τοῖς δ' ὄρνισι τῆς πτέρυγος (γίνεται κάμψις καὶ ἀρχὴ τῆς πτήσεως) — διόπερ τά τε ὁλόπτερα καὶ τῶν σχιζοπτέρων οἷς τὸ οὐροπύγιον ἀφυῶς ἔχει πρὸς τὴν εἰρημένην χρῆσιν, οὐκ εὐθυποροῦσι· τῶν μὲν γὰρ ὁλοπτέρων οὐδὲν ἁπλῶς ἔχει οὐροπύγιον.* vbi primo loco nihil mutauit Thomae versio, altero habet *totala*, tertio *coleopterorum.* Quarto vero, vbi est *βραχεῖα δὲ ἡ πτῆσις τῶν κουλεοπτέρων ἐστὶ καὶ ἀσθενής*, iterum *cothalorum* habet, vitiose, vt videtur, scriptum pro *totalorum.* *Ὁλόπτερα* igitur opponuntur *τοῖς σχιζοπτέροις* et sunt insecta, quae alas habent non fissas, sed integras, quales sunt plerorumque omnium insectorum, si paucas tinearum species excipias. Hoc nostro in loco *πτιλωτά* interpretatur glossa versioni Thomae adscripta: *alam membranalem et rugosam habentia.*

5. *ἀνώνυμα ἐνὶ*] Vulgo intersertum *ἐν* cum Vat. et Regio omisit Camus. Versio Thomae multo breuius habet: *reliqua autem duo innominata sunt.* Deinceps Med. *κολεόπτερα* bis habet hic et infra. Juntina cum Aldina *μυλολόνθαι*, vt postea *μυίωψ*. Albertus haec nomina posuit: *musciliones, cinifex et cinomiarum genus.*

6. *ἐλάττω τῷ μεγέθει*] Vulgatum *τὰ μεγέθη* ex V. R. A. correxi. *minora magnitudinibus* versio Thomae. Deinceps vulgatum *ἀλεεινοτέροις* ex Codd. et versione Thomae correxit Camus. Postea male Gaza: *et mari potius aut dulcibus aquis quam terra.*

τέτρασι σημείοις] Alberti versio *quatuor membris.* Gazae *quaternis aptis.* Rectius Camus *en quatre points.* Verba *ὄρνις δὲ — ποσὶ δυσὶ* vulgo alieno loco inserta legebantur post mentionem quadrupedum et verba *τὰ μὲν τέτρασι ποσὶν*, quae Camus secutus Codd. Med. V. R. versionem Thomae et Gazae suum in locum reduxit.

οὐθὲν ἧττον] Intellige *κινεῖται.* Pro *τέσσαρες* V. R. A. *τέτταρσιν* habent. Gazae versio: *flexus enim quaterni his aguntur, aut bini cum pinnis binis.* Praepositionem *σὺν*

ex Camotiana addidit Sylburg. Rationem motus serpentum per quatuor *σημεῖα* explicat de Incessu animalium c. 7.

7. *τούτῳ γὰρ — συμβαίνει*] Ita ex coniectura Casauboni ducta e versione Gazae et firmata a Codice Regio et versione Thomae, vbi est *accidit proprium*, scripsit Camus; Ald. Juntina, Basil. *ταῦτα γὰρ οὐ μόνον κατὰ τὸν βίον σημαίνει.* 'Ex Camotiana *τοῦτο γὰρ — σημαίνει* dedit Sylburgiana eamque secutae Edd. Ceterum hunc de quatuor pedibus locum impugnauit non immerito Aldrouandus de Insectis p. 372. Plinius tamen hinc *volucre quadrupes* duxit. Albertus habet: *animal, quod dies vocatur latine; graece autem gyrgyz: illud enim vtitur in motu suo duabus alis et quatuor pedibus: vocatur autem a quibusdam effymera. πόδας ἡγεμόνας* Thomas vertit *principales.* De motione pedum per diametrum accuratius noster exposuit de Incessu animalium c. 14. De cancris ibidem est c. 16. *πολλούς τε τοὺς ἡγουμένους ἔχουσι μόνοι τῶν ζώων· τούτου δ' αἴτιον ἡ σκληρότης τῶν ποδῶν, καὶ ὅτι χρῶνται οὐ νεύσεως χάριν αὐτοῖς, ἀλλὰ πορείας*, et paulo postea; *διὰ τὸ πολλοὺς ἔχειν τοὺς ἡγεμόνας πόδας.*

CAPVT VI.

Γένη δὲ μέγιστα] Vulgatum *γένη δ' ἔτι μέγιστα* ex M. R. A. correxit Camus. Pro *ἔτι* Thomae versio *ἐστὶ* reddidit, quae deinceps scripturam V. R. A. *ἀφ' ὧν τάδ' ἐστὶν* expressit: *de quibus sunt vnum quidem auium.* Ita quidem laudauit locum Camus, sed in libro Lipsiensi est: *de quibus haec sunt vnum q. av.* Eadem pro *κήτους* *cete* reddidit. Sane nescio, cur subito philosophus ad singularem numerum transierit, nec *κητῶν* similiter dixerit, vt *ὀρνίθων, ἰχθύων.*

ὃ καλεῖται ὄστρεον] Versio Thomae: *quae vocantur ostrea.* Legit igitur *ἃ — ὄστρεα.* Deinceps post *γένη* ante *καρκίνων* intersertum vulgo *τινὰ* cum Codd. et versione

Thomae omisit Camus. Albertus pro astacis nominauit *astatoor et apud nos vocatur capra*, pro teuthide *tarco*, *nos et cyron*.

οὐκ ἔστι τὰ γένη] Ita cum Camot. Med. et versio Thomae pro οὐκέτι. Ambr. οὐκέτι ἐστὶ habet. Deinceps διαφορὰν κατὰ τὸ εἶδος scriptum vertit Thomas. Gaza: *sed aut simplex est nullis ipsum specificis euarians discriminibus*. et paulo antea; *Vnum enim, quod plura genera contineat, nullum est*. Camus hunc locum ita vertit aut potius peruertit: *Il n' y a plus de nom générique pour les autres animaux; on n'y trouve point d'espece qui renferme sous elle d' autres especes; chaoune est simple et ses individus n' ont point de différence entre eux: telle est l'espece de l'homme: ou bien si quelques especes en comprennent d'autres, on ne leur a point donné de noms distinctifs. C' est ainsi que les animaux qui ont quatre pieds et qui ne volent point, ont un caractere commun, celui d'avoir du sang: mais les uns* etc.

τὰ τετράποδα [εἴδη] καὶ] Inclusum εἴδη omisit Med. et versio Thomae. Ex Reg. τετραποδώειδη μὴ πτερωτά dedit Camus. Paulo antea initio sectionis ἔτι τὰ τετράποδα habet Camotiana. Dum philosophus τετράποδα πτερωτὰ memorat, videtur ephemeri recordatus esse, cui ipse quatuor pedes cum alis tribuit capite priore.

φολίδας ἔχει] *cortice muniuntur* Gaza vertit. Deinceps ὅμοιον χώραν λεπίδος vertit Thomas *similis quantum ad locum*. Idem post ἔχιδνα vocabulum μόνον omisit. Deinde negationem οὐ ante πάντα τρίχας ἔχει vna cum Med. omisit. Pro οἱ υστριχες Albertus nominat *succam et porcum spinosum*. Infra 6, 30. est ἡ ὕστριξ, et 9, 39. αἱ ὕστριχες; at 8, 17. iterum est οἵ τε ὕστριχες καὶ αἱ ἄρκτοι.

ὥσπερ οἱ τῶν θαλαττίων] Nihil antecessit, quod repeti possit; nec τρίχες enim ἀκανθώδεις, nec ἄκανθαι congruunt

cum genere οἰ. An igitur πόδες repetendum? Sed id dialectica ars vix patitur fieri.

3. Τοῦ δὲ γένους] Deinceps versio Thomae τούτων insertum reddidit. Ad ἀνώνυμα intelligo ἑνὶ ὀνόματι, vno aliquo communi vocabulo et nomine non comprehenduntur, vt genus ὀστρακοδέρμων multas habet species, quae communi nomine ὄστρεα vocantur; contra genus μαλακοστράκων, quod similiter species plures habet, velut καράβους, καρκίνους, ἀστακούς, caret communi nomine, ἀνώνυμον ἑνὶ ὀνόματι. Idem igitur accidit speciebus animalium quadrupedum viuiparorum. Male Gaza locum vertit: *sed nullis fere notatae nominibus. Singulorum enim nomina habentur, ut hominis*, etc. Rectius Camus: *mais elles n'ont point de nom commun, et on ne les designe en quelque maniere que par le nom de l'individu.* Sed neuter ἄλλα δὲ καθ' ἕκαστον expressit, sed potius ἀλλὰ καθ' ἕκαστον reddidit; quin in Editione Cami scriptum legitur nullo sensu ἀλλὰ δὲ καθ' ἕκαστον. Tollenda enim erat particula δὲ, quae sententiam peruertit; id quod feci, et vulgatum ἄλλα in ἀλλὰ mutaui. Voluit enim Philosophus significare, vocabulo quadrupedum plura εἴδη contineri, quae tamen in certa genera nomine communi appellata non omnia sint distributa. Certe quadrupedia viuipara non contineri vocabulo aliquo eiusmodi communi et genere, quale est genus et nomen λοφούρων seu iubatorum animalium, quod species plures, veluti equum, asinum, malum, hinnum, ginnum et mulum Syriacum comprehendat. In tota igitur quadrupedum classe hoc vnum extat exemplum generis et nominis pluribus speciebus communis.

ἵππος, κύων] Versio Thomae pro ἵππος *hyrcus* habet, igitur κριός scriptum reddit. Deinceps vulgatum καὶ ἐπὶ τοῖς ἔχουσι χαίτην λοφούροις καλουμένοις ex Codd. versione Thomae et Gazae correxit Camus. Gaza ita vertit: *Nullis fere, inquam, quoniam genus vnum vel superis*

omnibus, quae iumenta nominamus, est, vt equo, asino, mulo, ginno, hinno et mulis, quae terra Syria fert. Thomas: *et in iubatis vocatis.* Vides igitur, interpretationem Grammatici τοῖς ἔχουσι χαίτην e margine irrepsisse in textum scriptoris.

ταῖς — καλουμέναις] Vaticanus τοῖς — καλουμένοις habet, et sane infra 6, 36. οἱ καλούμενοι ἡμίονοι est de iisdem, ad quem locum de hoc genere accuratius dicetur. Pro γεννῶνται ἐξ ἀλλήλων Gaza habet *coeunt enim et mutua inter se ratione progenerant.* Thomas vertit: *coeunt et generant inuicem.* Vterque igitur γεννῶσιν scriptum legit; atque infra 6, 36. est: αὗται αἱ ἡμίονοι γεννῶσιν ἐξ ἀλλήλων. Hanc igitur scripturam praefero. Praeterea Thomas pro θεωρεῖν scriptum θεωρεῖσθαι vertit *spectari.* Supersunt ὀρεύς, γίννος et ἴννος explicandi. Albertus pro ginno et hinno nominauit *burdonem,* Thomae versio habet: *et rippa et ippa.* Sed cum Philosophus 6, c. 24. de his accuratius disputauerit, differo horum nominum interpretationem ad istum locum.

4. ὡς ἐν τύπῳ] Versio Thomae ὡς omisit, et pro γεύματος χάριν habet *progustationis gratia,* scriptum igitur προγεύματος reddidit. Deinceps vulgarem scripturam et distinctionem: χάριν· περὶ δὲ ὅσων καὶ ὅσα θεωρητέον, δι' ἀκριβείας ὕστερον ἐροῦμεν, ἵνα. tacite Camus correxit, cum quo facit versio Gazae: *quadam praegustandi gratia placuit; videlicet, vt quibus de rebus tractandum et quatenus esset persequendum intelligeretur: post accuratius de iisdem disseremus. vt primum* etc. Versio Thomae etiam plane prius δὲ post περὶ sublatum et translatum post ἀκριβείας reddidit.

τῆς ἱστορίας] Camotiana τῆς omisit. Gaza vertit: *cum commentatio singulorum antecedat.* Male. Debebat: *si notitia singulorum antecesserit.*

5. καὶ ὅλα] Haec verba omisit vertere Camus, ad animalia ipsa male retulit Gaza, cum ad membra et partes de-

beret. Deinceps πρῶτον δὲ Camotiana habet. νομίσματα liber Thomae mutatum in νοσήματα habuit; ipse enim *infirmitates* vertit, et sequentia aliter scripta vertit: *ipsi singuli probant*. Legit igitur in suo libro: αὐτοὶ ἕκαστοι δοκιμάζουσι. Gaza: *vt enim numos ad id quod sibi quisque exploratum certumque habeat, probare solet, ita caeteris quoque in rebus agendum est.* Is igitur pariter ἕκαστοι scriptum legisse videtur, quam scripturam equidem praefero. Pro οὕτω δὴ Thomas οὕτω δεῖ reddidit *sic oportet*: idem denique post εἶτα insertum δὲ habuit et vertit.

CAPVT VII.

Μέγιστα μὲν οὖν] Hunc locum exscripsit Isagoge anatomica Anonymi editionis Bernardi p. 3.

κύτος, ὃ καλεῖται θώραξ] Fuerunt qui haec pro glossemate haberent, repetito vocabulo θώραξ et notione diversa offensi, vt puto. Mirationem etiam facere potest, quod Scotus et Albertus hoc quidem in loco pro thorace *clibanum* nominarunt. Sed ecce Etymologicon M. in voce θώραξ ita habet: οἱονεὶ τὸ ἀπολυτικὸν μέρος τοῦ σώματος τὸ ἀπὸ τοῦ τραχήλου μέχρι τῶν αἰδοίων καθῆκον κύτος, ὃ καὶ ὅλμος καλεῖται. Loca scriptorum, vbi ὅλμος de trunco corporis humani dicitur, collecta posuit Bernard ad Hypatum p. 145. Cf. etiam ad Nicandri Alexiph. versum 287. p. 167. dicta. Noster de Partibus animal. 4, 10. ἄνω δ' ἐστὶν ὁ καλούμενος θώραξ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς μέχρι τῆς ἐξόδου τοῦ περιττώματος. Ibidem: τέλος δὲ τοῦ καλουμένου θώρακός ἐστι τὰ μόρια τὰ περὶ τὴν τῆς περιττώσεως ἔξοδον τῆς τε ξηρᾶς καὶ τῆς ὑγρᾶς.

τούτου δὲ τὸ ἐμπρόσθιον] Vulgatum τούτῳ δὴ μέρη, τὸ μὲν πρόσθιον correxit Camus ex R. A. τούτου δὲ μέρη Med. Canis. ἐμπρόσθιον habent Codd. omnes. Cum Camo facit versio Thomae.

τελευταῖον γὰρ — πήγνυται] Cf. Blumenbachii Historiam ossium corporis humani p. 108. ed. prioris.

ἀραιὸν] Vocabulum versio Thomae omisit. Tres virilis cranii suturas licebit de suturis sic dictis veris interpretari; cf. Blumenbach l. c. p. 71. qui p. 83. cranii foeminei varietates vulgo creditas exposuit.

καὶ λίσσωμα τριχῶν] Vulgatum λύσωμα — λυσώσει ex Med. Canis. R. A. in λίσσωμα — λισσώσει mutauit Camus. ἀλίσσωμα — ἀλισσώσει est in Vatic. Gaza: *Verticem caluae medium discrimen et aequamentum capillorum vocamus, quod — sed capillorum aequamento.* Ex quibus verbis iam olim fuerunt, qui Gazam λίσσωμα — λισσώσει scriptum legisse suspicarentur. *Cranii autem vertex vocatur circumuolutio medium pilorum. haec autem — pilorum reuolutione* versio Thomae. Albertus ita: *medium autem capitis, quod vocatur olla, capitis vel craneus, a quibusdam vocatur capitis inuolutio, eo quod cetera in sua inuoluit concauitate. Haec autem pars videtur esse aliquando duplicari, quasi duas eminentias et inuolutiones habeat, sed hoc raro contingit, et caussa eius non est naturalis.* Confirmat igitur vtraque versio Scoti et Thomae, verbum ab εἰλέω ductum olim hic lectum fuisse. Accedit locus Rufi Ephesii I. p. 24. ed. Londin. τὸ δὲ ἐν μέσῳ, καθ' ὃ δὴ μάλιστα εἰλοῦνται αἱ τρίχες, κορυφή. Spigelius in Anatomia p. 3. Linea, inquit, inter capillos, quae ad frontem a vertice excurrit, in dextram sinistramque partem capillitium diuidens, potissimum vero in mulieribus Aristoteli λύσωμα καὶ λύσωσις τριχῶν, Gazae discrimen audit. Harduinus ad Plinii 11. s. 48. *Vertices bini hominum tantum aliquibus,* vbi attulit Philosophi locum, λύσωμα et λύσωσιν τριχῶν capillorum explicationem interpretatur inepte, nescio quo auctore. Mihi vero paene certum habetur, olim h. l. εἴλημα τριχῶν et deinde εἰλήσει scriptum fuisse; sed Codicum scripturam reliqui. Ceterum Harduinus comparabat Festi loca duo; alterum hunc: *Bisecta porca dicitur, cuius a ceruice setae bifariam diuiduntur, cum iam esse incipit maior sex mensium.* Idem

alibi: *Dissulcus porcus dicitur, cum in ceruice setas diuidit.* *Δικορύφους* memorauit etiam Pollux 2. s. 43. ἐκλήθησαν δὲ καὶ δικόρυφοί τινές; οὓς καὶ μακροβίους νομίζουσι. Iidem Suidae δίκορσοι, Hesychio δίκουροι dicuntur.

CAPVT VIII.

ἐπὶ μόνου] Iunt. et Camot. ἐπὶ μόνῳ. Deinceps *Τοῦτο οἷς μὲν μέγα*, omisso δὲ, Camotiana, non male. Plinius 11. s. 51. *Facies homini tantum, ceteris os aut rostrum.* Idem s. 114. vbi Aristotelis praecepta de morum his indiciis culparat, addit: *Addidit morum quoque aspectus simili modo apud nos Trogus, et ipse auctor seuerissimus, quos verbis eius subiiciam: Frons vbi est magna, segnem animum subesse significat: quibus parua, mobilem, quibus rotunda, iracundum, velut hoc vestigio tum oris apparente.* Manifestum hinc fit, Plinium ipsum Aristotelem non inspexisse, sed Trogum, eius interpretem, consuluisse. Ceterum locus ille firmat scripturam vulgatam θυμικοὶ, cum Med. habeat εὔικοι, in quo latere εὐθικτοι suspicari quis possit. Sed etiam Antigonus Carystius c. 124. ex h. l. retulit: καὶ φυσιογνωμονεῖ δέ τινα τοιαῦτα· τοῖς τὸ μέτωπον μέγα ἔχουσιν βραδυτέροις γίνεσθαι, μικρὸν δὲ εὐκινήτοις, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ προστιθεὶς ἐν ἑκάστοις· οἷς πλατὺ, ἐκστατικοῖς. ad quem locum vide annotationem Jo. Beckmanni. Hodie in libris Philosophi nusquam apparet temperamentum illud adiectum singulis praeceptis, quod olim legerat Antigonus. In Aristotelis Physiogn. c. 3. ἀναισθήτου signum ponitur μέτωπον μέγα περιφερὲς, σαρκῶδες. ad quem locum Accorambonus p. 734. hoc nostro in loco scribi maluit ἄθυμοι, quod interpretatur *socordes*. Locum hunc totum de Physiognomonia excerpsit Galenus Charterii T. I. p. 453.

2. εὐθεῖαι] Galenus φύουσαι additum habet. Deinceps αἱ δὲ ὑπὸ τοὺς κροτάφους scriptum Thomas vertit *sub tempora.* Sequens μώκου vulgato μύμου ex Med. Veneto,

Ambr. et Antigono substitui. *Derisorem* Gaza, *subsannatoris et derisoris* Thomas vertit. Sequens membrum *αἱ δὲ κατεσπασμέναι φθόνου* omisit versio Thomae. Trogus apud Plinium l. c. *Supercilia quibus porriguntur in rectum, molles significant; quibus iuxta nasum flexa sunt, austeros; quibus iuxta tempora inflexa, derisores; quibus in totum demissa, maleuolos et inuidos.* Antigonus c. 125. in eo variat, vt *πρὸς τὴν ῥῖνα κεκάμμένας στρυφνοῦ* dicat.

τούτων ἑκατέρου μέρη βλέφαρον. τὸ] Ita ex Codd. vulgatam scripturam *τούτων μέρη ἑκατέρου βλέφαρα, τὸ* correxit Camus, nisi quod is *τούτου* cum Codd. scripsit. Deinceps vulgatum *αἱ ἔσχατοι* indidem correxit Gallus. Articulum *αἱ* ex Camotiana recte iam Sylburgius inseruerat. *Τὸ δ' ἐκτὸς τούτου* Gaza recte vertit *quod nigrum circumdat.* Sequens *βλεφαρίδος* est pro *βλεφάρου* dictum, et Gaza *palpebrae* recte interpretatur.

κανθοὶ δύο, ὁ μὲν — ὁ δὲ πρὸς τοῖς κροτάφοις] Ita vulgatum *κ. δύο μὲν. πρὸς τ. ῥ., δύο δὲ πρὸς τ. κρ.* ex Med. correxi. Versio Thomae vulgatum reddidit. Sequens *κακοηθείας* vulgato *κακοήθους* substitui ex Med. V. A. et Galeno, vt responderet sequenti *πονηρίας*. *mali moris* habet versio Thomae. Male Trogus apud Plinium: *Oculi quibuscunque sunt longi, maleficos esse indicant.* Galenus statim subiunxit haec: *οἷς δὲ βραχεῖς, ἤθους βελτίονος· ὧν δὲ οἱ κτένες οἷον κρεᾶδες ἔχοντες πρὸς τῷ μυκτῆρι.*

ἂν δ' οἷον οἱ κτένες] Nihil mutat Venetus. *οἷον καὶ ἰκτῖνες* Canis. Versio Thomae: *si autem velut crepetem* (*Dicuntur maiores carnositates, quae sunt circa principium volae manus et circa calcaneum pedis*) *carnositatem habeant.* Glossema ineptum sententiam omnem peruertit. Albertus ita: *Quando vero locus ille fuerit multae carnis, sicut accidit oculis milui, significatur astutia et formidatio mala.* Camus (*Notitiarum* T. 6. p. 440.) eadem verba posuit ex Scoti versione MSta, sed in extremo ibi est: *fornicatio mala.* Cum Alberti Editione Veneta, qua vtor,

consentit Vincentius Spec. nat. 21. c. 12. Scotus igitur vt Camus. scriptum legit οἷον ἰκτῖνες et de miluis interpretatus est. Antigonus c. 26. haec tantum excerpsit: κανθοὺς κρεώδεις, πονηρίας. Trogus Plinii: *qui carnosos a naribus angulos habent, malitiae notam praebent.* Equidem verba graeca vitiosa censeo, sensum vero assecutus mihi videor esse. Intelligit Philosophus vestigium illud membranae nictantis in angulo anteriore oculi humani latens, quod si in carunculam maiorem vitio naturae aliquo excreuerit, medici graeci ἐγκανθίδα dicere solent, veluti Galenus de Compos. medic. sec. locos 4. c. 5. Paulus Aegineta libro 3. et alii. Hippiatrica p. 119. in equo vocant ἐπικανθίδας τὰς ἐκ τῶν παρὰ τοὺς μυκτῆρας τόπων. Sed Hierocles ibidem p. 121. male nominat παραγγαθίδας τὰς παρὰ τοὺς μυκτῆρας.

3. γένη πάντα] Vulgatum πάντων ex Codd. versione Thomae et Gazae correxit Camus, qui πάντα γένη edidit. Sequens ὅλως δ᾽ οὐκ ἔχειν vulgato ἔχει ex versione Thomae substitui. Deinceps ἀφαιρεθέντος γὰρ τοῦ δ. habet Camotiana. Postea καὶ τὸν τόπον V. R. A. *per locum* habet versio Thomae. Denique vulgatum πληρουμένων ex V. R. A. correxit Camus, *cum obducta cute oculi pressi, confusi oblaesique essent, dum crearentur,* versio Gazae. Contra Thomas: *tanquam in generatione factis et superducta pelle.* In libro Lipsiensi per compendium scriptum est *fles.* Denique ἐπιφυομένου vulgato ἐπιφερομένου ex Med. substitui. De animali eiusque oculis accuratius dicetur ad 4. c. 8. Plinius hinc quaedam delibauit 11. s. 52. *Subiacent oculi — non omnibus animalium hi: ostreis nulli. — Quadrupedum talpis visus non est, oculorum effigies inest, si quis praetentam detrahat membranam.*

4. τὸ μὲν λευκὸν] Galenus l. c. habet: ὀφθαλμοῦ δὲ τοῦ μὲν λευκοῦ ὁμοίως ἐπιπολὺ πᾶσι τὸ καὶ μέλαν διαφέρει — οἷς δὲ χαροπὸν, τοῦ βελτίστου σημεῖόν ἐστι, καὶ

πρὸς etc. Versio Thomae habet: *Supercilia autem album:* eadem χαροπὸν *varium* reddit, cum Gaza *fuluum* verterit, et deinde scriptum καὶ τοῦτο ἤθους reddidit.

μόνον δὲ ἢ μάλιστα τῶν ζώων] Vulgabatur μόνον δὲ μάλιστα ἢ μᾶλλον τ. ζ. sed verba ἢ μᾶλλον cum V. R. A. omisit Camus. Equidem secutus sum scripturam, quam Thomas vertit: *solus autem aut maxime animalium homo multicolor secundum oculos est.*

Ἑτερόγλαυκοι] Vulgatum γλαυκοὶ audacter correxi ex libro de Generat. anim. 5, 1. τὰ δὲ τῶν ἀνθρώπων ὄμματα πολύχροα συμβαίνει εἶναι. — μάλιστα δὲ τῶν ἄλλων ζώων ἵππος πολύχρουν ἐστί· καὶ γὰρ ἑτερογλαυκοί τινες αὐτῶν γίγνονται· τοῦτο δὲ τῶν μὲν ἄλλων οὐδὲν πάσχει ζώων ἐπιδήλως, ἄνθρωποι δὲ γίγνονταί τινες ἑτερόγλαυκοι. Eosdem Hippiatrica ἑτεροφθάλμους vocant p. 53. et Parthis maxime probari referunt; eosdem etiam Pelagonius in Geoponicis 16, 2. describit. Plinius tamen s. 53. vulgatam huius loci scripturam sequi videtur: *Oculi homini tantum diuerso colore: ceteris in suo cuique genere similes. Et equorum quibusdam glauci. Sed in homine numerosissimae varietatis atque differentiae, grandiores, modici, parui, prominentes, quos hebetiores putant: conditi, quos clarissime cernere, sicut in colore caprinos.*

οἱ δὲ μέσοι βέλτιστοι] Ita cum Juntina, Camotiana et versione Thomae Camus edidit, cum in reliquis Edd. sit: οἱ δὲ μέσοι, οἱ δὲ μέσοι βέλτιστοι. Galenus οἱ μέσοι δὲ καὶ βέλτιστοι habet; idem sequentia ita scripta habet: καὶ οἱ ἐκτὸς σφόδρα ἢ ἐντὸς, ἢ μέσως. τούτων οἱ ἐντὸς μάλιστα, — οἱ δὲ μέσον, ἤθους. Etiam versio Thomae habet *horum autem quae intus.* Vulgatam igitur μέσως τούτων. οἱ δ' ἐντὸς μάλιστα correxi.

ἀτενεῖς] Thomae *perstitiui.* Idem sequens σημεῖον omisit, quod ex Camotiana inseruit Sylburg. Trogus apud Plinium: *qui identidem operire solent, inconstantiae signum.*

ἐκείνων δ' οἱ μὲν ἀναιδεῖς, οἱ δ' ἀβέβαιοι] Vulgatam scripturam *ἐκείνων δ' ὁ μὲν ἀναιδὴς, ὁ δ' ἀβέβαιος* ex versione Thomae, Gazae et Galeno correxi.

CAPVT IX. (vulgo XI.)

Ἔστι δὲ] Vulgatum *δὴ* ex versione Thomae correxi, vti iam olim fieri voluerat Sylburgius. Sequens *ἄπνουν* *non spirans* vertit Thomas. Alcmaeonem secutus est Archelaus, ex quo Varro R. R. 2, 3, 5. *De quibus admirandum illud, quod etiam Archelaus scribit, non vt reliqua animalia naribus, sed auribus spiritum ducere solere.* Fabulam repetiit Aelianus H. A. 1, 53. de aegagris Oppiani Cynegetica 2, 340. Compara annotata ad Aelianum, vbi originem erroris demonstrare conatus sum.

λοβὸς] Rufus p. 26. *λοβὸς δὲ τὸ ἐκκρεμὲς, ὅπερ καὶ μόνον Ἀριστοτέλης φησὶ τοῦ ὠτὸς ὀνομάζεσθαι, τὰ δ' ἄλλα ἀνώνυμα εἶναι.* Cf. Pollux 2. s. 89. Vnde igitur Gazae versio *auris pars exterior, cui nomen auriculae, parte constat superiore, pinna, inferiore, fibra?* Scilicet etiam Thomae versio habet: *pars quidem innominata ala, haec autem lobus.* Fuerunt igitur Codices, vbi *πτερύγιον* scriptum fuit, primum in margine, vt suspicor, a viro docto annotatum, quod deinde a librariis fuit textui insertum. Testatur enim Rufus, superiorem auriculae partem nomine caruisse in libris Philosophi. Miror Cami silentium. Idem Thomas post *ἔχει* ante *οἷον* additum habet *reuoluta:* itaque *ἀνειλιγμένον* additum legit.

εἰς δὲ τὸν — οὐρανόν]. Foramen palatinum ducit per tubam Eustachianam ad auriculam interiorem. Hunc *πόρον* nunc dicit Philosophus. Statim *εἰς ἑκάτερον* vulgato *εἰς ταὐτὸ* ex V. R. A. substituit Camus. *εἰς αὐτὸ* Med. Canis. vertit Thomas *ad ipsum.* Veram scripturam reddidit Scotus his verbis: *et exit a cerebro vena et peruenit ad aurem dextram, et alia vena similiter et peruenit ad sinistram, et motus aurium est semper ad istas venas.* Haec ex

Codice scripto retulit Camus, sed Vincentius 20. c. 10. totum locum paulo rectius ita retulit: *omnisque sonus et tinnitus deuenit ad ipsum et ab ipso reuertitur ad cerebrum. Exit enim a cerebro vena vna et peruenit ad aurem dextram, atque alia ad sinistram: et motus aurium est super eas.* Vides aliter verba οὐκ ἔχει πόρον olim legisse scripta Scotum, sequentia etiam omisisse. Albertus vero ita: *ab anteriori parte cerebri exit vnum par venarum, hoc est neruorum, quod nerui ab antiquis venae dicebantur: et illius paris vnus neruus peruenit ad aurem dextram et diffunditur in ea; et alter peruenit ad sinistram. Nerui etiam motiui ex posteriore parte cerebri veniunt ad aures quorumdam animalium, et super illos mouentur aures.* Albertus igitur verba περαίνουσι δὲ καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ aliter scripta legit, et κινεῖται ἐπὶ φλεβίου ἑκάτερον cum Scoto interpretatur. At noster de partibus 2, 10. ἐκ μὲν τῶν ὀφθαλμῶν οἱ πόροι φέρουσιν εἰς τὰς περὶ τὸν ἐγκέφαλον φλέβας· πάλιν δ' ἐκ τῶν ὤτων ὡσαύτως πόρος εἰς τοὔπισθεν συνάπτει. vbi Gaza vertit *in occiput penetrat*, Thomas *pertingit*. Legit igitur διατείνουσι scriptum.

ἐπὶ φλεβίου] Ita pro ὑπὸ ex Reg. A. dedit Camus, qui praeterea κεῖνται indidem scripsit. *super* est in versione Thomae, Scoti, Alberti et Gazae. Venetus vulgatam retinet.

μόνος] Nemesius de Nat. hom. c. 10. μόνος δὲ ὁ ἄνθρωπος καὶ πίθηκος οὐ κινοῦσι τὰ ὦτα.

ὅσα γε κητώδη] Codd. omnes habent ὅσα οὕτω κητώδη, πάντα ἔχει τὰ ὦτα, ἀκοὴν ἔχοντα καὶ πόρους φανερούς. Ζωοτοκεῖ γὰρ etc. Versio etiam Thomae: *et aliorum quaecunque cetodea, omnia habent aures auditum habentia et poros manifestos.* In versione Scoti et Alberti magnam scripturae varietatem e pluribus libris scriptis enotauit Camus Notitiarum T. 6. p. 437. quam huc transferre, operae pretium non erat. Aperte enim inutilia et ex superioribus partim repetita sunt verba, quae Codices addunt; velut

illa, *ἀκοὴν ἔχοντα*, recte ab initio propositionis vniuersae posita sunt; alterum membrum *καὶ πόρους φανερούς* pertinet potius ad exceptionem. Sed plura in hoc loco turbata fuerunt a librariis, quae nemo interpretum hucusque animaduertit; de quibus statim dicetur. Venetus autem liber ita scriptum habet: *ὅσα οὕτω τε κητώδη, πάντα ἔχει τὰ ὦτα, ἀκοὴν ἔχει καὶ πόρους φανερούς ἔχει, οἷς ἀκούει· ὁ δὲ δελφὶς ἀκούει μὲν, οὐκ ἔχει δὲ ὦτα· τὰ δ' ἄλλα κινεῖ* etc. Is adeo plura omisit, quam reliqui Codices. *et reliquis ita cetariis* Gaza vertit, igitur *οὕτω κητώδη* scriptum legit.

ζωοτοκεῖ γὰρ καὶ τὰ σελάχη] Haec addit, vt explicaret causam additamenti et exceptionis *ὅσα γε κητώδη;* nam cartilaginei pisces ad cete non pertinent, quanquam viuipari, nec aures nec meatus auditus manifestos habent. Totum locum *Plinius* ita vertit 11. s. 50. *Sed auriculae omnibus animal duntaxat generantibus, excepto vitulo marino atque delphino et quae cartilaginea appellauimus et vlperis. Haec cauernas tantum habent aurium loco, praeter cartilaginea et delphinum, quem tamen audire manifestum est. Nam et cantu mulcentur, et capiuntur attoniti sono. Quanam audiant, mirum.* Ex quo loco licet suspicari, olim locum Aristotelis auctiorem et integriorem fuisse his fere verbis: *ζωοτοκεῖ γὰρ καὶ τὰ σελάχη καὶ ἡ ἔχιδνα.*

ἡ μὲν οὖν φώκη] Ante haec verba vulgo legitur membrum hoc: *ἀλλὰ μόνον ἄνθρωπος οὖς οὐ κινεῖ,* quod hic alieno loco positum seriem orationis turbat, igitur in posteriorem et suum reieci. Versio Thomae *οὖς* omisit, quam secutus sum.

οὐκ ἔχει δὲ ὦτα] Dialectica consecutio postulabat addi *οὔτε πόρους φανερούς*. Altera enim positio continetur iam illa superiore exceptione, *πάντα ἔχει τὰ ὦτα ἔξω φώκης τε καὶ δελφῖνος.*

Τὰ δ' ἄλλα κινεῖ πάντα] In repetita eadem sententia solet noster *μὲν οὖν* ponere. Malim igitur *Τὰ μὲν οὖν*

ἄλλα κ. π. Huic vero membro subieci statim illud, quod supra alienum vulgo locum occupauerat: ἀλλὰ μόνον ἄνθρωπος οὐ κινεῖ. quod factum non tam excusabunt lectores intelligentes quam probabunt potius.

2. ὥσπερ ἐνίοις — ἄνωθεν] Versio Thomae ἐν ἐνίοις reddidit. Noster de Partibus 2, 10. τέτακται δὲ τὸν τρόπον τοῦτον τὰ αἰσθητήρια τῇ φύσει καλῶς, τὰ μὲν τῆς ἀκοῆς ἐπὶ μέσου τῆς περιφερείας· ἀκούει γὰρ οὐ μόνον κατ' εὐθυωρίαν, ἀλλὰ πάντοθεν· ἡ δ' ὄψις εἰς τὸ ἔμπροσθεν· ὁρᾷ γὰρ κατ' εὐθυωρίαν· ἡ δὲ κίνησις εἰς τὸ ἔμπροσθεν· προορᾷν δὲ δεῖ ἐφ' ὃ ἡ κίνησις· ἡ δὲ τῆς ὀσφρήσεως μεταξὺ τῶν ὀμμάτων εὐλόγως. et cap. 11. τὰ μὲν γὰρ τετράποδα ἀπηρτημένα ἔχει τὰ ὦτα, καὶ ἄνωθεν τῶν ὀμμάτων, ὡς δόξειεν ἄν· οὐκ ἔχει δὲ, ἀλλὰ φαίνεται, διὰ τὸ μὴ ὀρθὰ εἶναι τὰ ζῶα, ἀλλὰ κύπτειν.

ἢ οὐθὲν ἢ μέσον] Pro his Galenus l. c. habet ἢ· τούτων τὰ μὲν μικρὰ κακοήθους σημεῖον, τὰ δὲ μέσα βελτίστου ἤθους, τὰ δὲ μεγάλα etc. Versio Thomae habet *stultiloqui et nugatoris*, igitur μωρολόγου καὶ ἀδολέσχου reddidit scriptum. Antigonus contra c. 126. ὦτα μέσα βελτίστου ἤθους· τὰ δὲ μεγάλα καὶ ἐπανεστηκότα μωρολογίας καὶ ἀδολεσχίας. Trogus Plinii: *auricularum magnitudo loquacitatis et stultitiae nota est.*

4. τὸ μὲν ὂν — ῥὶς] Huic membro et particulae μὲν longo demum hinc interuallo respondet alterum illud μέρος δ' αὐτοῦ τὸ μὲν διάφραγμα χόνδρος. Deinceps pro ἐκπνεῖ Reg. Ambr. εἰσπνεῖ habet, versio Thomae *respiratur et inspiratur hoc*. Legit igitur scriptum ἀναπνεῖται καὶ εἰσπνεῖται ταύτῃ. Eadem versio deinceps *per hoc fit spiritus sonitu exitus*. Pro ἀθρόου igitur θρόῳ videtur scriptum legisse Thomas. De sternutatione, cur sola sacra fuerit habita, quaerit noster in Problem. 32. quaest. 9.

Ἀλλὰ δὴ] Versio Thomae ἀλλὰ καὶ reddidit. Sequens χωρὶς τοῖς μυκτῆρσιν Thomas *sine naribus* vertit, quasi τῶν μυκτήρων scriptum reperisset. Sed Gaza etiam miro

errore interpretatur haec: *quod fieri non potest, nisi naribus spiremus.* Recte contra Camus: *Au reste l'inspiration et l'expiration se font dans la poitrine, et sans elle on ne respireroit point par les narines, parce que ce n'est d'aucune partie de la tête, mais de la poitrine, que part la respiration.* Respexit autem Aristoteles antiqui alicuius physiologi opinionem, qui deceptus sternutationis spiritu per nares ex capite effundi viso respirationem omnem omnino eodem modo fieri putauerat.

ἐνδέχεται — ζῆν] Gaza nimis inepte *sed datur viuendi facultas, etiamsi desit spiratio.* Tamen in errorem secum pertraxit Camum, qui temperare studuit culpam: *on prétend, qu' il y a des personnes, qui vivent sans respirer.* At ταύτῃ refertur ad respirationem per nares.

Ἡ δ' ὄσφρησις γίγνεται] Gaza *Olfactus quoque — hac eadem parte subministratur.* Quare malim καὶ ἡ ὄσφρησις δὲ γίγνεται, quo melius vincta oratio continuetur.

5. Μέρος δ' αὐτοῦ] Respondet hoc membrum superiori sect. 4. μέρος τὸ μὲν ὂν — ῥίς. Deinceps ἔστι δὲ διχότομος scriptum vertit Thomas, omissis ὁ μυκτήρ. Pro χρῆται Abr. Gronov. ad Aeliani H. A. 4, 31. malebat χρῶνται. Sed Philosophus saepissime numerum mutat subito.

6. τὴν κάτωθεν σιαγόνα] Ita pro γένυν ex V. A. scripsi. Proprie enim cum inferior mandibula (hoc vocabulo vtitur hic Thomas) γένυς dicatur, quid opus erat τὴν κάτω addere? Deinceps οὗτος δὲ τὴν ἄνω μόνος ex V. R. A. dedit Camus. De crocodilo et motu maxillae superioris infra accuratius dicetur.

τὸ δ' ἐντὸς σιαγόνων καὶ χειλῶν στόμα] Hoc ordine collocata verba reddidit Thomas. Vulgo erat τὸ δ' ἐντὸς στόμα σιαγόνων κ. χ. Thomas σιαγόνας *genas* vertit. Deinceps vulgatum τούτῳ μέρη ex Codd. correxit Camus, sed is debebat etiam vulgatum ὑπερῷον ex iisdem Codicibus, item Junt. et Camot. emendare. Postea ἐπὶ τῷ πλατεῖ Gaza vertit *si interiore tangat.* Denique ἄλλη ante σὰρξ cum

Codd. et Gaza omisit Camus. Versio Thomae: *sentit autem et omnia quae alia caro.* Alberti: *quod cum gustus est quidam tactus, ideo lingua sentit omne illud, quod est conveniens toti corpori sensibili, calidum videlicet et frigus, durum et molle, et hoc facit in omnibus partibus suis et cetera caro animalium.*

7. *βελτίστη καὶ σαφεστάτη· καὶ ἡ λελυμένη*] Ita vulgatam scripturam *βελτίστη· καὶ ἡ σαφεστάτη, ἡ καὶ λ.* correxit Camus ex V. R. *haec autem optima et manifestissima, et soluta aut* versio Thomae, qui scriptum reddidit *μέση· αὕτη δὲ βελτίστη καὶ σαφεστάτη· καὶ λελυμένη ἢ κατ.* Idem *epiglottum* nominauit.

διφυὲς τοῦ στόματος] Versio Thomae *et quidem byfiss oris intestinum.* Alberti: *sub radice linguae in lateribus interioris partis colli siue gulae, quae vocatur pars domestica, eo quod versus interiora hominis, sunt duae amygdalae, quae sunt duae auriculae linguae.* Rufus p. 28. *παρίσθμια καὶ ἀντιάδες καὶ μῆλα τὰ ἑκατέρωθεν τοῦ φαρυγγήθρου σαρκώδη καὶ ἀδενοειδῆ.*

πολυφυὲς, οὖλον] Versio Thomae *τοῦ στόματος* intersertum reddidit. Sequens *σάρκινα δὲ ταῦτα* refertur ad tonsillas, *παρίσθμιον*, et ad gingiuas, *οὖλον*. Statim pro *ὀστέϊνοι* versio Thomae *ὀστᾶ* scriptum reddidit: *dentes ossa.* Postea *κίων ἐπίφλεβος* Thomae *columna venulosa:* Gazae *particula pendet alia vuigera, venae applicata.* Albertus ita: *et vua est posita super arteriam tracheam siue cannam, quam Aristoteles venam propter concauitatem sui vocat.* Sed Camus Notitiarum T. VI. p. 453. ex editione Mantuana et Codice retulit: *cannam, quae arteria venarum propter concauitatem sui vocatur.* Idem Scoti versionem ex Codd. hanc posuit: *Et in palato est membrum, quod dicitur vuula, et est posita super venam, et est conueniens ad vocem, et forte crescit et tumescit, et cum accidit id ei, dicitur vua, et forte strangulat hominem.* Idem Camus ibidem posuit Galli, *Jo. Goulin*, coniecturam, qui legi

voluit κίων ἐστὶ vel κίων ἐπώνυμος. Rufus p. 28. Ἀριστοτέλης σταφυλοφόρον αὐτὸ καλεῖ, ὅτι φλεγμήναντος σταφυλῇ τι ὅμοιον ἐξ αὐτοῦ κρεμάννυται· σταφυλὴν γὰρ οὐ τὸ μόριον, ἀλλὰ τὸ πάθημα χρὴ ὀνομάζειν.

CAPVT X. (vulgo XII.)

τούτου δὲ — [καὶ πρόσθιον]] Recte τούτου ad collum ipsum, non ad proximum στόμαχον retulit Gaza. Sequens καὶ πρόσθιον recte omisit versio Thomae; arteriae enim partem extantem et anterius protuberantem laryngem iam antea situ definiit; nec in stomacho repetiit situm addito καὶ ὀπίσθιον. Igitur verba duo inutilia seclusi. Necessaria vero erat definitio illa ἐντὸς πρὸ τῆς ῥάχεως. Nam statim sequitur et nominatur pars posterior exterior, ἐπωμὶς, *ceruix* Gazae.

ἡ θηλὴ διφυὴς] Gazae *iuncta papilla*. Mihi διφυὴς suspectum est; gemina enim ita dici non posse videtur. Aliter vero est διφυὲς στῆθος μαστοῖς, vel, vt in V. Ambr. est, μαστοί.

2. μονοφυὲς, τὸ μὲν] Gaza μονοφυὲς non reddidit, Thomas vero pro τὸ μὲν vertit καί. Deinceps ἦτρον ex Junt. et Camot. reuocauit Camus. ἐπίσιον Atticis esse quod reliquis Graecis ἐφήβαιον, testatur Moeris. Sed scriptum etiam ἐπείσιον et ἐπίσειον legitur. Cf. Dundass ad Oribasii Anatom. p. 237. Sequens ὑπὲρ Junt. Camot. mutant in ὑπό.

τὸ δὲ κοινὸν] Ex V. R. A. κοῖλον recepit Camus. Gaza vertit: *Cauum commune*. Igitur vtrumque vocabulum iunctum legit, quanquam alii suspicati sint eum κενὸν scriptum vertisse. Χολὰς de regione aliqua ventris sub thorace nusquam hodie legitur vsurpatum vocabulum; videtur tamen locum eum designare, qui χολάδας Homero dictas, id est intestina, continet. In sequentibus partes quaedam dorsi praetermittuntur, veluti ὠμοπλάται, πλευραὶ, ῥάχις et μετάφρενον, quae demum s. 6. adduntur, vbi vide adscripta.

3. *δοκεῖ γὰρ εἶναί τις ἰσοφύς*] Vulgatum *ὀσφύς* ex V. R. A. in *δοκεῖ γὰρ ἰσοφυὲς* mutauit Camus, cum Sylburgius ex Etymologico M. et Suida docuerit iam olim *ἰσοφύς* veram esse scripturam. Ita enim auctor Etymol. in *ὀσφύς*: *ὡς μὲν Ἀριστοτέλης, ἡ ἴση πρὸς τὸ ἄνω ἐμπεφυκυῖα, ἰσοφύς τις οὖσα.* Ita etiam Zonarae Lexicon, cuius Editor nobis inde procudit Aristotelem Grammaticum, Diogeni Laertio 5, 35. memoratum. Idem Camus vulgatum *ἐφ' ἕδραν ὄν*, quod est etiam in Med. mutauit in *ἔφεδρα*, cum Sylburgius recte ex Rufo *ἐφέδρανον* scribendum esse docuisset. Locus Rufi est libri 1. p. 32. *πυγαὶ δὲ τὰ μετὰ τὴν ὀσφὺν σαρκώδη καὶ ἐφέδρανα, ἐφ' ὧν καθίζομεν· ἄλλοι δὲ γλουτοὺς καλοῦσι.* Cf. Pollux 2. s. 184. Thomae tamen versio locum aliter scriptum reddidit: *terminat autem quod quidem velut in sede est glutos.* Videtur igitur legisse scriptum *περαίνει δὲ τὸ μὲν οἷον ἐφ' ἕδρᾳ ὂν γλουτός.*

ἐπὶ τέλει τοῦ θώρακος] Versio Thomae verba duo postrema omisit, quae rectius abessent, ne significatio vocabuli *θώρακος* in tam breui loco tam insigniter mutetur et varietur. Hic enim significat totum truncum, vt supra c. 7. Pro *διμερὲς* Junt. Basil. *διμοιρὲς* habent.

καὶ ἀεὶ λεῖον — καὶ ἴσον] Vulgatam *σαρκῶδες καὶ λεῖον, ὡς εἰπεῖν ἴσον* Camus ex Codd. V, R. A. mutauit in *σαρκῶδες καὶ ἄνισον ὡς εἰπεῖν*, interpretatus: *partie charnue separée par une espece de bourrelet.* Mediceus liber habet scriptum: *καὶ ἀεὶ λεῖον.* Versio Thomae *summitas carnea et super plana vt est dicere aequalis.* Sed in Lipsiensi Codice est: *semper plana.* Igitur *σαρκῶδες καὶ ἀεὶ λεῖον, ὡς εἰπεῖν ἴσον* scriptum legit. Gaza vertit: *parte sui prima carne propemodum constans et aequabili facie turbinata.* Scaliger vulgatam malebat vertere: *carne constat laeui et vt ita dicam aequabili.* Medicei scripturam et Thomae vnice veram restitui inserta copula *καί.* Pars opposita, *τὸ χονδρῶδες*, non est semper laeuis et aequalis, sed potius rugosa et inaequalis magnitudine pro diuerso tempore.

ἀνώνυμον δέρμα] Contra Rufus Ephesius 1. p. 31. *τὸ δὲ πέρας τοῦ καυλοῦ βάλανος, καὶ τὸ δέρμα τὸ περὶ αὐτῇ πόσθη, καὶ τὸ ἔσχατον τῆς πόσθης ἀκροπόσθιον.* Polluci 2. s. 171. *πόσθη* dicitur *τὸ ἐπὶ τῇ οὐρήθρᾳ δέρμα.* Hesychio *τὸ δέρμα τοῦ αἰδοίου.* Sed totum etiam genitale *πόσθη* dicitur, vnde *ἀκροπόσθια* Hesychius *τὰ ἄκρα τοῦ αἰδοίου* interpretatur. Herodianus Etymologici M. deriuabat inde vocabulum, quod proprie *πρόσθη* dicta fuerit. Credo eum comparare voluisse *πρόσθην* cum vocabulo *πρόσθεμα*, quod idem Etymol. interpretatur genitale virile; ita puerorum *προσθέματα* nominat Strato, poeta nequam, Epigr. 3. Contra Hesychius *προσθέματα* interpretatur *τὰ πυγιαῖα.*

διακοπῇ — βλεφαρίς] Noster infra 3, 11. *ὅπου δ' ἂν ᾖ καθ' αὐτὸ δέρμα, ἂν διακοπῇ, οὐ συμφύεται, οἷον γνάθου τὸ λεπτὸν καὶ ἀκροποσθία καὶ βλεφαρίς.* De Part. anim. 2, 13. de palpebra: *διὸ καὶ συμφύεται οὔτε βλεφαρὶς οὔτε ἀκροποσθία, ὅτι ἄνευ σαρκός δέρματά ἐστι.* vbi recte versio Thomae *οὐ συμφύεται* scriptum reddidit. Hippocrates Aphor. 6, 19. *νεῦρον διακοπὲν ἢ γνάθου τὸ λεπτὸν ἢ ἀκροποσθίη οὐ συμφύεται.*

τούτῳ καὶ τῇ βαλάνῳ] Ex Codd. *τούτου καὶ τῆς βαλάνου* scripsit Camus. *Πόσθη* cum sit cutis, qua caulis pars maior et inferior includitur, extra tumorem rugosa et laxa, eius pars anterior libera, quae *ἀκροποσθία* dicitur, communis ei est cum glande, quam extra tumorem vestire solet. De natura genitalis humani iterum traditur infra 2, 1.

4. *εὐαυξές*] Male Junt. Camot. *εὐαξές.* Infra 2, 1. *τὸ δὲ χονδρῶδες ἔχει αὔξησιν.* De Part. anim. 4, 10. *μόνον τοῦτο τῶν μορίων ἄνευ νοσερᾶς μεταβολῆς αὔξησιν ἔχει καὶ ταπείνωσιν.*

ὄσχεος] Vulgatum *ὀχεὺς* reliquit Camus, in *ὄσχεος* mutant Med. Canis. in *ὀσχέα* V. R. A. et Codex ab Accorambono nominatus. Versio Thomae *oscheus* habet. Reliquis

in locis noster *οσχέαν* nominauit, hoc vero in loco *ὄσχεος* dicere maluit, quam formam posuit etiam Rufus, quod ita melius origo vocabuli ex *ὀχεὺς* facti apparebat, quam simul significare voluit Philosophus, vt supra, vbi *ὀσφὺς* nominatur. Fortasse olim fuit: *ὄσχεος ὥσπερ τις ὀχεύς*.

5. *ὑπὸ τὴν ἥβην*] Versio Thomae *sub pectore* habet, nisi *sub pectine* scribere voluit librarius. Sequentia de *οὐρήθρα* Gaza interpretatus est: *Ceruix ab vtero effertur*. Graecis aliis scriptoribus insolitum hac quidem notione vocabulum; quare J. Goulin apud Camum Notitiarum T. 6. p. 456. corrigebat: *ἀλλὰ δίοδος*, et totum locum interpretabatur: *L'urethre est separée de la matrice dans les femmes, mais il est dans les hommes le conduit de la semence; c' est d' ailleurs dans les deux sexes le conduit de l'urine.* Sed nec emendatio nec interpretatio haec procedit.

ἤτρου] Camus ex Junt. Camot. *ἴτρου* reuocauit etiam h. l. Sequentia *μηροῦ δὲ — περίνεος* omisit versio Thomae. *περίνεον coles* vertit Gaza hic et de Gener. 1, 2. *τοιαῦτα δὲ τυγχάνει μόρια ὄντα τοῦ μὲν θήλεος αἱ καλούμεναι ὑστέραι, τοῦ δ' ἄῤῥενος τὰ περὶ τοὺς ὄρχεις καὶ τοὺς περινέους*. Hesychius *περίναιος* scriptum exhibet. Vocabulum significat locum intermedium inter anum et initium genitalis. Cf. Foesii Oeconom. Hippocr. h. v.

6. *περὶ μὲν τῶν ἔμπροσθεν*] Hunc locum et superiorem sect. 3. a librariis fuisse turbatum et confusum, manifestum est. Supra enim posteriores thoracis partes iam nominatae fuerunt, *ὀσφὺς, γλουτὸς*, et *κοτυληδών*; hic, tanquam nihil de postica parte antecesserit, adduntur *ὠμοπλάται, ῥάχις, ὀσφὺς* et *πλευραί*, nec haec ordine naturali; nam praepostere lumbi nominantur ante costas. Ceterum Camot. deinceps habet *ὑποκάτωθεν δέ*.

δὲ κατὰ τὴν γαστέρα τοῦ θώρακος ὀσφὺς] Versio Thomae habet *δὲ ἡ κατὰ τ. γ. τ. θ. ὀ.* Scaliger cum Gaza *τοῦ θώρακος* omisit; nec dubito etiam haec verba esse vitiosa. Inepte enim *τοῦ θώρακος* dicuntur lumbi

esse *κατὰ τὴν γαστέρα*, id est in anteriore et inferiore parte trunci, quae *γαστὴρ* vocatur; supra vero rectius *ἡ ὀσφὺς* dicebatur *διάζωμα τῶν ὄπισθεν*.

Λιγύων] Vulgatum *Λυγνίων* V. R. A. mutant in *Λιγγνύων*. Med. Venet. *Αἰγύων*, vnde versio Thomae *Egyis*. Canis. *Λιγγύων*. Camus *Λυχνίων* dedit. Verum *Λιγύων* ex h. l. retulit Eustathius ad Dionysii Perieg. versu 76. *Λίγυας* *Turdulos* interpretatus est Gaza. Cf. Reinesii V. Lect. p. 74. seqq. Fabulam de costis Ligurum paucioribus originem habuisse eandem suspicor cum ea, quae a variis gentibus barbaris de animalium costis narratur. Plures enim costas ouibus procerioribus tribuunt incolae Carnioliae, teste Hacquet in Itiner. Alp. Carniol. T. 1. p. 36. Idem Moldaviae faciunt incolae, teste Kantemir Descript. Moldau. p. 93. vers. german.

CAPVT XI. (vulgo XV.)

σχεδὸν τοῖς μέρεσι] Vulgo intersertum *ἐν* ante *τοῖς* cum versione Thomae omisi. Eadem pro *πρὸς τὸ πρόσωπον* scriptum vertit *οἷον τὸ πρόσωπον*, *velut facies*, deinde *ὅσοις οἱ πόδες*.

2. *ἀγκὼν, ὠλέκρανον, πῆχυς*] Aldina, Med. *ἀγκῶνος*. Versio Thomae habet: *humerus*, *vlna*, *cubitus*, *pectus*. Deinde *condilum* pro *κόνδυλος*. Postea Med. *φάλαξ*, versio Thomae *falax*, Ambr. *φάλαργος*. Pro *διηρημένον* ex V. R. A. *διηρθρωμένον* dedit Camus. Versio Thomae insignem arguit varietatem: *brachium penes cubitum*, *manus autem interius quidem sed et vola carneum et dearticulatum distinctione*. Legit igitur scriptum *χειρὸς δὲ τὸ μὲν ἐντὸς, ἀλλὰ καὶ τὸ θέναρ σαρκῶδες καὶ διηρθρωμένον διαιρέσει*. Plinius 11. s. 98. *Quibus animalium manus sunt, intus tantum carnosae, extra neruis et cute constant*. Idem ibidem sect. 114. ex Aristotele posuit haec: *Igitur vitae breuis signa ponit — pluresque in manu incisuras nec perpetuas. — Contra longae esse vitae — in manu vna duas in-*

cisuras longas habentes. Quaerit noster Problem. 10, 42. *διὰ τί ὅσοι τὴν διὰ τῆς χειρὸς τομὴν ἔχουσι δι' ὅλης, μακροβιώτεροι; ἢ διότι τὰ ἄναρθρα βραχυβιώτατα, ὡς τὰ ἔνυγρα; εἰ δὲ τὰ ἄναρθρα βραχύβια, δῆλον ὅτι τὰ ἠρθρωμένα τουναντίον· τοιαῦτα δὲ ὧν καὶ τὰ φύσει ἄναρθρα μάλιστα ἤρθρωται· τῆς δὲ χειρὸς τὸ εἴσω ἀναρθρότατον.* Cf. ibidem 34, 10.

ἄρθρον δὲ χειρὸς] Vulgatum *ἄρθρα* ex Codd. et versione Thomae correxit Camus. *distinctio* vertit Thomas.

3. *πλανησιέδρον*] Accorambonus ex Codice aliquo apposuit *τὸ δὲ πλάνης ἕδρον μύλη.* Versio Thomae *planesiodron* habet. Gaza: *Mola, quod locum orbiculatum foris adiectum est.* Dicitur aliis *ἐπιγονατὶς*, latine *patella.*

ἡ φλεβώδης] Haec omisit Camotiana. Scaliger *καὶ φλ.* malebat. Sequentia *ἰσχία ἔχουσι* et reliqua ita vertit Thomas: *vertebra habent: contrariis particula opposita genu detracta.* Legit igitur scriptum *τοῖς δ' ἐναντίοις τὸ μέρος ἀντικείμενον τῷ γόνατι κατεσπασμένον.*

διφυὲς ἐν ἑκατέρῳ] Hunc locum diuerse posuit Eustathius ad Dionysii versum 557. *τῆς κνήμης διοστέου οὔσης τὸ μὲν πρόσθιον ἀντικνήμιον, τὸ δ' ὀπ. γαστροκνημία, τὸ δ' ἔσχατον — λέγει δὲ καὶ ὅτι τῶν σφυρῶν ἑκάτερον ἐκ πλαγίου τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν κάμπτεται.*

4. *πτέρνα*] Haec aliter scripta vertit Thomas: *fissa quidem superioribus digiti V.* Deinceps *στῆθος* ex Codd. et versionibus Thomae, Scoti et Gazae inseruit Camus. Poterat addere Eustathium ad Homeri Iliad. 3. p. 999. ed. Politi. Hesychius: *στῆθος καὶ τὸ ὑπὸ τοὺς ποδῶν δακτύλους στηθύνιον.* Rufus p. 30. *στῆθος* vocari ait in manu et pede partem supinam carnosam et pulposam. Cf. Pollux 2, 162.

ἐπ' ἄκρῳ μόνῳ· καμπτοὶ] Ita vulgatam *ἄκρων· μονόκαμπτοι* ex Codd. et versione Scoti correxit Camus. Sequens *παχὺ* Gazae *pleniuscula* est. In Physiognomonicis p. 204. pro eo esse *ὁμαλὸν* monuit Sylburg. Postea *κοινὴ*

δὲ ex Canis. recepit Camus. Versio Thomae *communis autem*. Gazae *commune femoris et tibiae genu poplesque*. Legit igitur καὶ κ. Copulam ipse etiam inserui et vulgatum δὴ correxi.

CAPVT XII. (vulgo adhuc XV.)

ἵνα περαίνηται τὸ ἐφεξῆς] Versio Thomae: *vt ab hoc termino oriatur*. Gazae: *vt series commentandi seruetur perpetua, dum ordinem persequimur omnium*. Quid Thomas secutus sit, difficile est ad coniiciendum.

πρὸς τοὺς κατὰ φύσιν τόπους] Memorauit Camus Notitiarum T. VI. p. 456. coniecturam ciuis sui J. Goulin, qui σκοποὺς scribi voluit. Eadem moneta percussam apponit coniecturam alius, Debure — S. Fauxbin, qui verba sequentia τὰ ἄνω καὶ κάτω vt aliena reiiciebat. Ipse Camus Scoti versionem hanc apposuit: *et partes hominis principaliter sunt creatae ac compositae secundum creationem et situm totius mundi*. Sententiam Philosophus accuratius tradidit de Partibus 2, 10. τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἢ μόνον μετέχει τοῦ θείου τῶν ἡμῖν γνωρίμων ζώων ἢ μάλιστα πάντων. ὥστε διά τε τοῦτο καὶ διὰ τὸ γνώριμον εἶναι μάλιστα αὐτοῦ τὴν τῶν ἔξωθεν μορίων μορφήν, περὶ τούτου ἂν εἴη λεκτέον πρῶτον. Εὐθὺς γὰρ καὶ τὰ φύσει μόρια κατὰ φύσιν ἔχει τούτῳ μόνῳ, καὶ τὸ τούτου ἄνω πρὸς τὸ τοῦ ὅλου ἔχει ἄνω· μόνον γὰρ ὀρθόν ἐστι τῶν ζώων ὁ ἄνθρωπος. De capite ἀσάρκῳ repetit 4, 10. vbi est: ὀρθὸν μὲν γάρ ἐστι μόνον τῶν ζώων, διὰ τὸ τὴν φύσιν αὐτοῦ καὶ τὴν οὐσίαν εἶναι θείαν. Ἔργον δὲ τοῦ θειοτάτου τὸ νοεῖν καὶ φρονεῖν· τοῦτο δ' οὐ ῥάδιον πολλοῦ τοῦ ἄνωθεν ἐπικειμένου σώματος.

σῶμα τὸ ἑαυτῶν] Versio Thomae *corpus ipsorum*. Igitur αὐτῶν legit. Deinceps καὶ ἐχόμενος Junt. Camot. In Sylburg. et reliquis Edd. καὶ deerat, quod restituit Camus, consentiente versione Thomae.

3. ἐφ' ὃ καὶ ἡ πορεία] Vulgatum ἐφ' ἃς ex Codd. et ver-

sione Thomae correxit Camus. In Med. membrum hoc deest. Emendationem e Gazae versione collegerat iam olim Sylburg. Deinceps pro vulgato τὸ κινητικώτερον μέρος versio Thomae habet *mollior pars*, vnde apparet, eum ὑγρότερον scriptum legisse, cuius locum deinde interpretatio occupauit.

πτέρνα ἐκ τοῦ] Post πτέρνα vulgo intersertum ἡ cum Gaza deleri voluit Sylburgius, et omisit Camus. Deinceps ἢ τὸ οὖς ex V. R. A. dedit Camus, qui Notitiarum T. VI. p. 456. ineptam ciuis sui Jo. Goulin coniecturam memorauit ᾗ ἀρθροῦται ὁ ποὺς corrigentis. Verba sequentia ἐκ δὲ τῶν πλαγίων — ἀριστερῶν, omisso δὲ, cum prioribus copulauit male Eustathius in loco supra allato ad Cap. XI. sect. 3. Versio Thomae: *secundum aurem: ex plegealibus autem dextris* etc. Ceterum post βραχίονες deest verbum aliquod, veluti ἀποκρεμάννυνται, quod Gaza videtur reddidisse: *brachia ex latere corporis sinistro dextroque dependens*. Sequens participium, ἔχοντες, flagitat id verbum.

εἰς τὸ ἐντὸς] Versio Thomae *in anterius*. Deinceps Gallus J. Goulin apud Camum suspicabatur deesse haec verba, τὰ δὲ σκέλη εἰς τὸ ἐκτός. Non inepte. Nam vt in homine τὰ κυρτὰ τῶν σκελῶν καὶ τῶν βραχιόνων πρὸς ἄλληλα ἐπ' ἀνθρώπου μάλιστα, ita infra 2, 1. τὰ ζωοτόκα τῶν τετραπόδων τὰ κοῖλα τῆς περιφερείας πρὸς ἄλληλα ἀντεστραμμένα ἔχει. ad quem locum plura dicentur.

4. εἰς τὸ πρόσθεν ἔχει] Versio Thomae *habentia*, igitur ἔχοντα scriptum reddidit. Sequens ἀνθρώπῳ vulgato ἄνθρωπος substitui ex versione Thomae: ἀνθρώποις malebat Sylburg. De vitio non admonuit Camus, sensum tamen verum reddidit, qui ex vulgata scriptura non potest extorqueri. Deinceps vulgatum δεύτερον δὲ γεῦσιν ex Codd. correxit Camus.

CAPVT XIII. (vulgo XVI.)

ἄγνωστα] Vulgatum ἀγνώριστα ex Med. Canis. R. cor-

rexit Camus. Sequens *μάλιστα* cum Aldina et Basil. omittunt Codd. Ex Junt. Camot. addidit Sylburg. consentiente versione Thomae et Gazae. Deinceps post *ὅσα ἔχει αἷμα* vulgo legebatur *ἐστιν ἔναιμα*, quae verba inutilia cum Codd. et versione Thomae omisit Camus. Contra Gaza: *et ob eam rem sanguinea appellantur.*

2. *κατὰ μέγεθος δ' ἔχει*] Vulgo additum *ὁμοίως* ante *ἔχει* in *ὅμως* mutari voluit Sylburgius, resecuit Scaliger, omisit cum Codd. Camus. Ipsum effatum ita demum verum esse, si neruorum inde prodeuntium crassitudinis rationem habueris, docuit egregius Soemmering.

περὶ αὐτὸν τὸν ἐγκέφαλον] Articulus *τὸν* in Laemariana et Cami Editione omissus est. Contra *αὐτὸν* omisit versio Thomae. Deinceps vulgatum *παρεγκεφαλίς· ἔσχατον δὲ ἑτέραν ἔχουσα* correxi secutus versionem Thomae, vbi est *extremum, alteram habens formam.* Contra *ἔσχατον δὲ omitti* voluit C. Hoffmann. ad Galenum de Vsu Partium p. 169. a. vbi obiter monet, non recte Galenum censuisse, Herophilum primum *παρεγκεφαλίδα* cerebellum nominasse.

3. *τὰς δὲ σιαγόνας*] Thomas *genas* vertit. *λόφουρα* Albertus *animalia habentia caudam pilosam. κοῖλόν τι μικρὸν* Albertus interpretatur: *est locus profundus et longus, qui est ventriculus medius ipsius.* Videtur igitur *μακρὸν* scriptum legisse Scotus.

ἡ μῆνιγξ — δερματικὸς] Junt. *θερματικὸς*, Camot. *ὁ μῆνιγξ — θερματικός. pelleus* Thomae. Deinceps vulgatum *τὸν ἐγκέφαλον* ex Ald. Junt. Bas. Med. correxi.

4. *παράλληλοι*] R. A. *παρ' ἀλλήλους* habent. Locum hunc de neruis, qui *πόροι* hic dicuntur, explicare conatus sum in Histor. litter. Piscium p. 296. seqq. Pro *ἐγγύτερον* Sylburg. malebat *ἐγγύτεροι.*

5. *ὁ καλούμενος ἰσθμὸς*] Vulgatam *ὅ τε οἰσοφάγος καλούμενος* iam olim damnauit Codrus Vrceus Epistol. 4. qui *ὅ τε οἰσοφάγος καὶ ἰσθμὸς καλούμενος* scribendum esse

censuit. Sylburgius ὅ τε στόμαχος malebat, et firmare conabatur coniecturam loco Galeni libro 4. de Vsu Partium: ὄνομα δὲ τῆς εἰσόδου ταύτης τὸ μὲν ἴδιον οἰσοφάγος, τὸ δὲ κοινὸν στόμαχος· ἁπάσης γὰρ κοιλίας ὁ προτεταγμένος αὐχὴν στενὸς οἷον ἰσθμός τις οὕτως ὀνομάζεται. Itaque οἰσοφάγος locum vocabuli στόμαχος occupasse putabat ex interpretatione Grammatici. Posuit deinde loca medicorum, vbi στόμαχος κύστιος, μήτρης etc. dicitur, vti monuerat iam antea M. Cagnatus Observ. I, 15. Verum addita etymologia nec στομάχῳ nec οἰσοφάγῳ conuenit; quanquam Galenus στόμαχον censuerit αὐχένα στενὸν quemcunque dici. Sed is vsum sermonis graeci, non ipsam etymologiam respexit. Versio Scoti habet: *intus collum et post os esophagus est, angustus locus.* Etymol. M. in παρίσθμια ex Herodiano Grammatico habet haec: τὰ περὶ τὸν φάρυγγα, διὰ τὸ παρακεῖσθαι τῷ ἰσθμῷ. Ἰσθμὸς δὲ ἐστὶ στενὸς τόπος, δι' οὗ ἴασι τὰ ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα. et in ἰσθμός· οὐ μόνον ὁ λαιμὸς, ἀλλὰ καὶ στενὴ γαῖα μεταξὺ δύο θαλασσῶν. Idem in ἴσθμιον· ὁ περιτραχήλιος κόσμος ὁ περιτιθέμενος τῷ ἰσθμῷ — ἰσθμὸς δὲ καὶ ὁ τράχηλος, παρὰ τὸ εἰσιέναι δι' αὐτοῦ τὰ ποτὰ καὶ τὰ βρώματα. Scilicet nostro et Hippocrati παρίσθμια dicuntur tonsillae, quoniam iuxta ἰσθμὸν vtrinque sitae sunt, alias ἀντιάδες vocatae, Hippocrati etiam alicubi ἴσθμια. Homero Odysseae 18. versu 299. ἴσθμιον est ornamentum collare; collum igitur ipsum ἰσθμὸς, quod isthmi similitudinem habet inter caput et truncum siti. Sed proprie ἰσθμὸς ab ἰέναι dictus quoduis orificium et introitum significat, vt Homerica εἰσίθμη satis arguit. Hinc ἴσθμιον Hesychius, Photius et Moeris puteal seu περιστόμιον φρεάτιον interpretantur. Photius etiam verbum ἰσθμιάζει interpretatur καταπίνεται· ἰσθμὸς γὰρ ὁ τράχηλος. Debebat potius dicere οἰσοφάγος pro τράχηλος. Itaque cum vulgatum οἰσοφάγος nulla ratione tolerari posse consentiant omnes Interpretes, malui Codrum sequi,

et addere vocabulum, quod antiquissimi scriptores graeci pro collo et gula adhibuerunt, et cui soli adiuncta etymologia conuenire videtur. Nam si plane delere *οἰσοφάγος* velis, tum iterum paulo post pro *τοῦ οἰσοφάγου* scribendum erit *τοῦ ἰσθμοῦ*. At vero sect. 9. haec eadem gula *στόμαχος* vocatur; qui locus facere possit, vt putes *οἰσοφάγος* vocabulo ipsum Philosophum alterum *στόμαχος* iunctum apposuisse. Pro *στενότητος* Camot. *στερότητος* habet.

πολλοῖς λεπτοῖς] V. R. A. omittunt *πολλοῖς*. Albertus habet *venae subtiles panniculares*. Deinceps vulgatum *ἐπὶ μὲν τῇ ἄνω — τὴν ἐκ τῶν μυκτήρων* ex Codd. correxit Camus: *ad superiora* vertit etiam Thomas. *situs quidem arteriae in supremo est per os interius in gutture in oppositione directa contra foramen palati, quod venit de naso* Albertus.

ἀνασπάσωσι] Versio Thomae *reiecerint:* eadem deinceps *epyglotum* habet. Eadem *αὐτὸν* post *ἔχουσιν* omisit. *πλεύμονος* V. R. A. habent.

6. *πολυσχιδὴς*] Ald. Junt. Camot. Med. Reg. *πολυσχεδὴς* habent. Deinceps *ἀπὸ* ante *μιᾶς* omisit Camot.

7. *κοῖλα μέρη*] Ex sola Camot. inseruit *μέρη* Sylburgius, ceterae Edd. cum Med. omittunt. Deinceps ante *ἐκ μειζόνων* vulgo insertum *ἀεὶ* cum Codd. omisit Camus.

8. *καὶ ἰνώδεσι*] Haec verba Edd. pr. praeter Camotianam, et versio Thomae omittunt. Sequens *κοῖλόν ἐστι* male Camus interpretatur *ces ligamens sont creux.* Loquitur enim de ventriculo cordis Philosophus, vt ex cap. 17. apparet. Male etiam *τὸ κοῖλον* cauum aliquod a corde separatum interpretatur C. Hofmann de thorace p. 88. 89.

ἐκβήξῃ] Ita Camotiana cum Codd. Ceterae Edd. pr. habent *ἐκρήξῃ*, versio Thomae *exeutiat*, plane vti Gazae.

9. *διαζώματος*] Ita cum Camotiana Codd. *στόματος* ceterae Edd. pr. Deinceps vulgatum *οἱονεὶ ἐντέρῳ τινὶ εὖρος ἔχοντι* ex V. A. correxit Camus. Canisiani liber habet:

ἀλλ' οἱονεὶ ἔντερον εὖρος ἔχον, εἶτα ἔντερον πλατὺ εἰλιγμένον ἐπιεικῶς πλατύ. In Reg. ante ἐπιεικῶς πλατὺ repetitum extat εὖρος ἔχον. Versio Thomae: *venter autem hominis similis canino est: non multo enim intentius maior, sed similis velut intestinum amplitudinem habens: deinde intestinum simplex conuolutum rationabiliter latum.* Scoti ita habet: *Venter vero hominis assimilatur ventri canis, quamuis sit amplior, et exit e ventre intestinum.*

ἐπιεικῶς πλατὺ] Vulgatum εὖρος ἔχον ex V. R. A. et versione Thomae correxit Camus.

10. ἡ δὲ κάτω κοιλία] Saepius hanc nominauit noster in sequentibus. Rufus p. 38. τὸ δὲ κῶλον καὶ ἡ κάτω κοιλία καλεῖται· monet eamdem Homero νειαίρην dici. Similiter latini scriptores. Cato de R. R. c. 156. et 158. hinc *aluum superiorem* pro ventriculo dixit. Plinius 11. s. 79. *A ventriculo lactes in homine et oue, per quas labitur cibus, in ceteris hillae: a quibus capaciora intestina ad aluum, hominique flexuosissimis orbibus. Idcirco magis auidi ciborum, quibus ab aluo longius spatium. Hic conficiuntur cibi; hinc in aluum delabuntur. Media haec vmbilico adnexa in omnibus, in homine suillae infima parte similes, a Graecis appellatur colon, vbi dolorum magna causa est.* Cf. dicta ad Catonis locum p. 198.

ὑμὴν πιμελώδης] Thomae *pellicula*. Sequentia ὑπὲρ δὲ τῶν ἐντέρων minime mesenterio conueniunt, sed potius omento; quare C. Hofmann Var. Lect. p. 85. scribendum censuit: τὸ δ' ἐπίπλοον ἀπὸ μέσης τῆς κοιλίας ἤρτηται ὑπὲρ τῶν ἐντέρων. Ἔστι δὲ τὴν φ. — ἀμφόδουσι. Τὸ δὲ μεσεντέριον etc. Quam equidem emendationem probo, ita tamen, vt post ἀμφόδουσι censeam scribendum: Μεταξὺ δὲ τῶν ἐντέρων τὸ μεσεντ. Ceterum Camus verbum ἐστὶ vulgo post μεσεντέριον et ante τοῦτο καὶ πλατὺ positum omisit cum Codd.

ἐξήρτηνται] Versio Thomae *oritur* habet. Vulgo deinceps καὶ δι' αὐτοῦ legebatur, sed καὶ cum Codd. omisit Ca-

mus. Quod si seruare malis, tum cum versione Thomae *ἐξήρτηται* scribendum est, quod ad *μεσεντέριον* refertur; quam rationem equidem praefero. Ita initium mesenterii signatur, vt omenti verbis *ἤρτηται ἀπὸ τῆς κοιλίας*. Tum vero *πυκναὶ κατατείνουσι* cum versione Thomae scribendum erat pro *πυκναὶ καὶ κατατείνουσαι* vulgato, vbi tamen *καὶ* copulam cum Codd. omisit Camus. *porriguntur* vertit Thomas verbum *κατατείνουσι*. Initium mesenterii signatur etiam Capitis sequentis sect. 3. his verbis: *κατὰ μὲν τὴν μεγίστην κοιλίαν συνήρτηται τῇ μεγίστῃ φλεβί, πρὸς ἣν καὶ τὸ μεσεντέριόν ἐστι*. Ceterum Hofmann l. c. corrigi volebat h. l. scribendo: *πολλαὶ καὶ πυκναὶ καὶ δι' αὐτοῦ* (scilicet *μεσεντερίου*) *κατατείνουσαι π. τ. τ. ἐ. ϑ.* Denique *ἐντέρων φύσιν* ex Reg. et Ambr. dedit Camus.

CAPVT XIV. (vulgo XVII.)

κεῖται δ' ἐπὶ τῇ ἀορτῇ] Versio Thomae *ἐπ' αὐτῇ τῇ ἀορτῇ* reddidit scriptum. Haec ipsa et sequentia verba *κατὰ τὰ ὀξέα* omisit Camus, quoniam eadem mox de vniuerso genere animalium repetantur. V. R. A. habent *κεῖται δ' ἐπὶ τῇ ἀορτῇ κατὰ τὰ ὀξέα καὶ κατὰ τὸ στῆθος*. Vulgatam Camot. auget copula *καὶ* ante *κατὰ τὸ στῆθος*. Videtur Camus solam coniecturam secutus esse. Certe versio Thomae nihil hic omisit, nec Gaza.

διαιρουμένων] Vulgatum *διαιρούμενον* correxi ex versione Thomae et Gazae. Ille enim *dissectis*, hic *dissecto animante* habet, quem sequitur versio Cami. In verbis *καὶ πυκνὸν* incipit Codex Beati Rhenani, quem litteris Rh. signabo.

ἐν τοῖς κοίλοις αὐτῆς] Ita pro *αὐτοῖς* cum Gaza versio Thomae habet. Deinceps *κατὰ μέσον τὸ στῆθος* Rhen. et versio Thomae. Statim *ἀπὸ* post *μικρὸν* inserui ex versione Thomae, vbi est *modicum a diuisione vberum*. Albertus: *modicum a pellicula distinguente inter mamillas*.

2. *πλὴν τὸ ἄκρον εἰς ὀξὺ*] Rhen. *πλὴν τὸ εἰς ἄκρον ὀξύ*.

Thomas *ἄκρον ὃ εἰς ὀξὺ* vertit et pro *συνῆπται* habet *tendit.* Magnitudinem ventriculorum cordis permutauit Albertus ita, vt dextrum paruum, sinistrum magnum faciat. Sed infra 3. c. 3. plane eodem modo haec et quidem paulo accuratius traduntur; de medio ibi est: *ἡ δὲ μέση μεγέθει τούτων ἐν τῷ μέσῳ ἀμφοῖν.*

καὶ εἰσιν εἰς — ἀμφοτέρας δὲ] Haec omnia desunt in Mediceo, Canis. Veneto, Rhen. et versione Thomae, vbi continuatur oratio ita: *ἔχει δὲ τὰς δύο μικρὰς καὶ εἰς τὸν πνεύμονα τετρημένας ἁπάσας.* Quae equidem verba secludenda putaueram potius tanquam superflua, cum locum geminum compararem. Infra enim 3, 3. est post verba supra posita statim: *ἀμφότεραι δὲ αἱ δύο πολλῷ ἐλάττους εἰσὶ τῆς μεγίστης· συντέτρηνται μέντοι πᾶσαι αὗται πρὸς τὸν πνεύμονα, ἀλλ' ἄδηλον διὰ σμικρότητα τῶν πόρων, πλὴν ἐπὶ μιᾶς.* Existimabam igitur, omnes tres ventriculos a Philosopho dici cum pulmone habere communionem; sed postquam comparaui locum s. 3. *φέρει γὰρ ὁ μὲν ἐπὶ τὸ δεξιὸν κοῖλον τῶν πόρων, ὁ δ' εἰς τὸ ἀριστερὸν,* animaduerti demum addito *αὗται* praecedens *πᾶσαι* ad duos minores ventriculos Philosophum voluisse referre. Igitur auctoritati optimorum librorum obtemperaui et verba priora tanquam falsa seclusi. Nam coniectura Galli Debure vix merebatur commemorari a Camo (Notitiarum T. 6.) qui *ἀμφοτέρας* mutari voluit in *ἀμφώτιδας.* Alberti versio ita habet: *medius autem ventriculus, et ille qui paruus est in dextro cordis, sunt perforati, et habent in se vias, quas superius diximus, et aperturae maiores in diastole cordis sunt versus pulmonem, et hoc magis manifestatur inferiori, quod est sicut ventriculus, qui dexter est.* Scoti versionem ex Codice apposuit Camus in Notitiis hanc: *ventriculus sinister est magnus et medius mediocris, et dexter paruus: et ventriculus medius et paruus sunt perforati, et sua foramina sunt versus partem pleumonis, et hoc manifestatur in inferiori ventriculo.* In alio tamen Co-

dice manus recentior inter lineas post *sinister* posuit *parvus*, post *dexter* vero *magnus*. Apparet igitur Scotum et Albertum vna cum Med. Canis. Veneto, Rhen. et versione Thomae omittere verba *καί εἰσιν εἰς τὸν — ἀμφοτέρας*, et sequi scripturam eam, quae cetera ita continuat: *ἔχει δὲ τὰς δύο μικρὰς — τετρημένας.*

κοιλιῶν κάτωθεν ἐκ τῆς προσφύσεως. Κατὰ μὲν] Hanc vulgarem distinctionem, quam sequitur Scoti et Alberti versio, mutauit monitu Casauboni ex Gazae et Thomae versione Camus ita, vt post *κοιλιῶν* punctum poneret. Cetera ita continuauit: *Κάτωθεν ἐκ τῆς προσφύσεως κατὰ μὲν τὴν* etc. Sed ipsa oratio laxa, nec cum antecedente vincta intercedente particula aliqua, satis ita vitium distinctionis nouae indicat. Coniunctionem cordis cum pulmone *signauit* capitis antecedentis sect. 8. his verbis: *συνήρτηται δὲ καὶ ἡ καρδία τῇ ἀρτηρίᾳ πιμελώδεσι καὶ χονδρώδεσι καὶ ἰνώδεσι δεσμοῖς· ᾗ δὲ συνήρτηται, κοῖλόν ἐστι· φυσωμένης δὲ τῆς ἀρτηρίας ἐν ἐνίοις μὲν οὐ κατάδηλον ποιεῖ, ἐν δὲ τοῖς μείζοσι τῶν ζώων δῆλον, ὅτι εἰσέρχεται τὸ πνεῦμα εἰς αὐτήν.*

3. *Κατὰ μὲν τὴν*] Gaza cum Thoma continuans haec cum antecedentibus, vti dixi, particulam *μὲν* omisit. Sequebatur vulgo *ἐξήρτηται*, quod correxi ex versione Thomae, vbi est *adaptatur*. Gaza *coniungitur* dixit. Infra 3, 3. est: *ἡ μὲν οὖν μεγάλη φλὲψ ἐκ τῆς μεγίστης ἤρτηται κοιλίας τῆς ἄνω καὶ ἐν τοῖς δεξιοῖς — ἡ δὲ ἀορτὴ ἀπὸ τῆς μέσης*. Sequens *καὶ* omisit versio Thomae. De mesenterii nexu vide Capitis antecedentis sect. 10.

πόροι ἀπὸ τῆς καρδίας] *meatus perpetui* Gazae. De his accuratius infra 3, 3. *τείνει δὲ πρῶτον μὲν ἄνω ἀπὸ τῆς καρδίας τῆς μεγάλης φλεβὸς μόριον πρὸς τὸν πνεύμονα καὶ τὴν σύναψιν τῆς ἀορτῆς ἄσχιστος καὶ μεγάλη οὖσα φλέψ, σχίζεται δὲ ἀπ' αὐτῆς μόρια δύο, τὸ μὲν ἐπὶ τὸν πνεύμονα, τὸ δ' ἐπὶ τὴν ῥάχιν. — Ἡ μὲν οὖν ἐπὶ τὸν πνεύμονα τείνουσα φλὲψ εἰς διμερῆ ὄντ' αὐτὸν διχῇ σχι-*

ζεται πρῶτον, εἶτα παρ' ἑκάστην σύριγγα καὶ ἕκαστον τρῆμα τείνει, μείζων μὲν παρὰ τὰ μείζω, ἐλάττων δὲ παρὰ τὰ ἐλάττω. — ἐπάνω δὲ οἱ ἀπὸ τῆς φλεβὸς εἰσι πόροι τῶν ἀπὸ τῆς ἀρτηρίας συρίγγων τεινουσῶν.

οὐδεὶς δὲ — πόρος] Rhen. δὲ et πόρος omisit. Gaza vertit: *neque vllo communi foramine commeant.* Deinceps εἰς τὸν δεξιὸν a prima manu scriptum habet Rhen. sed recentior in margine εἰς τὸ adscripsit. Postea vulgatum εἰς τὸν ἀριστερὸν πόρον ex Med. V. R. et versione Thomae correxit Camus. Sed Thomae versio ita: *fert enim hic quidem in dextrum pororum, hic autem in sinistrum.* Omisit igitur aut in libro suo scriptum non legit κοῖλον, sed εἰς τὸν δεξιὸν τῶν πόρων, quod voluit etiam dare librarius Rhenani libri. Sed recte Camus secutus Gazam: *le font passer au coeur, où leurs troncs s' ouvrent, l' un dans la cavité droite, l' autre dans la cavité gauche.* Ceterum iam olim vitium vulgatae viderat C. Hofmann. de Thorace p. 13. qui corrigebat: φέρει γὰρ ὁ μὲν τῶν πόρων — ὁ δ' εἰς τὸ ἀριστερόν. Sed πόρων suo loco potest relinqui, quanquam longius a suo articulo disiunctum. De coniunctione cordis cum pulmone hic locus omnium clarissimus est, vnde pendet omnis crisis locorum duorum supra sect. 2. et libri 3. cap. 3.

κατ' αὐτὰς κοινῇ] Gaza vertit: *separatim ratione communi.* Camus vero: *Nous décrirons ailleurs la veine cave et l' aorte, et nous parlerons dans un même lieu de ce qui regarde chacune d' elles.* Mihi vitium in vulgata scriptura inesse videtur. Nam si κατ' αὐτὰς separatim significat, vti Gaza voluit, non video, qui statim, nulla interiecta particula, κοινῇ iungi possit.

4. τοὺς ἐξηρημένους] Vulgatum ἐξαιρουμένους ἐκ τῶν διαιρουμένων ζώων εὐθέως ex Rhen. et versione Thomae correxi, vbi est *exsiccatos, ex quibus diuisis animalibus confestim.* Sed male is interpretatus est ἐξηρημένους, quasi esset deductum a verbo ξηραίνω. Deinceps verba μόνον

ἔχει αἷμα versio Thomae reddere dicitur a Camo *cor suum habet sanguinem.* Sed suspicor in Codice male scriptum aut lectum fuisse *suum* pro *solum.* Nihil enim varietatis ex libro Lipsiensi enotaui.

λεπτότατον δ' ἐστὶ] De Partibus 3, 4. *διόπερ τὰ μέγιστα τρεῖς ἔχουσι μόνας· τούτων δὲ πλεῖστον μὲν αἷμα καὶ θερμότατον ἔχουσιν αἱ δεξιαὶ, ἐλάχιστον δὲ καὶ ψυχρότερον αἱ ἀριστεραὶ, μέσον δὲ αἱ μέσαι τῷ πλήθει καὶ θερμότητι, καθαρώτερον δέ· δεῖ γὰρ τὴν ἀρχὴν ὅτι μάλιστα ἠρεμεῖν.*

5. *φρένες*] Aldina et Rhen. *φλέβες.* Sequens *μὲν* omisit versio Thomae. Verba *ἐν μέσῳ δ' ἔχει* etc. Gaza interpretatur: *parte media tenue membraneaque exilitate contextum.* Albertus: *in medio sunt istius diaphragmatis partes subtiles, ex quibus contexitur, et sunt partes neruorum et venarum.* Noster de Partibus 3, 10. *τὸ διάζωμα πρὸς μὲν τὰς πλευρὰς σαρκωδέστερόν τε καὶ ἰσχυρότερον, κατὰ μέσον δὲ ὑμενωδέστερον. — διὸ καὶ λεπταὶ κατὰ μέσον εἰσὶν αἱ φρένες.*

εἰσὶ δὲ καὶ αἱ τοῦ ἀνθρώπου] Cami editio *καὶ* omisit. *τῶν ἀνθρώπων* Basil. Pro *φλέβες* Med. cum versione Thomae *φρένες* habet. Deinceps vulgatum *ὡς κατὰ τὸ ἀνάλογον* ex V. R. A. correxit Camus. In Rhen. *ὡς* et *ἀνθρωπίνου,* quod vulgo ante *σώματος* legebatur, omissum est. Junt. Camot. *ἀνθρωπείου* habent. Ceterum nisi de venis diaphragmatis peculiariter haec intelligi voluit, alieno loco dixit Philosophus, recte monente Scaligero.

Ὑπὸ δὲ τὸ διάζωμα] Ita pro *ὑπὲρ* ex Med. Canis. Rhen. Codice Accoramboni, versione Thomae, Scoti, Alberti et Gazae scripsit Camus, vti iam olim fieri voluit Scaliger et C. Hofmann Var. Lect. p. 87. Deinde pro *τερατωδῶς* versio Thomae *monstrosis* habet.

τῇ κάτω κοιλίᾳ] Versio Thomae et Gazae *κάτω* omiserunt: quare inclusi. Male Camus vertit *attachés avec les intestins auprès de l'epiploon.* Vsum splenis enim noster de Partibus 3, 7. hunc esse voluit: *ὁ γὰρ σπλὴν ἀντισπᾷ*

ἐκ τῆς κοιλίας τὰς ἰκμάδας τὰς περισσάς. Scaliger συνήρτηται verbum ad iecur et splenem simul referri censuit; quod fieri per leges grammaticas non licet.

πλείστοις] Versio Thomae πλείοσιν habet. Sequens συμβαίνει δὲ τοῦτο refertur ad verba οὐκ ἔχει χολὴν — ἔπεστι, male interposita descriptione figurae hepatis disiuncta, vt animaduertit Scaliger. Deinde pro ἐν τοῖς ἱερείοις versio Thomae habet *in multis sacris*. Scriptum igitur fuit in libro eius ἐν πολλοῖς ἱεροῖς. et statim: *in loco quodam Calcedoniae in Euboia non habet*. Noster de Partibus 4. c. 2. συμβαίνει δὲ τὸ τοιοῦτον καὶ περὶ τὰ πρόβατα καὶ τὰς αἶγας· τὰ μὲν γὰρ πλεῖστα τούτων ἔχει χολήν· ἀλλ' ἐνιαχοῦ μὲν τοσαύτην, ὥστε δοκεῖν τέρας εἶναι τὴν ὑπερβολὴν, οἷον ἐν Νάξῳ· ἐνιαχοῦ δ' οὐκ ἔχουσιν, οἷον ἐν Χαλκίδι τῆς Εὐβοίας κατά τινα τόπον τῆς χώρας αὐτῶν. Causam reddere voluisse videtur Aelianus h. a. 16, 26. vbi idem de Scythicis ouibus narrat, quem locum ignorabant interpretes Herodoti 4, 55. cum dubitabant de lectione vulgata: τοῖσι δὲ κτήνεσι ἡ ποίη ἀναφυομένη ἐν τῇ Σκυθικῇ ἐστι ἐπιχολωτάτη πασέων ποιέων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. Hoc nostro in loco χολὴν Albertus interpretatus est cystin felleam. De Partibus l. c. est: ἔχει δὲ χολὴν τὰ πολλὰ τῶν ἐναίμων ζώων τὰ μὲν ἐπὶ τῷ ἥπατι, τὰ δ' ἀπηρτημένην ἐπὶ τοῖς ἐντέροις, ὡς οὖσαν οὐχ ἧττον ἐκ τῆς κάτω κοιλίας τὴν φύσιν αὐτῆς.

τοὺς θύοντας] Versio Thomae *videntes* θεωροῦντας reddidit. Sequens ἴδιον omisit Rhen.

τῇ δ' ἀορτῇ] Aldina, M. V. R. A. Canis. Rhen. versio Thomae habent ἀρτηρίᾳ, in Regio tamen correctum. Deinceps *per hepar pertransit* versio Thomae, omisso γὰρ, habet. Reg. Ambr. οὐ διέχει. Male. Noster de Part. 3, 4. τείνει δι' αὐτοῦ (ἥπατος) φλὲψ, ἐξ ἐκείνης δ' οὐδεμία. Ibidem verbo διέχειν similiter vtitur: διὰ μὲν τῶν ἄλλων σπλάγχνων διέχουσιν αἱ φλέβες, διὰ δὲ τῆς καρδίας οὐ διατείνει φλέψ.

ᾗ αἱ] Versio Thomae *quorum* pro *ᾗ* reddidit.

7. *πᾶσι τοῖς ζώοις*] Verba *τοῖς ζώοις* non male omisit versio Thomae, et deinceps post *ὁ δεξιὸς* additum *ἐστὶν* reddidit. Postea vulgabatur *ἔχει ὁμοίως τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτο,* sed ex versione Thomae verba *καὶ τοῦτο* retraxi.

πλὴν οἱ τῆς φώκης] Obseruationem Philosophi confirmat Hartmann in anatomia phocae, Regiomonti 1683. p. 12. Deinceps Camot. *στεῤῥότατοι.* V. R. A. *στερεώτεροι.* Ald. Junt. *στερεώτατοι. solidissimi* versio Thomae. Albertus *venas emulgentes* interpretatur.

τὸ μὴ — μηδὲ πήγνυσθαι] Edd. pr. cum versione Thomae *τῷ* habent. Cetera vertit Gaza: *nec intra se quicquam concrescere ostendunt.* Legit igitur *μηδέν.* Scaliger etiam vertit *neque sanguinem intus habent nec concretionem.* Camus: *ni d' autre liqueur susceptible de coagulation.* Satius erat comparare locum de Partibus 3, 9. vbi est: *διόπερ ἐν τοῖς κοίλοις αὐτῶν οὐκ ἐγγίγνεται αἷμα οὐδὲ πήγνυται τελευτώντων.*

νεανικοὶ] Gaza *meatus insignes.* Thomae versio habet *exsilit* scriptum. Sed in loco de Partibus, vbi est *ἐκ δὲ τοῦ κοίλου τῶν νεφρῶν φέρουσι πόροι ἄναιμοι εἰς τὴν κύστιν δύο νεανικοὶ, ἐξ ἑκατέρου εἷς, καὶ ἄλλοι ἐκ τῆς ἀορτῆς ἰσχυροὶ καὶ συνεχεῖς.* ibi igitur versio Thomae *graciles* habet, et pro *συνεχεῖς concaui.*

8. *διὰ τῶν στενῶν*] Codices addere *σκελῶν* narrat Camus, sed Rhen. *σκελῶν* habet, in margine manus recentior vulgatam, vt alibi, annotauit *στενῶν.* Versio Thomae *σκελῶν* reddidit. Albertus habet: *et deinde eaedem venae iterum collectae in strictum procedunt ad ossa ancharum et ramificantur in eis primo.* Postea *τεταγμέναι πρὸς* Venet. Reg. Ambr. *ac denuo ibi porrectae apparent* breuius Gaza, qui *ἰσχίον coxam* interpretatur, Scaliger *clunes.*

ἐξάρτησιν] Versio Thomae *ortum habens a poris et renunculis tensis.* Legit igitur scriptum *ἔχουσα ἀπὸ τῶν πόρων τῶν ἐκ τῶν νεφρῶν τεταμένων.* Non inepte. Pro *τε-*

ταμένοις Reg. A. *τεταγμένοις* habent. De Partibus 3, 9. *καθώρμισται δ' ἡ κύστις ἐκ τῶν νεφρῶν· τείνουσι γὰρ πόροι ἰσχυροὶ πρὸς αὐτήν.* vbi Thomas *terminata est* male vertit.

παρὰ τὸν καυλὸν] Ex Edd. pr. Vat. Reg. et versione Thomae *αὐλὸν* reuocauit Camus, nostrum ex Camotiana dederat Sylburg, Gaza *ceruicem* vertit. Deinceps *μεγέθους* malebat Sylburg, cum quo sentio. Gaza vertit: *proportione quam caeterorum amplior.* Quem recte taxauit Scaliger.

9. *αἰδοῖον, νευρῶδες καὶ χονδρῶδες ὄν*] Verba postrema quatuor vulgo post illa: *τὸ δὲ πρὸς τὴν κύστιν* transposita legebantur ineptissime, quasi *τρῆμα* aliquod dici possit *νευρῶδες* aut *χονδρῶδες*, quod tantum latum aut angustum, rotundum aut quadratum et sic porro dici potest. Deinde recte Scaliger taxabat Philosophum immerito, quod alterius foraminis substantiam descripserit, alterius omiserit. Ineptiae hae librariis debentur, quae plura in hoc loco turbarunt.

τὸ μὲν — τρῆμα συνερρωγὸς] Locum vulgo vitiosissimum atque ita scriptum: *τὸ μὲν — τρῆμα σ. εἰς ταὐτὸ, μικρὸν δ' ὑποκάτω. τὸ μὲν οὖν εἰς τοὺς ὄρχεις.* ex Scaligeri emendatione ita scripsit Camus: *τὸ μὲν — τρῆμα, τὸ δὲ συνερρωγὸς εἰς ταὐτὸ, μικρὸν δ' ὑποκάτω. Τὸ μὲν οὖν εἰς τ.* Altera Scaligeri coniectura haec fuit: *τὸ μὲν — τρῆμα διερρωγὸς, τὸ δ' εἰς ταὐτὸ, μικρὸν δ' ὑποκάτω.* Neutra sensum aperit, sed vim facit potius sermonis consuetudini. Mollior est mutatio, quam ipse tentaui et recepi. Gaza vertit: *Genitale — adnectitur, foramine foras directo peruium: sed paulo inferius altero intra eandem semitam conuio deductam: quorum foraminum alterum* etc. Thomas *συνερρωγὸς* vertit *conductum*, quasi *συνηγμένον* scriptum legisset. Sed vt genitale non potest recte dici *συνηγμένον εἰς ταὐτὸ τρῆμα τὸ αὐτὸ*, ita contra breuitate aptissima *συνερρωγὸς* dicitur *εἰς τὸ αὐτὸ τρῆμα τὸ ἐξωτά-*

τω, id est *peruium esse duobus meatibus*, *qui demum coniunguntur et coëunt in vnum foramen externum*. Nihil igitur mutaui, nisi vt particulam *οὖν* secluderem, et verba *μικρὸν δ' ὑποκάτω* ab antecedentibus separata sequentibus attribuerem. Denique *εἰς τὴν κύστιν* scripsi ex Rhen. et versione Thomae, vbi vulgabatur *πρὸς τ. κ.*

τοῖς ἄῤῥεσι] Thomas *ἐν τοῖς ἀῤῥ.* scriptum vertit. Deinceps *κοινοῖς* Rhen. et versio Thomae, quae vna cum Medic. et Rhen. omittit verba vulgo post *λεγομένοις* inserta, *ἅμα καὶ περὶ τούτων ὕστερον*, quae equidem seclusi, Camus vero auctoritatem Scaligeri secutus mutauit in *ἅμα καὶ περὶ τῶν ὑστερῶν διορ.* Sed matricum mentio importuna est et ab hoc loco aliena. Vitium tamen vulgatae bene sensit Scaliger. *de quibus postea partium communi examine, quemadmodum se habeant, disseremus* Gaza.

θέσις ἐπὶ τοῖς ἐντέροις] Ex Reg. *ἐν τοῖς ἐντέροις* dedit Camus, vertens *entre les intestins*. Deinceps Edd. primarum *τὰ τοιαῦτα* correxit Sylburg, quem secutae sunt recentiores cum Camo, confirmantibus Codicibus scriptis.

ADNOTATIONES

AD LIBRI II. CAPVT I.

Κοινὰ πάντων] Aldina cum Regio *πάντα*. Statim post *γενῶν τινῶν* desidero vocabulum aliquod, quale expressit Gaza: *aut aliquorum generum propriae.* Igitur *ἴδια*. Postea *ἀλλήλων πολλῶν* sequenti *πολλάκις* omisso Ambr.

ὅσα ἐστὶ γένει] Post *ὅσα* vulgo intersertum *γε* cum Rhen. et versione Thomae omisi; vulgatum *γένη* ex Med. correxi. *genere diuersa* Gaza. Sequens *καὶ* omisit Thomas. Denique vulgatum *τοῖς δ' οὐχ ὑπάρχει* ex V. R. A. contraxi in breuius.

2. *καὶ ζῳοτόκα*] Ita pro *ζῳοτοκοῦντα* V. A. versio Thomae. Sequens *ἅπαντα* cum Rhen. omisit Med. Deinceps *σπονδύλους* Leon. Camot. Postea *ὅμοια ἅπαντα ἔχει κυνὶ* Rhen. Denique *ἀνάλωγα* idem, vnde vulgatum *ἀνάλογον* emendaui; *πολυσχεδῆ* Ald. Junt. Camot. hic vt supra. Plinius 11. s. 101. *Omnia digitos habent quae pedes, excepto elephanto: huic enim informes, numero quidem quinque, sed indiuisi ac leuiter discreti, vngulisque, haud vnguibus, similes, et pedes maiores priores, in posterioribus articuli breues. Idem poplites intus flectit hominis modo.* Cf. infra ad 3, 9.

τῶν ἀνθρώπων] R. A. in textu *τῶν θηρίων* habent, quod est etiam in margine Rhen. tanquam lectio vulgata adscriptum. Sequens *τοῦ* ante elephanti nomen omisit Rhen. Deinceps *ὀπηθίοις* Juntina. Verba *τοιοῦτον καὶ* omisit Rhen.

πίνει γὰρ καὶ ἐσθίει] Versio Thomae: *bibit enim et dirigit appetens hanc ad os et elephantistae si appetat sursum: hac et arbores extrahit.* Legit igitur scriptum *πίνει γὰρ καὶ εὐθύνει ὀρέγων.* Ipse noster optime interpretatur de Partibus 2, 16. *ᾧ τὴν τροφὴν προσάγεται καθάπερ χειρὶ χρώμενος πρὸς τὸ στόμα τήν τε ξηρὰν καὶ τὴν ὑγρὰν καὶ τὰ δένδρα περιελίττων ἀνασπᾷ.*

ὀρέγων τούτῳ] Vatic. Rhen. versio Thomae *τοῦτο* habent; deinceps Aldina, Basil. *ὀρέγει ἄνω τούτῳ* (sic), Junt. Camot. *ἄνω ὀρέγει ἄνω τούτῳ.* V. *ἀνορέγει ἄνω τούτῳ.* Reg. *ἀνορέγει τουτῳ ἄνω.* Ambr. *ἀνορέγει ἄνω τοῦτο.* Med. *ἂν ὀρέγει ἄνω τώτῳ.* Thomas *ἂν ὀρέγῃ ἄνω* reddidit. Rhen. *ὀρέγων τοῦτο* tantum habet. Vulgatam dedit Sylburgius.

τῷ δ' ἄκρῳ ἐγκλίνει, οὐ κάμπτεται] Rhen. *καὶ κάμπτεται* sensu contrario habet, et statim *χονδρωδεσμον ἔχει.* Versio Thomae: *non autem habet iuncturas.* Plinius 8. c. 10. *callum manus* i. e. proboscidis memorat; quam vna cum labiis et dentium exsertorum medulla in cibo expetitam refert Aeliani H. A. 10, 12. Vincentius S. N. 19. c. 47. *huic nasus est quasi calcaneus ex cartilagine creatus, quo vtitur loco manus.* Albertus: *promuscida autem illa est ex cartilagine, vt sit media inter os et carnem, quo flecti possit et tam resistere duris apprehensis et nocumentis incurrentibus.* Hoc loco *χονδρῶδες* ad apicem tantum refertur, qui cartilagineus dicitur. De tota enim proboscide negat Camper *Kleine Schriften* Tom. I. p. 75. et in descript. anatom. gallica p. 9. qui digitum vocat et membranaceum esse affirmat. Nunc videamus de verbo *ἐγκλίνει*, quod Gaza vertit: *aduncius cula parte sui postrema naris haec est.* Contra Camus: *l'extremité se courbe facilement, quoique sans articulations, à cause des cartilages dont elle est formée.* Intelligit Philosophus appendicem extremae proboscidis, cuius mentionem ab Aristotele omissam mirabatur Camus in Commentario p. 295. Hanc ad vsus tam

varios adhiberi ait Philosophus flexione ea, quae fit sine articulis, quibus digiti flectuntur. Totam etiam reliquam proboscidem mollem et flexibilem, *μαλακὸν καὶ κάμπτεσθαι δυνάμενον*, esse affirmat de Partibus 2, 16. Male igitur Gaza, bene contra Camus locum vertit. Verba autem ita struenda sunt: *ἐγκλίνει δὲ (ὁ μυκτὴρ) τῷ ἄκρῳ, οὐ κάμπτεται δέ· χονδρῶδες γὰρ ἔχει (ὁ μυκτήρ)*. In sequentibus intelligitur ὁ *ἐλέφας* ad verba.

3. *πλατὺ — στενὸν*] Hinc *τὰ εὐρυστήθη τῶν τετραπόδων καὶ τῶν ὀρνίθων καὶ ἀνθρώπων* infra 9, 50. Cf. de Partibus 4, 10. Josephi *Anatomie der Säugethiere* I. p. 277. Blumenbach *vergleichende Osteologie* p. 356.

ἀλλ' ἢ ἄνθρωπος] Ex Vat. Ambr. πλὴν ἀνθρώπου dedit Camus. *nisi homo* versio Thomae. Sequens πρὸς τῷ στήθει ita Aeliani H. A. 4, 31. retulit: *μαζοὶ αὐτῷ πρὸς ταῖς μασχάλαις εἰσί.* Ita scilicet noster de Partibus 4, 10. *ὁ δ' ἐλέφας δύο μόνον ἔχει, τούτους δὲ ὑπὸ ταῖς μασχάλαις τῶν ἐμπροσθίων σκελῶν.* Simili ratione sitas mammas habent Manati et Dugores aquatici.

4. *τῶν κώλων καὶ τῶν ἔμπροσθεν καὶ*] Verba *τῶν ἔμπροσθεν* in Editione Laemar. exciderunt. Sequentia *καὶ ἑαυταῖς* omittunt Med. Rhen. Ita post *τετραπόδων* Camotiana prima inseruit verba *πλὴν ἐλέφαντος*, quae recte cum V. R. A. et versione Thomae omisit Camus.

πρόσθια — ὀπίσθια] Gaza: *genua ante se flectunt, suffragines in auersum, aduersaque inter se habent conuexa curuaturae crurum suorum*, imitatus Plinium, qui 11. s. 102. *aues vt quadrupedes alas in priora curuant, suffragines in posteriora.* Idem 11. s. 101. *Cetera animalia in diuersum posterioribus articuli pedibus quam prioribus. Nam quae animal generant, genua ante se flectunt et suffraginum artus in auersum.* *τὰ μὲν πρ. εἰς τοὔπισθεν, τὰ δ' ὀπ. εἰς τοὔμπροσθεν* habent V. R. A.

ἀντεστραμμένα] Ita pro *ἐστραμμένα* dedi ex Camot.

M. Canis. Rhen. Eodem verbo in eadem re vtitur de Incessu c. 13. Sequebatur vulgo οὐχ οὕτως ὡς λέγουσί τινες. Aldina Junt. οὐχ οὕτως λέγουσί τινές. Basil. Sylb. οὐχ οὕτως ὡς λέγουσί τινές. Camot. οὐχ οὕτως ὥσπερ λέγουσί τινες. Mecum Med. Rhen. οὐχ οὕτως ὥσπερ ἔλεγον ex Canis. V. R. Ai dedit Camus. Noster de Incessu c. 9. καὶ περὶ τῶν ἐλεφάντων ὁ παλαιὸς ἦν λόγος τοιοῦτος οὐκ ἀληθὴς ὤν: nempe antecesserat ἐνδέχεται καὶ μὴ ἔχοντος καμπὴν τοῦ σκέλους κινεῖσθαι, ὥσπερ τὰ παιδία ἕρπουσι. Cf. ibid. c. 13. Ceterum doctrinam Aristotelis de motu et flexione artuum et articulorum humanorum contrario motui quadrupedum erroneam esse apparet. Erroris autem causa in eo sita est, quod os humeri et coxae in quadrupedibus, inprimis longipedibus, breue, adstrictum et corporis tegumento communi comprehensum est, neque ita, vt in homine, quadrumanibus animalibus, vrso et elephanto, liberum extat moueturque. Itaque diuersa ossa animalium cum humanis compararunt falsisque nominibus appellarunt; quod post Fabricium ab Aquapendente de motu locali animalium secundum totum p. 342. ed. Albini et Gallum Barthez monuit Blumenbach *Handbuch der vergleichenden Anatomie* p. 69. 70. Ita pluribus in animalibus σκέλη vocat, qui sunt potius metatarsi; idem valet de pluribus ossium nominibus alienis.

5. οἷον κροκοδείλῳ] Ita pro ὥσπερ κρ. V. A. ὥσπερ κροκοδείλοις Rhen. Deinde τὰ σκέλη ἀμφότερα Rhen. τὰ πρόσθεν Vat. Postea παρεκκλίνοντα margo Rhen. Plinius 11. s. 102. *oua parientibus quadrupedum, crocodilo, lacertis, priora genua post curuantur, posteriora in priorem partem. Sunt autem crura his obliqua humani pollicis modo. Sic et multipedibus, praeterquam nouissima salientibus. Aues vt quadrupedes alas in priora curuant, suffragines in posteriora.* In quibus plura sunt vel interpretis vel librariorum vitia, quibus tollendis Codicum fides non sufficit. Varia tentarunt Dalecampius et Pintia-

nus; ceteri Interpretes vitia falsis interpretationibus incrustare conati sunt.

βεβλαίσωται ἐπὶ τὰ πλάγια τὰ ἐντὸς] Vulgatum *ἐβλαίσωται* ex Rhen. correxi. *uuruat* reddit Thomas, *vergunt* Gaza. Sequens *ἐντὸς* ex Aldina, Med. A. Rhen. et versione Thomae et Scoti dedit Camus, *ἐκτὸς* est in Edd. ceteris, V. R. et versione Gazae. cf. de Incessu c. 13.

6. *εἰς δὲ τὸ ὄπισθεν*] Rhen. *τὰ ὄπισθεν*. Sequens *κάμπτει* vulgato *κάμπτεται* substitui ex versione Thomae, vbi est *flectit*. Deinceps *ἐναντίων* Rhen. Versio Thomae habet: *contrarium autem illius et anterioribus skeleis.* suprascripto ab alia manu *vlnis*.

τοῖς ἄλλοις ἐναντίως] Ita pro *πολλοῖς* Med. Canis. versione Thomae scripsi. Deinceps *οἱ ταῦτα ἔχοντες* Rhen. et versio Thomae.

καὶ ὁ ὄρνις] Copulam omisit Thomas. Deinceps vulgatum *δίπους μὲν γὰρ ὢν* Camus mutauit omisso *μὲν*, non nominatis Codd. auctoribus. Versio Thomae *γὰρ* omisit, et statim post *τὰ* omisit *μέν*.

7. *ὁμοίους χερσὶν*] Ex V. R. et versione Thomae *μὲν* interseruit Camus. Sequens *ἄρκτου muris* vertit Albertus. Postea *οὐ μέγαν* omisit Camotiana. *ὄνυχα μέγαν* Leon. Isingr. Recte tenuit cum MSS. omnibus et 3 versionibus vulgatam Camus. Denique vulgatum *παραπλήσιαι* ex Codd. suis correxit Camus.

8. *κατὰ διάμετρον*] Cf. de Incessu cap. 14.

κατὰ σκέλος] In exemplo Albertus nominat *leonem et elephantem*. Plinius 11. s. 105. *Leo tantum et camelus pedatim gradiuntur, hoc est vt sinister pes non transeat dextrum, sed subsequatur*. Scaliger ita interpretatur: *In aliis enim animalibus, quantum pes dexter promouet a linea, in qua aeque cum sinistro consistebat, tantum sinister ante dextrum. In leone autem non item; sed subsistit sinister citra illud spatium. Quare non immerito κατὰ σκέλος dixerunt Graeci. Est enim quasi clauda ambulatio.*

Non item fit triangulum ἰσοσκελές. Accuratius animaduertes gressionem eorum animalium, quorum pedes posteriores praelongi sunt, cuiusmodi vrsis et simiis. Saepe enim obliqui incedunt, ne posterior pes in anteriorem impingat, sed vt vacuum spatium obtineat, alter sub ventre, alter extra latus ponit vestigium. Contra lepores adeo quadrate eunt, vt in niuibus terna tantum inuenerimus aliquando vestigia: ita vt vnus e posterioribus nouam notam imprimeret, alter non, sed in prioris foueolam sese immitteret. Compara dicenda infra ad libri 9, 31, 2.

Βακτριαναὶ καὶ] Ald. Junt. Camot. Ἀῤῥάβιαι. Codex Reg. *ἀμφότεραι αἵ τε Βάκτριαι καὶ αἱ Ἀῤῥάβιαι*. V. A. *Βακτρίαι*.

ὅτε οὐ προβαίνει] Gaza Plinium imitatus: *cum pes sinister non transit dextrum, sed subsequitur.* Camus distinctius: *le pied gauche ne devance pas la trace du pied droit, il ne fait que le suivre.* Ceterum ὅτε pro ὅτι scripsit primus Sylb. verum habet solus Rhen.

CAPVT II. (vulgo I.)

καὶ γὰρ καὶ ἡ φώκη] Rhen. et versio Thomae alterum *καὶ* omittunt ante *ἡ*. Deinceps *ἐλέφαντος* Canis. Rhen. *cerui* vertit Albertus.

2. Ἔστι δὲ τῶν μὲν] Versio Thomae Ἔτι expressit, quod est in Camot. et Med. Deinceps ἧττον δασέα dedi ex Rhen. ordine vulgato inuerso. Postea *τὴν κάτω βλεφαρίδα — ἀλλὰ τὴν κάτωθεν* Rhen. *sed paulo inferius pili rari nonnullis exeunt* Gaza. Sequens *πεφύκασιν* Thomas vertit *insunt*. Albertus: *in inferioribus enim non habent, licet quibusdam forte ex aliquo accidente oriantur aliqui pili in palpebra inferiore*. In vtraque palpebra cilia habere simias et elephantem affirmat Perrault, *Oeuvres de Physique* T. II. p. 290. Plinius 11. s. 47. *in capite cunctorum animalium homini plurimus pilus.* sect. 94. *quadrupedum dorsa pilosa, ventres glabri.* De Partibus 2, 14. cilia struthio-

camelum habere narrans pergit: καὶ τῶν ἐχόντων τρίχας ἐπ' ἀμφότερα οἱ ἄνθρωποι μόνον ἔχουσι. τὰ γὰρ τετράποδα τῶν ζώων ἐν τοῖς ὑπτίοις (*ventralibus* versio Thomae) οὐκ ἔχει τρίχας, ἀλλ' ἐν τοῖς πρανέσι μᾶλλον· οἱ δ' ἄνθρωποι τοὐναντίον. — καὶ διὰ τοῦτο τῶν τετραπόδων οὐδὲν οὔτε βλεφαρίδα ἔχει τὴν κάτωθεν, ἀλλ' ὑπὸ τοῦτο τὸ βλέφαρον ἐνίοις περιφύονται μόναι τρίχες. Postrema vertit Thomas: *adnascuntur quidam pili*, quasi τινὲς τρίχες scriptum legisset. Sed μαναὶ scribendum esse hic noster locus docet. *pilos* tamen *quosdam sub ea nascentes* habet etiam versio Gazae.

3. ὁμοίως πάντη] Thomae versio πάντων reddidit. Χαίτην Gaza *iubam* interpretatur, Plinium imitatus, qui leones, sed etiam bisontes et equos iubatos dixit.

πρανεῖ τοῦ αὐχένος] Thomae versio *in dorsali collo*. Vocabulum λοφιὰν de sue et apro adhibuit Homerus.

ὁ ἱππέλαφος καλούμενος] Ex Rhen. et versione Thomae καλούμενος inserui. Deinceps πάρδιον pro ἱππάρδιον dedi ex Aldina, Med. Rhen. Veneto. *pardium* versio Thomae. In V. A. est ἱππαρίδιον. Scotus omisit. Recte Pallas in Spicileg. Zool. I. p. 4. interpretatur camelopardalin Linnaei.

πώγωνα ἔχει] Haec verba non habuit in suo libro Thomas. Hippelaphum Buffonus in Historia Axidos, vt et Tragelaphum Plinii, eundem facit cum ea cerui varietate, quam vulgo Galli vocant *Cerf des Ardennes*, nostri *Brandhirsch*. Consentit Pallas Spicileg. XI. p. 51. qui tamen vetulis tantum ceruis accidere id ait, quod varietati cuidam tribuit Buffonus; item Erxleben in Systemate Mammalium p. 304. Me tamen dubium adhuc retinent cornua τῆς δορκάδος, quae illi tribuit Philosophus.

4. Ἔστι δ' ἀμφότερα κερατοφόρα] Med. Canis. ἔτι δ' ἀμφότερα ὅ τε βόνασσος (Can. βόνασος) καὶ ἱππέλαφος κ. Deinceps δίχαλα Aldina, Junt. Camot. V. R. A. hic et vbique habent.

Ἀραχώταις] Ita pro *Ἀραχωτοῖς* cum Med. Can. et Rhen. scripsi monente Sylburgio ex Stephano Byzantino. Tragelaphum Plinius in Phasiana regione collocauit.

ἔχουσι μᾶλλον. τὰ δὲ τῶν] Vulgatum *ἔχουσι. μᾶλλον δὲ τὰ τῶν ἱππ.* ex Aldina, Camot. M. V. R. Rhen. versione Thomae et Gazae correxit Camus. Ceterum boues hos feros Indicos vel Arachoticos esse genus illud, quod hodie Buffalos dicimus, monuit Buffon in annotatione ad Historiam eius animalis.

5. *Βακτριαναὶ*] Vulgatum *Βάκτριαι* constantiae causa mutauit Camus. *Bractici* vertit Thomas.

ἐφ' οὗ] Rhen. *ἐφ' ὧν* — *ἐν γόνατα.* Versio Thomae *firmatur et ad corpus.* Voluit dare *aliud corpus.* Intelligit Philosophus callos genuum cameli. Plinius 8. s. 26. *Camelorum duo genera, Bactriae et Arabiae: differunt, quod illae bina habent tubera in dorso, hae singula: sub pectore alterum, cui incumbant. Dentium superiore ordine vt boues carent, in vtroque genere.*

Θηλὰς μὲν οὖν] Ita cum Rhen. versio Thomae pro *θηλὰς δέ.* Deinceps *τέτταρας* Rhen. Postea idem *τὰς καμπὰς* dedit. Vulgo articulus deerat. *ὑπόστασιν τῆς κοιλίας alui interuallum* interpretatur Gaza. Sanum verbum equidem non puto. *ὑπόστασιν* alia notione vsurpare solet noster, veluti de Part. 2, 16. de pedum vsu: *ἕνεχ' ὑποστάσεως τοῦ βάρους*, ad sustinendum onus. *Subsidens venter* huic loco et rei non conuenit, sed potius substrictus; igitur *ὑπόσταλσις* placet. Ceterum respicit locum Herodoti 3, 103. repetitum ab Aeliano H. A. 10, 3. ad quem opiniones virorum doctorum narraui. Cf. etiam dicenda infra ad 8. c. 28. Contraria scilicet causa in camelo fecit, vt plures flexuras pedum habere videretur, cum in reliquis generibus summi artus cute constricti cum flexuris lateant, vt supra admonui.

ἰσχίον δὲ μικρὸν] Rhen. *δὲ καὶ μικρόν.* Versio Thomae: *astragalum quidem ptici'a sub toto skeleo similem quidem*

boui turpe autem et paruum vt secundum magnitudinem. Scriptum igitur legit: *καὶ ἀστράγαλον μὲν ἴδιον ὑπὸ παντὶ τῷ σκέλει, ὅμοιον μὲν βοΐ, αἰσχρὸν δὲ καὶ μικρόν.* Versio apud Vincentium 18, 23. *in quolibet pedum est genu, super quod flectunt pedem. in vtroque pede est caba simile cabae vaccini pedis, quia paruum est respectu corporis.* Vides igitur ne Scotum quidem vulgatam habuisse in suo libro. Rem conficit locus Plinii 11. s. 105. *Camelo tali similes bubulis, sed minores paulo: est enim bisulcus* etc., quae deinceps ponam. His igitur de causis vulgatam, *βοΐ, ἰσχίον δὲ μικρὸν,* correxi. Vestigium leue scripturae verae seruauit Rhen. Silentium Cami miror. Deinceps vulgatum *ἀμφόδουν* correxi ex Codd. Cami et Rhen. *ἄμφοδον* Aldina, Junt. Camot.

6. *ἐκ μὲν τοῦ ὄπισθέν*] Inutile *γὰρ* post *μὲν* vulgo intersertum omisi cum Rhen. et versione Thomae. Deinceps *τὰ δ' ἔμπροσθεν* Rhen. Postea vulgatum *μικρὰ* ex Rhen. correxi.

μέχρι τῆς δευτέρας καμπῆς] Haec ita Thomas interpretatur: *ex posteriori quidem parum scinditur vsque ad secundam inflexionem digitorum, anterius autem scinditur parum quantum vsque ad primam inflexionem digitorum in summitate quatuor, et est aliquid per medium scissionis, sicut anseribus.* vnde apparet, eum cum Mediceo et Rhen. scriptum legisse *ἐπ' ἄκρῳ*, non, vt vulgo est, *ἄκρων*. Alterum *καμπῆς* in secundo membro omittunt Aldina, Junt. Basil. ex Codice suo restituit Accorambonus. Albertus: *posterius autem in pedibus suis est aliquanta fissura, sed digitos fissos in pedibus illis coniungit corium, sicut quod est inter digitos anseris diuisos.* Postea *καὶ ἐστί τι καὶ διὰ μέσου* Rhen. Plinius 11. s. 105. *est enim bisulcus discrimine exiguo pes imus, vestigio carnoso, vt vrsis quadrupedum.* Ceterum falsa Gazae versio, quam sequitur Camus, vbi vocabula *ὄπισθεν* et *πρόσθεν* de superiore et anteriore parte pedis dicuntur, induxit Perraltum in eundem erro-

rem, quo factum est, vt Philosophum immeritum culparet. *Τὸ ὄπισθεν* significat pedem vtrumque posteriorem, *τὸ ἔμπροσθεν* vero vtrumque anteriorem. Vtrumque vero par pedum *ἔσχισται μικρὸν ἐπ' ἄκρῳ τέτταρα*, id est, divisum est in extrema parte in partes quatuor vel digitos. Vocabulum *τέτταρα* non est cum vocabulo *δακτύλων* copulandum; ita enim debebat esse *τεττάρων*, sed *ἔσχισται τέτταρα* dicitur graece, intellecto *εἰς*, vt *διαιρεῖν*, velut in Platonis Politico sect. 24. *διέλωμεν τοίνυν αὐτὴν δύο μέρη*. ad quem vide annotationem Fischeri p. 153. Similiter autem statim sect. 8. est: *τὰ μὲν οὖν δίχηλα δύο ἔχει σχίσεις ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν, τοῖς δὲ μώνυξι τοῦτ' ἐστὶ συνεχές.* vbi *τὸ ὄπισθεν* est par artuum posteriorum, *τὸ ἔμπροσθεν* anteriorum; vtrumque vero habet *δύο σχίσεις*, vnam nempe in singulo pede posteriore et anteriore; in solidis pedibus contra *τοῦτο*, id est *τὸ ὄπισθεν* et *τὸ ἔμπροσθεν*, est indiuisum vtrumque par pedum. Ita breuissime expeditur locus antea impeditus et Aristotelis obseruatio cum naturae veritate conciliatur. Audi doctissimum Gallum, *Cuvier*, disputantem de similitudine cameli et ruminantium animalium in structura pedum in libro: *Annales du Museum d' histoire naturelle Cah. 18. p. 450. D' abord son pied n' est pas entièrement fourchu; les deux doigts sont réunis en-dessous par une semelle commune; il n' a point des sabots complets, mais seulement des espéces d' ongles attachés, comme ceux de l' elephant, devant le bout de chaque doigt; sa derniere phalange n'a rien de la forme propre aux ruminans, qui consiste à être plus haute que large, plane au côté interne, bombée à l' externe etc. Elle est très-petite, et de la forme de celle des pachydermes. Enfin, quoique ses molaires soient tout-à-fait de ruminans, il se distingue eminemment de toute cette classe par les deux dents pointues qu' il a implantées dans l' os incisif.*

ὑποδοῦσι καρβατίνας] Ita pro *ὑποδύουσι καρβατίναις*

Med. Rhen. *calceant vilibus operculis* Thomae versio. ὑποδοῦσι etiam Canis. Deinde ἔστι δὲ ἀνίσχια Rhen. ἔτι δὲ καὶ τὰ ἀνίσχια vertit Thomas. *carpatinas crepidas* vocat Catullus. Cf. Gesneri Lexicon Rusticum in voc. *calceus*.

7. νευρώδη] Huc credo respicere Plinium 11. s. 98. *Quibus animalium manus sunt, intus tantum carnosae, extra neruis et cute constant.* Idem sect. 105. *Pedes homini maximi, feminis tenuiores in omni genere. Surae homini tantum et crura carnosa. — Vola homini tantum, exceptis quibusdam.*

8. ὥσπερ πρόβατον] Rhen. ὡς πρόβατον, qui deinceps verba ὁ ποταμιος — μώνυχα ἅσπερ omisit.

μώνυχες ὕες] Cf. Antig. Caryst. c. 72. Aeliani H. A. 3, 35. qui αἶγας Ἰλλυρίδας μώνυχας memorat 5, 27. ἐν Παιονίαις ex Aldina, V. R. A. edidit Camus. ἐν ταῖς Παιονίαις R. A. cum versione Thomae. Sed ego in Lipsiensi libro scriptum reperi *Peoibus*, supra scriptum *Peoniis*. Scriptum igitur legit Παίοσι, quod vnice probo. Plinius 11. s. 106. *Sues in Illyrico quibusdam locis solidas habent vngulas. Cornigera fere bisulca. Solida vngula et bicorne nullum. Vnicorne asinus tantum Indicus: vnicorne et bisulcum oryx. Talos asinus Indicus vnus solipedum habet.* Versio vetus apud Vincentium 18. c. 78. *In quibusdam regionibus venter porci magnus est et pedem fissum non habent.* Vnde *venter magnus* venit? De Moldauia testatur Kantemir Descriptio Mold. p. 96. versionis germanicae. Ceterum δίχαλα vbique habet vna cum Aldina Camot. V. R. A.

ἔμπροσθεν καὶ] Haec verba omiserunt Aldina, Junt. Basil. Codd. Cami, Rhen. et versio Thomae, quos auctores temere secutus vertit *en arrière*, vt Gaza *a parte priore posterioreque*, cum deberet *in pedibus anterioribus et posterioribus*, vt supra monui. Deinceps μονώνυξι V. R.

9. ἄκερα τῶν ζώων. Τὰ μὲν οὖν πλεῖστα τῶν ἐχόντων] Ita vulgatum ἄκερα· τῶν ζώων οὖν τὰ μὲν πλεῖστα δὲ τῶν

ἐχ. correxit Camus ex V. R. A. et versione Thomae. Camotiana *πλεῖστα δὲ* dederat, quod Sylburgius in *π. γε* mutauit. Med. *κερατοφόρα τῶν ζώων. Τὰ δ' ἀκέρατα, τὰ μὲν οὖν πλεῖστα τῶν ἐχόντων κ. δίχαλα.* Rhen. nihil mutat nisi *γε* in *δὲ* cum Camotiana. *sine cornibus animalium. plurima quidem igitur* versio Thomae. Deinde *δίκερον* Edd. pr. recte puto, vt *ἄκερα.*

οὐθὲν ὤπται] Vulgo intersertum *ἡμῖν* cum Rhen. et versione Thomae omisi. Pariter *μονόκερως* post *ὄνος* vulgo insertum cum Med. et Rhen. omisi. Deinde *ὀνύχων μόνον* Aldina, Junt. Camot. *μονωνύχων* V. R. A.

διὸ οὐ καλλιαστράγαλόν ἐστι] Vulgatum *οὐκ ἀστράγαλόν ἐστι* ex Vatic. correxit Camus. R. A. habent *οὐδὲ καλλιαστράγαλον.* Sylburgius ex Gazae versione *οὐκ εὐαστράγαλον* scribendum suspicatus erat: *vt talo careat probiore.* Versio Thomáe: *propter quod non habens astragalum est.* Habuit igitur scriptum: *διὸ οὐκ ἔχων ἀστράγαλόν ἐστιν* vel *τυγχάνει.* Accorambonus ex Codice posuit: *διὸ καὶ οὐκ ἀστράγαλον ἔχει.* Nostram scripturam Camus confirmat auctoritate Plinii 11. s. 100. *nam sues ex vtroque genere existimantur; ideo foedi earum tali.*

10. *πολυσχιδὲς — ἀστράγαλον*] Hoc membrum in Rhen. excidit. Post *ὤπται* Camot. inseruit *τοιοῦτον*, quod Camus omisit cum versione Thomae. Eustathius ad Iliad. p. 994. ed. Basil. *τοὺς ἐν ποσὶν ἀστραγάλους, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, οὔτε ἄνθρωπος ἔχει οὔτε τι τῶν μωνύχων καὶ ἀκεράτων.* Plinius 11. s. 103. *Solidas habent vngulas, quae non sunt cornigera: nec talos habent eadem. At quae bisulca sunt, habent. Iidem digitos habentibus non sunt, neque in prioribus pedibus omnino vlli.* Deinceps *ἀλλὰ ἡ λὺγξ* omisso *μὲν* Rhen. Postea ex eodem et versione Thomae vulgatum *λαβυρινθῶδες* correxi. Plinius 11. s. 106. *Lynx tantum digitos habentium simile quiddam talo habet, leo etiamnum tortuosius. οἷον πλάττουσι* Gaza reddit *quale effingunt,* Camus *à s'en rapporter aux desseins qu'on*

en donne. Itaque ipse Philosophus leonis interiora nec ossa nunquam viderat? *οἷον περιπλάττουσι* V. R. A.

ἔχοντα ἀστράγαλον] Rhen. *ἀστραγάλους*. Gaza h. l. vertit: *ita vt erectus in suffragine parte sui prona foras, supina introrsum spectet.* Plinius l. c. *Talus autem rectus est in articulo pedis ventre eminens concauo in vertebra ligatus.* vbi etiamsi Codd. quorundam scripturam assumseris *concaua* eamque in *concauus* mutaueris, vt *in vertebra concauus* dicatur, id est in dorso, tamen sensum nisi ineptum et falsum non efficies. Albertus: *et calcaneus quidem — rectus est nusquam incuruatus, et vt melius eo pes figatur et ventriculus vbi intumescit parum declinat versus exterius pedis et dorsum est declinatum ad anterius animalis in anterioribus pedibus, sed ad exterius in posterioribus.* Quae sunt falsissima et ineptissima. Ad verba *ἔχει — ἐν τῇ καμπῇ* annotandum, hinc ductum esse vocabulum *gamba,* quo Vegetius metatarsi os longum in pedibus equinis posterioribus signauit, Galli *os de canon* vocant. Situm est statim infra talum. Hinc Pallas in descriptione sceleti gambam pro metatarso dixit, Spicilegii Zoolog. XI. p. 27. Ex hoc vocabulo prauus vsus vocabuli Gallici *jambe* ortus inualuit.

Κῶα — Χῖα] Ita sola Juntina habet. *κῶλα — ἰσχία* Aldina et reliquae cum Codd. M. V. A. Rhen. In Regio veram manus secunda addidit. *cola — vertebra* versio Thomae. Gaza *veneres — canes* vertit. Conr. Gesner in Cane p. 213. verum primus vidit et adstruxit comparans proverbium: *Χῖος παραστὰς Κῷον οὐκ ἐᾷ λέγειν.* In Hippocrate de Fracturis *Χῖον* est Galeno os illud, cui caput tibiae ossis inseritur. Cf. Foesii Oeconomia h. v. In talo lusorio latera numeris signata erant, vbi *Κῶος* dicebatur senio seu senarius, *Χῖος* aut *κύων* vnio. Cf. Eustathius ad Iliad. p. 1399. ed. Basil. Sed inprimis huc pertinet locus Rufi Ephesii p. 70. *ἐν ᾧ διαστήματι ὁ ἀστράγαλος ἔγκειται, οὗ καὶ ἐπιβέβηκε τὸ κατὰ τὸ ἐπιτρίων ἀλλάχιον καὶ τὸ ἐξ πα-*

ῥάκειται τῇ τῆς κνήμης καὶ τῆς περόνης ἀποφύσει· τὸ δὲ ἐπιτριῶν ἐπιβέβηκε τῷ ἐπιτεταγμένῳ αὐτῇ ὀστέῳ, τῆς δὲ περόνης λεγομένῳ κυβοειδεῖ πρὸς ταῖς κοιλότησιν, ὡς ἀντικατακλείεσθαι τὰς τοῦ ἐπιτριῶν ἀνωμαλίας καὶ συνδεῖσθαι χόνδρου περιφύσει. Qui locus aperte vitiatus ita emendandus: *τὸ ἐπιτριῶν, κατὰ δὲ ἄλλους Χῖον.* Est igitur *τὸ Χῖον* ternione signatum, *τὸ ἓξ* vero senione signatum est *τὸ Κῶον.* Hesychius in voce *Κῶος, ὁ Κῶος ἀστράγαλος ὁ ἕξ, ὁ μὲν γὰρ Χῖος ἐδύνατο ἕν, ὁ δὲ Κῶος ἕξ.* Cf. Interpretes ad Pollucis 9. s. 100. vbi tradit, *Κῶον* tunc vulgo *ἑξίτην* vocatum fuisse, quod refert etiam Photii Lexicon. V. et Zenobii Adagia 4, 74. Diogeniani 5, 70. Suidam in *Κῶος.* Albertus haec ita vertit: *Plurima autem animalia habentia duos calcaneos habent eos declinantes contra se inuicem et latera calcaneorum in quibusdam declinant versus exterius pedis et extrema, vbi sunt principia calcaneorum in supremo rascete pedis.* Nunc ad rem ipsam explicandam aggredior, quae viros doctos, inprimis vero interpretes veterum scriptorum valde exercuit et dubios fecit. Talus in pede humano omnino adest, vt in omnium quadrupedum pedibus, sed in humano pede, qui corpus erectum sustinere debebat, longe diuersus figura a talo ceterorum animalium. In ruminantibus seu pecoribus Linnaei talis reperitur talus, qualem Graeci et Latini numeris signatum ad ludum talorum adhibuerunt, inter elegantissimos habentes *ἀστραγάλους δορκαδείους* seu ex dorcade sumtos. Primus Fabricius ab Aquapendente de Gressu p. 33. ed. Lips. loca veterum scriptorum bene interpretatus est, vbi homini et digitatis animalibus talus negatur, bisulcis vero tribuitur. Postea varietatem formae in variis animalibus cum varietate nominum, quibus impertiti sunt populi, qui ad ludum ossa haec adhibuerunt, accurate tradidit Th. Hyde in Historia talorum inserta Tomo II. Syntagmatis Dissertationum Oxoniae 1767. p. 310. seqq. quem laudauit Blumenbach, *Handbuch der vergleichenden Anatomie* p. 78. Va-

rietatem iuncturae, non figurae, in animalibus enarrauit *Cuvier* Lection. Anatom. I. p. 376. seqq. Camperi observationes de talis vngulatorum et digitatorum animalium cum meis posui in Promtuario Lipsiensi ad historiam naturalem anni 1787. p. 433. seqq.

ἐξέχοντα] Thomas *singularem* male vertit. Deinceps vulgatum *σκληρὸν δὲ καὶ κατὰ τὸν τόπον* ex V. R. Rhen. correxit Camus. Versio Thomae: *durum autem secundum locum vmbilici. τὸν* ante *τόπον* omittit Rhen. qui statim *τὸ δ' ἄνω — μεῖζον* habet. Sequentia *ὥσπερ πέντε* omisit idem Codex, et margo tanquam vulgatam *πέντε* tantum adscriptum habet.

Διατελεῖ δὲ] Particulam *δὲ* cum versione Thomae et Scoti, sententia postulante, vt putabat, omisit Camus. *διατελοῦσι τὸν πλείω* scriptum vertit Thomas. Deinceps *ὂν* post *τετράπουν* positum bis cum V. R. omisit male Camus. Albertus vertit: *non enim habent anchas ita ligatas sicut bipedia, neque habent caudam sicut quadrupes praeter hoc quod kybon appellatur.* Postea *γυναικὶ* dedi ex Medic. et versione Thomae pro *γυναικὸς*, denique *ἀνθρώπου* vulgatum ex Rhen. et versione Thomae correxi.

παντα τὰ τοιαῦτα] Gaza *genera haec omnia* vertit, quasi *γένη* additum legisset, quod probarem equidem. De simiis pauca noster haec de Partibus 4, 10. *ὁ δὲ πίθηκος διὰ τὸ τὴν μορφὴν ἐπαμφοτερίζειν καὶ μηδετέρων τ' εἶναι καὶ ἀμφοτέρων, διὰ τοῦτο οὔτε οὐρὰν ἔχει οὔτε ἰσχία, ὡς μὲν δίπους ὤν, οὐράν· ὡς δὲ τετράπους, ἰσχία. Τῶν δὲ καλουμένων κέρκων διαφοραί τ' εἰσὶ, καὶ πλείοσιν ἡ φύσις καταχρῆται καὶ ἐπὶ τούτων οὐ μόνον πρὸς φυλακὴν καὶ σκέπην τῆς ἕδρας, ἀλλὰ καὶ πρὸς ὠφέλειαν καὶ χρῆσιν τοῖς ἔχουσιν.* Nunc primum de diuersitate *οὐρᾶς* et *κέρκου* videamus, quas saepe iuxta nominauit, sed vt diuersas, Aristoteles. H. Stephanus in Thes. posuit, *κέρκον* proprie esse caudam, quae caulem habeat carnosum, siue pilosum siue depilem, quo pisces careant et aues. Quam definitionem

non satis esse accuratam statim videbimus. Supra erat: τοῖς δὲ μὴ ἔχουσι πόδας, οὐραὶ καὶ κέρκοι καὶ τὰ τοιαῦτα τὸ κατωθεν μέρος εἰσί. Ex piscibus et σελάχεσι nominauit τὰ κερκοφόρα et in exemplo posuit βάτον καὶ τρυγόνα ex raiarum genere libro primo. Supra: ἔτι τὰ πλεῖστα κέρκον ἔχει· καὶ γὰρ ἡ φώκη μικρὰν ἔχει ὁμοίαν τῇ τοῦ ἐλάφου. De Part. 2, 14. ὅσοις δὲ τὸ σῶμα δασὺ λίαν πεποίηκε, τούτοις ἐνδεῶς ἔχει τὰ περὶ τὴν κέρκον, οἷον ἐπὶ τῶν ἄρκτων συμβέβηκε. 4, 10. κέρκον δ᾽ ἔχει σχεδὸν οὐ μόνον πάντα τὰ ζωοτόκα, ἀλλὰ καὶ τὰ ᾠοτόκα. 4, 13. piscibus tribuit οὐρὰν et οὐραῖον, et e raiarum genere torpedini ait pinnas esse πρὸς τῇ οὐρᾷ; contra βάτος et τρυγὼν ex eodem genere raiarum κερκοφόρα dicuntur, quia caudam longam, mobilem et spinosam habent. Ibidem vespertiliones dicuntur οὔτε κέρκον οὔτε ὀῤῥοπύγιον habere, illud, quoniam velut aues sint, hoc vero, quoniam quadrupedes. Esse vero ὀῤῥοπύγιον ex pennis fissis compositum. In quadrupedibus tamen promiscue vsurpat vtrumque vocabulum. Nam initio κῆβος dicitur πίθηκος ἔχων οὐρὰν, postea vero οἱ δὲ κῆβοι, καθάπερ εἴρηται, ἔχουσι κέρκον.

Simiarum genera varia nominauit primus Aristoteles, πιθήκων vocabulo vsus. Vnus Codex Reg. πίθηκες habet, quae forma videtur solis poetis in vsu fuisse. Aristophanes pluribus locis πιθήκους et in Pace χαροπούς π. nominauit. Pindarus semel πίθωνα nominauit. Hesychius et Suidas grammatici tradunt, Athenienses simias καλλίας, item Lacones καλλίαρ vocasse. Hoc genus omnium optime notum habuisse videtur Aristoteles; de cynocephalis vero multa sine dubio in Periplis tradita legerat, sed pleraque fabulosa; igitur his immoratus non fuit magis quam κήβοις. De cynocephalis Indicis Ctesiae narrationem excerpsit Aelianus H. A. 4, 46. Χοιροπίθηκον obiter nominat in Capitis sequentis descriptione chamaeleontis. Κῆβος idem esse videtur, quem κερκοπίθηκον Megasthenes Strabonis libro 5, alii vero κῆπον vocarunt. Vocabulum vi-

detur esse peregrinum. Nomen idem legitur inscriptum monuménto Praenestino musiuo. Sed variatur mire animalis descriptio apud varios auctores, qui plures eiusdem generis species designasse videntur. Equidem his nominibus enarrandis immorari nolo. Extat libellus Lichtensteinii de Simiarum generibus antiquitati cognitis, quem adeat, qui recentiorum Graecorum scriptorum notitias cognoscere cupit. Plura in his ad liquidum perduci adhuc non potuerunt. Nobile Simonidis Pindaro aequalis Fragmentum extat de muliebris generis variis moribus cum quadrupedibus comparati, vbi est de similitudine simiae: τὴν δ' ἐκ πιθήκου — αἴσχιστα μὲν πρόσωπα — ἐπ' αὐχένα βραχεῖα κινεῖται μόγις, ἄπυγος, αὐτόκωλος, — δήνεα δὲ πάντα καὶ τρόπους ἐπίσταται, ὥσπερ πίθηκος. Vides igitur πίθηκον esse genus simiae ecaudatum et natibus tritis, quales Romani *clunas* vocabant. Festus: *Clunas, simias a clunibus tritis dictas existimant.* Primus hoc Aristotelis Caput illustrare conatus est Edw. Tyson in Anatomia Simiae, *Anatomy of a Pygmy* p. 80. seqq. post etiam Camper.*

ὁ βόνασσος] Canis. R. A. βόνασος. Deinceps παρὰ τὴν Παιονίαν et duobus iterum locis sequentibus παρὰ habet Vatic. Articulum τὴν omisit Rhen. Postea Μαιδικὴν dedit Camus pro vulgato Μηδικὴν, quod voluit fieri Sylburg. *Mediam* est in versione Thomae. Cf. dicta ad Cap. I. libri περὶ θαυμασίων p. 4. in editione Beckmanni.

11. ὄφεις] Aldina, Junt. Camot. Rhen. ὄφις. Deinceps ἐχόντων κέρας ex Vat. Reg. dedit Camus, quod sequentia flagitant pro vulgato κέρατα. Post μέχρι τινὸς vulgo adiectum μᾶλλον cum Codd. suis, Rhen. et versione Thomae omisit Camus. Plinius 11. s. 45. *Cornua multis quidem — et serpentum, variis data sunt modis, sed quae iure cornua intelligantur, quadrupedum generi tantum. — Omnibus autem caua et in mucrone demum concreta sunt. Ceruis autem tota solida et omnibus annis decidua. — nulla cerua-*

rum, nec quibus multifidi pedes, nec solipedum vlli, excepto asino Indico, qui vno armatus est cornu. — Ceterorum ossibus adhaerent, ceruorum tantum cutibus enascuntur. Postrema vitiosa adeo contra Aristotelis veram sententiam asserere conatus est Harduinus, quae, nisi Plinii error intercessit, ita facile corriges: *Ossibus adhaerent ceruorum tantum, ceterorum cutibus enascuntur,* transposito vno vocabulo *ceterorum* et interpunctione mutata. Plura vide infra ad Caput 9. libri 3. de cornuum varietate.

περὶ ὅ δὲ τοῦτο] Ex Rhen. ὅ interserui, quod reddidit etiam Gaza: *quam* (cauam partem) *solidum quiddam osse enascens subit.* Pessime Camus vulgatam secutus: *et la partie solide qui est autour une production de la substance osseuse.* Ceterum ὠτῶν pro ὀστῶν male est in Camot. Med. Rhen. et versione Thomae. Idem vitium ex Codice suo annotauit Accorambonus. Cf. ad 3. c. 9.

μόνος ὁ ἔλαφος] Ita vulgatum *μόνον ἔλαφος* ex Rhenani libro correxi. Versio Thomae *solus* habet. *ἀπὸ διετοῦς a biennio* reddit Thomas. Deinde vulgatum *πηρωθείη* ex Med. Vat. Rhen. correxit Camus, praeeunte Sylburgio. Plinius 11. s. 45. *omnibus autem caua et in mucrone demum concreta sunt: ceruis autem tota solida et omnibus annis decidua.*

CAPVT III. (vulgo I.)

Ἔτι δὲ περὶ τοὺς μαστοὺς] Vulgabatur *ἔτι τε περί τε τοὺς μ.* sed *τε* cum Rhen. omittit versio Thomae, contra Rhen. id in locum vulgati *δὲ* reponit. Deinceps *θηλὰς* Thomas *pabulas* vertit. Sequens vulgo *ἔμπροσθεν* omittit Rhen. et post *εἴρηται* addit *πρότερον* cum versione Thomae, quem sequor. Postea *ἔχει δὲ ἡ θήλεια,* omisso *καὶ* vulgo post *δὲ* inserto, Rhen. et versio Thomae. Pro *ὁρᾷν* Thomas reddidit *videantur,* quasi *ὁρᾶσθαι* scriptum legisset. Ceterum vere in thorace mammae elephantis sitae

sunt, sed simul sub axillis, quoniam armi corpori applicati sunt et thoracis partem eam occupant, aliter atque in homine. Cf. Camperi *Description anatomique d'un elephant* p. 12.

2. *ἔχει, ἐν τοῖς μηροῖς δ' ἔχει*] Vulgatum *ἔχει ἐν τ. μηροῖς καὶ τὰς θηλὰς* ex Rhen. et versione Thomae correxi. Sequens *οὔτ' ἐν τοῖς μηροῖς neque inter femora* vertit Thomas. Plinius 11. s. 95. *Mammas homo solus e maribus habet, cetera animalia mammarum notas tantum. Sed ne feminae quidem in pectore, nisi quae possunt partus suos attollere. — volucrum vespertilioni tantum. — Quibus solida vngula nec supra geminos fetus, haec omnia binas habent mammas, nec alibi quam in feminibus. Eodem loco bisulca et cornigera, boues quaternas, oues capraeque binas. Quae numeroso fecunda partu et quibus digiti in pedibus, haec plures habent toto ventre duplici ordine, vt sues, generosae duodenas, vulgares binis minus: similiter canes. Alia ventre medio quaternas, vt pantherae; alia binas, vt leaenae. Elephas tantum sub armis duas, nec in pectore, sed citra in alis occultas. Nulli in feminibus digitos habentium. — Vrsae mammas quaternas gerunt.*

ἡ δὲ πάρδαλις] *αἱ δὲ παρδάλεις* Med. Rhen. versio Thomae, vbi est *pardali*. Sequens membrum *ἡ δὲ λέαινα δ. ἐ. τ. γαστρὶ* omisit Camotiana. Contra Vat. et Reg. post *πάρδαλις* subiungunt *ἔχει δὲ καὶ ἡ κάμηλος — θηλὰς τέτταρας ἐν τῇ γαστρὶ, ἡ δὲ λέαινα δύο ἐν τῇ γαστρί*. Pariter Ambr. pro illis *ὥσπερ ὁ βοῦς* habet *ἐν τῇ γαστρί*. Vulgatam firmat versio Thomae, Scoti; cum Reg. et Vatic. facit Gaza. Ceterum articulum *ὁ* in verbis *ὥσπερ ὁ βοῦς* omittendum censui.

πλὴν ὅσοι ἐοίκασι] Ita pro *ὅσα* scripsi ex Rhen. et Veneto. De Partibus 4, 10. *ἔνια τῶν ἀῤῥένων οὐκ ἔχει, οἷον ἵπποι οἱ μὲν οὐκ ἔχουσι, οἱ δ' ἔχουσιν, ὅσοι ἐοίκασι τῇ μητρί.* Equi et hirci exemplum attulit Albertus ad h. l. Galenus de Vsu partium libro VII. extremo, vbi hunc locum

laudauit, posuit hanc regulam: *quibuscunque animalibus in pectore sunt mamillae, seruantur et in maribus: quibus vero in ventre solum sunt, non seruantur, nisi similitudinem corporis ad matrem magis quam ad patrem similia, quod in equis obseruauit Aristoteles.* De mammis pectoralibus sententiam firmat exemplum elephantis, simiae et vespertilionis. Capras Libycas mammis pectoralibus praeditas habet Aristoteles Aeliani H. A. 16, 33. Talem capram pinxit Paulini in Ephemerid. Natur. Cur. Dec. II. Ann. V. p. 55. in Appendice. In ouibus interdum, sed raro, papillas et vbera pectoralia reperiri narrauit Campero negotiator iumentarius, vt ab egregio viro accepi. Mas asinus similiter mammas habet, et in praeputio equorum quorundam reperit Daubenton, post eum La Fosse (*Cours d'Hippiatrique* p. 167. In ibice Sibirico mare in areola nuda ante scrotum vtrinque papillam reperit Pallas Spicileg. XI. p. 52. idem in Antilope Saiga mare in ipso margine antri inguinalis nudi XII. p. 38. in gutturosa ibidem p. 53. et in Moscho XIII. p. 32. in ceruicapra I. p. 23. Denique doctissimus Gallus Daubenton dicitur Aristotelis obseruationem in equis confirmasse peculiariter in libro: *La Medicine éclairée par les Sciences par Fourcroy* 1791. To. II.

3. *Τὰ δ' αἰδοῖα*] Rhen. τὰ μὲν δ' αἰδοῖα τῶν ἀῤῥένων. Deinde τὰ μὲν ἔμπροσθεν V. R. A. et versio Thomae. Postea verba καὶ τοὺς ὄρχεις καὶ omittunt Med. Rhen. et versio Thomae. Plinius 11. s. 109. *genitalia maribus quibus essent retro, satis diximus. Ossea sunt lupis, vulpibus, mustelis, viuerris. — camelino arcus intendere orientis populis fidissimum.* Sect. 110. *Testes pecori armentoque ad crura decidui, subtus adnexi, delphino praelongi vltima conduntur aluo, et elephanto occulti.* Idem 10. s. 83. *Coitus auersis elephantis, camelis, tigribus, lyncibus, rhinoceroti, leoni, dasypodi, cuniculis, quibus auersa genitalia.*

κάπρῳ] Thomae versio *caprae.* Deinceps ἐλέφας αἰδοῖον

omisso articulo Rhen. postea οὐκ ἀνὰ λόγον cum Med. Aristotelem genitale elephanti iunioris vidisse consentiunt hodie viri docti. Cf. Camper *Descript. anatom.* p. 15. Postea παρὰ τοὺς νεφροὺς ex V. R. A. dedit Camus, nullo sententiae discrimine. Denique post ταχέως vulgo haec sequebantur: καὶ τὰ μὲν ἀπολελυμένους ἔχει τοὺς ὄρχεις, ὥσπερ ἵππος, τὰ δ' οὐκ ἀπολελυμένους, ὥσπερ κάπρος· quae cum Camotiana omisit Camus, qui monet versionem Scoti et haec et sequentia vsque ad ἐπιπολὺ τὸ αἰδοῖον omittere. Gaza cum verba illa transtulisset, sequens θήλεια, ad postremum κάπρος relatum, *sus femina* interpretatus est, Camus contra de elephante femina, in qua vera omnia et talia, qualia Philosophus vidit et descripsit. Eundem situm partium in mortua demum femina agnouit Perraltus; de Aristotelis auctoritate litteris meis admonitus egregius Camperus eum accurate descripsit et pinxit in libro saepius laudando p. 15. 76.

4. τὸ αἰδοῖον — ἐν τῷ τόπῳ, οὗ τὰ οὔθατα] Vulgatum τὰ αἰδοῖα — ἐν ᾧ τόπῳ τὰ οὔθατα correxi ex Rhen. et versione Thomae. Sequens ἐστὶν omittit idem Rhen. qui deinde cum Med. ὅταν δ' ὀχεύωνται ἀνασπᾷ dedit pro vulgatis ὅταν δὲ ὀργᾷ ὀχεύεσθαι. Versio Thomae scriptum ὅταν δὲ ὥρα ᾖ ὀχεύεσθαι reddidit *cum fuerit hora coeundi.* Denique verba τῷ ἄῤῥενι omisit versio Thomae, et ἐνέῤῥωγε Rhen. dat pro ἀνέῤῥωγε.

θήλεα πάντα] Cum in maribus ea tantum genera retro mingant, quae genitalia retro conuersa habeant, feminae contra omnes, etiam in humano genere, si feminam situ horizontali incedentem cogites, retro mingunt. Post ὀπισθουρητικά ἐστι vulgo sequuntur verba, quae tanquam spuria seclusi. Repetunt enim de femina elephante, quae supra accuratius exposita fuerant, et additur quod de ceteris animalibus falsum est: καθάπερ καὶ τἄλλα, vbi copulam καὶ cum V. R. A. omittit versio Thomae. ὑπὸ τοὺς μηροὺς habent V. R. A. Praetera alieno loco subduntur; quid

enim additum γὰρ commune habet cum praecedente tractione animalium eorum, quae retro mingunt. Denique versio Alberti haec etiam praeteriit. Sed ecce Camus haec ita vertit: *la femelle de l' éléphant, quoique elle ait le vagin au dessous des cuisses, jette son urine en arriere comme les autres.* Qui sensus verborum eorum, quae quidem hodie leguntur, non est; is vero vt inesset, scriptum oportebat: καὶ γὰρ καὶ ὁ θῆλυς ἐλέφας καίπερ ἔχων τὰ αἰδοῖα ὑ. τ. μ. καθάπερ τὰ ἄλλα· scilicet ὀπισθουρητικός ἐστι. Sic sane commode hoc membrum cum antecedente oratione iungeretur.

5. ἐμφυσᾶται] V. R. A. ἐμφύεται. *inflatur* Thomae versio. *tumescant* Scoti. *quorundam autem tument ex neruo cartilaginoso et non ex carne, de qua sit curandum sicut virga tauri* Alberti. Deinceps γαλῇ τοιοῦτον ὀστοῦν V. R. A. Cur philosophus repetat dictum de mustela, nescio, nisi quod fabulam aliquam respici puto de membro eius, qualem de coitu per os refutat de Gener. 3, 6. De structura genitalis noster de Partibus 4, 10. ἔτι δὲ μόνον τοῦτο τῶν μορίων ἄνευ νοσερᾶς μεταβολῆς αὔξησιν ἔχει καὶ ταπείνωσιν· τούτων γὰρ τὸ μὲν χρήσιμον πρὸς τὸν συνδυασμὸν, τὸ δὲ πρὸς τὴν τοῦ ἄλλου σώματος χρείαν. ἀεὶ γὰρ ὁμοίως ἔχοντα ἐμποδίζοι ἄν. συνέστηκε δὲ τὴν φύσιν. ἐκ τοιούτων τὸ μόριον τοῦτο, ὥστε δύνασθαι ταῦτα ἀμφότερα συμβαίνειν. τὸ μὲν γὰρ ἔχει νευρῶδες, τὸ δὲ χονδρῶδες· διόπερ συνιέναι τε δύναται καὶ ἔκτασιν ἔχειν καὶ πνεύματός ἐστι δεκτικόν. Vbi vides carnis mentionem inter partes genitalis non fieri.

6. τελειωθεὶς] Vulgato τελεωθεὶς ex emendatione Cami substitui, vt libri I. c. 15. Eandem lectionem infra praebet Reg. Codex. Sequentia τὸ κάτωθεν μέρος πρὸς τὸ μέγεθος Gaza vertit: *crura posteriora partem complent inferiorem.* Postea οὐρὴ καὶ κέρκοι Rhen. *non habentibus autem caudae et caudillae et talia* versio Thomae. Videtur scriptum οὐραὶ καὶ οὐραῖα legisse. Κέρκος Aristoteli quid sit, et quo differat

ab *οὐρᾶ*, dicetur accuratius infra ad Caput de simiis. Denique *νέον ὢν — τελεωθὲν* Rhen. Vulgatum *τελεωθεὶς* ex Reg. correxi. Cum Rhen. scripturam recipere dubitarem, vulgatum *ὂν — τετραποδίζον* cum Sylburgio corrigere malui.

7. *Τὰ δ' ἀνὰ λόγον*] Separatim scripsi, quae vulgo iunctim leguntur *ἀνάλογον*, longe diuerso sensu, quem magis etiam variauit versio Gazae: *quadrupes reptat, deinde se erigit bipesque incedit. Sunt quae ex proportione incrementa partis vtriusque capere soleant, vt canis.* Videtur igitur addita legisse haec: *ἔπειτα δ' ὀρθοῦταί τε καὶ δίπους βαδίζει.* Talem apodosin flagitare etiam videtur protasis *τὸ πρῶτον;* sed Codices a Camo et me comparati tacent.

μείζω ἔχει] Ita pro *μείζονα* Rhen. Deinde *λοφοῦρα* dedi ex Med. Rhen. pro *λοφούρια*. Ambr. *ὀλοφούρια* habet. Versio Thomae *iubata*. In Theophrasti h. pl. pluribus locis *λόφουρα* nominantur, vt ab Eustathio ad Homerum, inprimis hist. pl. 3, 18. quem locum Scholia ad Nicandri Alexiph. 611. excerpserunt, sed *κολόφουρα* posuerunt, cum locus Callimachi ab iis positus, quem etiam Aelianus H. A. 9, 27. respexit, *λοφούρων* etymologiam et descriptionem apertissimam exhibeat: *ἑρπετὰ, τῶν αἰεὶ τεθράφαται λοφιαί.* Addunt Scholia: *λόφουρα δέ εἰσι βόες, ἡμίονοι.* Noster praeterea nominauit I, 6. et 13. et 16. vbi Codices et Edd. nullam varietatem habent, quam miror h. l. Camum tenuisse, qui ex Med. *λοφούρα* scriptum posuit, cum reliquis in locis Editiones *λόφουρα*, etiam in Eustathio exhibeant. Denique vulgatum *γίνεται, ὕστερον δὲ τὸ ἀπὸ* (vbi Aldina, Basil. et Sylb. *δὲ* habent) ex Junt. Camot. Codd. suis, versione Thomae et Gazae correxit Camus. Versio Scoti hunc locum omisit. Rhenanus cum Aldina et Bas. facit; is hic et vbique *οὐθὲν* et *οὐθεὶς* scriptum habet. *posterius ab vngula* vertit Thomas. Nunc ad rem, de qua noster de Part. 4, 10. *πάντα γάρ ἐστι τὰ ζῶα νανώδη τἄλλα παρὰ τὸν ἄνθρωπον· νανῶδες γάρ ἐστιν, οὗ τὸ μὲν*

ἄνω μέγα, τὸ δὲ φέρον τὸ βάρος καὶ πεζεῦον μικρόν. ἄνω δ' ἐστὶν ὁ καλούμενος θώραξ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς μέχρι τῆς ἐξόδου τοῦ περιττώματος. Τοῖς μὲν οὖν ἀνθρώποις τοῦτο πρὸς τὸ κάτω σύμμετρον καὶ πολλῷ ἔλαττόν ἐστι τελειουμένοις, νέοις δ' οὖσι τοὐναντίον τὰ μὲν ἄνω μεγάλα, τὰ δὲ κάτω μικρά· διὸ καὶ ἕρπουσι, βαδίζειν δ' οὐ δύνανται. Τὸ μὲν πρῶτον οὐδ' ἕρπουσιν, ἀλλ' ἀκινητίζουσι· νάνα γάρ εἰσι τὰ παιδία πάντα· προϊοῦσι δὲ τοῖς μὲν ἀνθρώποις αὔξεται τὰ κάτωθεν, τοῖς δὲ τετράποσι τοὐναντίον τὰ κάτω μέγιστα τὸ πρῶτον, προϊόντα δ' αὔξεται ἐπὶ τὸ ἄνω· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ἕδρας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν κύτος. Διὸ καὶ ὕψει οἱ πῶλοι τῶν ἵππων οὐδὲν ἢ μικρὸν ἐλάττους εἰσὶ, καὶ νέοι μὲν ὄντες θιγγάνουσι τῷ ὄπισθεν σκέλει τῆς κεφαλῆς, πρεσβύτεροι δ' ὄντες οὐ δύνανται. Vnde Plinius 11. s. 108. *Solidipedum crura statim iusta nascuntur mensura, postea exporrigentia se verius quam crescentia. Itaque in infantia scabunt aures posterioribus, quod addita aetate non queunt, quia longitudo superficiem corporum solum ampliat.* Accedit auctoritas Xenophontis de Equestri re I, 16. de aestimanda pulli futura magnitudine: *ὅτου γὰρ ἂν ὦσιν αἱ κνῆμαι εὐθὺς γενομένου υψηλόταται, οὗτος μέγιστος γίγνεται. προϊόντος γὰρ τοῦ χρόνου πάντων τῶν τετραπόδων αἱ μὲν κνῆμαι εἰς μέγεθος οὐ μάλα αὔξονται, πρὸς δὲ ταύτας, ὡς ἂν συμμέτρως ἔχῃ, συναύξεται καὶ τἆλλο σῶμα.* Xenophonti *κνῆμαι* sunt, quae Philosopho nostro *τὰ κάτω* dicuntur. Obseruationem eandem confirmauit Buffon in historia naturali equi, sed alia ratione explicare causam conatus est, quam Philosophus ab eo non nominatus. Camperus olim a me consultus, respondit, se in iuniore elephanto pedes breuiores, in adulto longiores posterioribus anteriores reperisse. In alteris literis posuit hanc opinionem, videri pedes quadrupedum eorum, quorum spina sit horizontalis, aequaliter crescere, vt in tauro, equo, camelo et cane; contra quorum spina obliqua adscendat, vt elephantis, forte etiam camelo, par-

dalis, eorum pedes anteriores etiam cum aetate altiores fieri. Nescio an hinc fiat, vt cerui iuniores posterioribus pedibus anteriorum vestigia supergrediantur (*überschreiten*), quod adulti non faciunt, narrante etiam Buffono.

8. *ἀλλὰ πρῶτον*] Versio Thomae alterum omisit vocabulum. Deinceps vulgo *ἀμφόδοντα*, quod seruauit Camus. *καρχαρόδοντα* Thomas *serraliter dentata* vertit. Postea *ἐπαλλάττει τοὺς ὀξεῖς*, omisso *τοὺς ὀδόντας*, Camotiana. Gaza: *aliis continui, vt equo et boui, sunt enim dentibus serratis, quorum series acutorum dentium mutua insertione pectinatim se constipat.* Camus ita: *l' extremité aigue de leurs dents laisse entre chacune d'elles des intervalles égaux: — le cheval et le boeuf, dont les dents forment une surface plane.* Plinius 11. s. 61. *Dentium tria genera: serrati aut continui aut exserti. Serrati pectinatim coeuntes, ne contrario occursu atterantur, vt serpentibus, piscibus, canibus. Continui, vt homini, equo. Exserti, vt apro, hippopotamo, elephanto. Continuorum, qui digerunt cibum, lati et acuti; qui conficiunt, duplices; qui discriminant eos, canini appellantur. Hi sunt serratis longissimi. Continui aut vtraque parte oris sunt, vt equo; aut superiore primores non sunt, vt bobus, ouibus omnibusque, quae ruminant. Caprae superiores non sunt, praeter primores geminos. Nulli exserti, quibus serrati; raro feminae, et tamen sine vsu. Itaque cum apri percutiant, feminae sues mordent. Nulli, cui cornua, exserti, sed omnibus concaui; ceteris dentes solidi.* De suibus noster infra 4, 11. *χαυλιόδοντας αἱ θήλειαι οὐκ ἔχουσι τῶν ὑῶν.* de Partibus 3, 1. *αἱ θήλειαι τῶν ὑῶν δάκνουσι.* Dentes *ἐπαλλάττοντας* ipse noster ibi ita *περιφράζει: ἐναλλὰξ ἐμπίπτουσιν, ὅπως μὴ ἀμβλύνωνται τριβόμενοι.* vbi *pectinatim coeunt* minus bene Gaza vertit. Ceterum nouum est, quod nescio vnde addidit Plinius de capris et de dentibus exsertis. De his tamen etiam Albertus ad h. l. *culmos cauos eiici* monet, sed *cuneo osseo cauitati indito, vt in cornibus boum.*

9. ἅμα δὲ χαυλιόδοντας] Vulgo antecedens membrum desinebat in ὁμοῦ, quod cum Med. et Rhen. omisi. ὁμοίως δὲ reddidit Thomas et statim καρχαρόδοντα. Deinceps φώκη καρχαρώδης Rhen. et inepte ζώοις pro ὀδοῦσι habet. Albertus: *hoc enim habet dentes acutos ante et tamen vnum ponit directe super alium, vt citius diuidat, ne aqua intret os eius, quando masticat. In hoc enim suum genus diversatur a generibus piscium acutos dentes habentium.* Male inseruit quaedam deprauata ex libri de Partibus 3. cap. 1. In phoca sua Kulmus dentes incisores et caninos figura aequales et acutos, molares omnes tricuspidatos vidit et descripsit in Actis Naturae Curios. Vol. I. p. 22.

10. τὸ ἐν Ἰνδοῖς θηρίον] Ita pro ἐν Ἰ. τὸ θηρίον Rhen. Deinceps habet μαρτιχόραν — τριστοίχους ὀδόντας. Med. μαρτιχώραν, V. μαντιοχόραν, R. A. μαρτιοχόραν. Versio Thomae *Marthiokoras:* in Lipsiensi distincte scriptum *martikoras* legi. Vulgo erat ante Camum μαντιχώραν. Nomen cum Photio p. 67. Bibliothecae ex Ctesiae libro excerpente scripsit Camus. Cf. Aeliani H. A. 4, 21. Philostrati V. A. 3, 45. Pausanias 9, 21. Plinius 8, 21. et 30.

ἠλίκον λέοντα] Hinc Eldemir in Capite de Leone, in versione Gallica post Oppianum Gallicum p. 178. *Il y en a de plusieurs especes; j' en ai vu une, dit Aristote, qui a quelque ressemblance avec la figure de l' homme: son poil est d' un rouge fonce et sa queue est faite comme celle du scorpion.* Vides, quam monstrose peruerterit interpretatio Arabica historiam et doctrinam Philosophi.

δὲ καὶ ὦτα] Juntina δασὺ ὦτα, quae scriptura defendi poterat ex Aeliano: τὰ δ' ὦτα ἔοικεν ἀνθρώπῳ — μείζω δὲ καὶ δασέα. τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς γλαυκός ἐστι, καὶ ἐοίκασιν ἀνθρωπίνοις καὶ οὗτοι. Camotiana δασὺ ὄμματα habet, transposito vocabulo ὦτα vel ὄμματα. Rhen. δὴ καὶ τὰ ὄμματα habet solus. Albertus: *animal in multis simile vrso, quod tamen ipse Astiages* (Ctesias) *genus lupi esse dicit, quod a graeco nomine vocat maricon morion, quod*

sonat vir insanus apud nos, et dicit — et est pilosum sicut ipse leo, et pedes eius similes sunt pedibus leonis, qui sunt rotundi et multos digitos fissos habent cum vngulis acutis, et oculi eius sunt sicut oculi hominis, et est fuscorum oculorum. Cor autem eius est rubicundum. Omisit igitur πρόςωπον et ὄμματα, non ὦτα, reddidit. Versio Thomae: *faciem autem et aures*, supra scripto *nares*.

τὸ δὲ χρῶμα κιννναβάρινον] Rhen. δὲ omittit; κιναβάρινον Aldina et Sylb. Deinceps ἔχει cum Rhen. versio Thomae. Postea ἀπακοντίζειν Med. Simplex ἀκοντίζειν R. A. Albertus: *et hoc animal eiicit pilos et mutat eos pro tempore.* Versio Thomae: *habet, et hinc inde dependentia dicitur in acutum erigere.* Quid igitur is scriptum legit? Ego non assequor. Denique post φωνῇ ex Med. Rhen. ἅμα inserui. Contra ὅμοιον in ὁμοίᾳ mutant V. R. A. Aelianus simpliciter φωνὴν σάλπιγγος ὡς ὅτι ἐγγυτάτω προΐεται. Tigrin hoc animal Pausanias interpretabatur; equidem hystricis genus aliquod nobis non satis notum intelligi puto, sed fabulosa multa ex vulgi sermonibus admiscuit Ctesias.

11. ὗς δ' ὅλως οὐθένα] V. R. A. οὐδένα βάλλει ὀδόντα. Sed Vat. ὅλως omisit. Thomas vertit: *posterius autem totaliter nullum iactat dentem.* Scriptum igitur legit: ὕστερον δ' ὅλως οὐθένα βάλλει ὀδόντα. Contra noster de Generat. 5, 8. contra Democritum disputans: καίτοι θηλάζει γε καὶ ὗς, οὐκ ἐκβάλλει δὲ τοὺς ὀδόντας· ἔτι δὲ τὰ καρχαρόδοντα θηλάζει μὲν πάντα, οὐκ ἐκβάλλει δὲ ἔνια αὐτῶν πλὴν τοὺς κυνόδοντας, οἷον οἱ λέοντες. Plinius 11. s. 64. *Suibus decidunt nunquam.* Albertus h. l. cum Auicenna cum suibus nominat *capreolos Africanos pulcrorum oculorum*, Gazellas, credo, intelligens. Ceterum molares minores maioribus subditos suum reperit et descripsit Daubenton, adeo vt sues etiam dentes mutare constet hodie. Etiam homines maxillares mutant, sed non omnes.

ὦπται δ' ὅτι] Vulgatum οὐκ ὦπται δ' ὅτι ex Aldina,

Med. Rhen. correxit Camus. R. A. habent οὐδένα αὐτῶν· οἱ δὲ τοὺς κυνόδοντας ὥπται βάλλειν μόνον καθάπερ ἄνθρωπος. Vatic. οἱ μὲν ὅλως — βάλλειν ἕνα αὐτῶν· οἱ δὲ τοὺς κυνοδόντας et cetera, vt R. A. Gaza vertit: *alii caninos tantum appellatos mutare velint, quos etiam homo amittit: verum hoc latere.* Versio Thomae: *hic autem caninos dentes solum, sui vero quod iactat quemadmodum homo,* vnde Camus posuit in textu: οἱ δὲ, ὅτι βάλλει καθάπερ καὶ ἄνθρωπος. Albertus post μόνον haec posuit: *et hoc plures experti circa canes testificantur. Quae autem eiiciunt dentes, non eiiciunt dentes anteriores, sicut homo, sed haec latent multos, quod industria ad hoc non ponitur experiendi — hoc enim accidens omnibus agrestibus conuenit, qui dentes eiiciunt. Culmos vero eorum plures eiiciunt. Culmus enim est sicut cornu, et huius signum est, quod in porcis culmus interius est concauus sicut cornu, et ingreditur in eum ex mandibula anteriori pars ossea tenens cum mandibula, et similiter est in culmis elephanti.*

πρὶν ἤ] Vulgato πρὶν ex V. R. A. ἤ addidi. Deinceps ὑποφύωσι Rhen. Postea vulgatum antea, ὁμοίως δὲ τὸ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ex Sylburgii coniectura correxit Laemariana, Duualiana, firmata a Med. Reg. Rhen. Postea οἱ δὲ πρεσβύτεροι ex Reg. dedit Camus.

12. ἐναντίως δὲ πρὸς] Thomae versio καὶ inserit post δέ. Deinceps vulgatum ἄνωθεν — πλατεῖς, κάτωθεν δ' εἰσιν ὀξεῖς ex V. R. A. versione Gazae et Scoti correxit Camus. Vitium viderat etiam Scaliger. De Partibus 3, 1. ὁρίζουσι δὲ ἑκατέρους οἱ κυνόδοντες μέσοι τὴν φύσιν ἑκατέρων ὄντες· τότε γὰρ μέσον ἀμφοτέρων μετέχει τῶν ἄκρων· οἵ τε κυνόδοντες τῇ μὲν ὀξεῖς, τῇ δὲ πλατεῖς εἰσιν. Plinius 11. s. 63. *Reliquis perpetua manent: mutantur homini, leoni, iumento, cani et ruminantibus; sed leoni et cani non nisi canini appellati. — maxillares, qui sunt a caninis, nullum animal mutat. — Ceterum maribus plures, quam*

feminis, in homine, pecude, capris, sue. — Ceteris senecta rubescunt, equo tantum candidiores fiunt. Denique obseruationem de maiore dentium numero in maribus obiter confirmauit in pluribus animalibus annotatio Daubentoni.

13. τεθεώρηταί πω] Vulgo additum postremo loco ταῦτα cum Rhen. Med. et versione Thomae. πω omittunt R. A. Sequens ἀραιόδοντες Camotiana, Sylburgiana, Med. Canis. et Rhen. dedit. ἀνόδοντες Edd. pr. V. R. versio Thomae. ἀρόδοντες Ambr. Ante Sylburgium vitium viderat C. Gesner et μανόδοντες scribi voluerat, Hist. Aquatil. p. 1124. Vulgatam nunc confirmat locus nostri in Problem. 10, 47. et 34, 1. Plinius 11. s. 104. *Vitae breuis signa ponit* (Aristoteles) *raros dentes.* Veram scripturam reddidit Scotus et Albertus.

14. κραντῆρες] Alberto *adulterini.* Verba ἤδη δέ τισι γυναιξὶ omisit Ambr. Plinius 11. s. 63. *homini nouissimi, qui genuini vocantur, circiter vicesimum annum gignuntur, multis et octogesimo, feminis quoque, sed quibus in iuventa non fuere nati.* Sequens παρασχόντες pro παρέχοντες dedi ex Med. R. A. In seqq. pro elephante Albertus cervum nominat, et κρίμνα Thomas *minutatim* vertit. Τέτταρας ἐφ' ἑκάτερα Gaza *quatuor vtrinque*, Camus *quatre à chaque machoire* vertit: contra Plinius *elephanto intus ad mandendum quatuor dentes.* De molaribus Philosophum loqui, in aperto est; numerum dentium adulti elephanti recte reddidit Plinius monente Campero *Description* p. 35. Postea δύο μεγάλους Reg. Denique ἀνασίμους pro ἀνωσίμους ex Med. et Rhen. dedi, quod Sylburgius etiam et Casaubonus repositum voluerant. Ceterum κριμνὰ scriptum habent Edd. omnes; contra κρῖμνον Etymol. M. p. 328. Solus Hesychius κριμνὸς de hordeo et κριμνοὺς de herbis quibusdam albis habet.

15. ἐξ ἐναντίας] Thomae versio reddit *expositos*, vt ἀνασίμους *sursum flexos.* Sequens κάτω γὰρ ex V. A. dedit

Camus pro κάτω δέ. Pro βλέπουσι V. R. A. ἔχουσιν habent. Postea γενόμενος dedi pro γεννώμενος ex Rhen. γενώμενος Leon. Camotiana. Denique ὀδόντας τοὺς μεγάλους, ἀδήλους μέντοι τὸ πρῶτον scriptum vertit Thomas.

ὥστε ἔργον εἶναι] Verbum εἶναι omittit Rhen. Plinius 11. sect. 62. *elephanto intus ad mandendum quatuor: praeterque eos, qui prominent, masculis reflexi, feminis recti et proceri.* Postrema sunt vel ex errore interpretis vel ex diuersa scriptura orta. In lingua consentit Aelianus H. A. 4, 31. at Plinius 11. c. 61. *latam* male dixit, vbi *altam* vel *latentem* corrigendum esse monuit Camper *Description* p. 47. Discrimen dentium a philosopho annotatum nullum esse statuit etiam Camper p. 52. quamquam vario modo curuati reperiantur.

CAPVT IV. (vulgo VII.)

τῶν μὲν γὰρ] Rhen. τῶν τοῖς μὲν γὰρ habet. Verba τὴν δ' ὄψιν σιμὸς Thomas vertit *visu hebes*, quasi σιφλὸς scriptum legisset. *attollit in sublime faciem suam* Albertus. Verba καὶ χαυλ. ὑποφαινομένους omisit Scoti versio. δίχαλον Codd. omnes hic et vbicunque vocabulum occurrit. Ita δίχαλον ζυγὸν Hesychius ex poeta tragico nescio quo posuit. Pro ἡλίκον ὄνος Thomas *maior asino*. Postea ὥςπερ δόρατος Rhen. Pro vulgato δόρατα, quod habet etiam Venetus, Thomas *scuta* nominat. Scotus: *quapropter parantur ex eo solutares* (lego sotulares) *corrigiae.* Plinius 11. c. 39. *corii crassitudo talis, vt inde tornentur hastae.* Sed idem 8, 25. *Hippopotamus tergoris ad scuta galeasque impenetrabilis.* vnde Scaliger scribi maluit κόρυθας, Sylburgius θώρακας, Maussacus plura tentabat ita: μέγεθος δ' ἐστὶν ὄνου, τοῦ δὲ δέρματος τὸ πάχος ἡλίκον ὥστε etc. Albertus habet: *ex eius spissiore fiunt soleae calceorum, ex tenuiore fiunt corrigiae cingulorum.* Idem in fine addit: *et hoc genus animalis est fissi labii inferius.* Ita scilicet vertit verba ἀνεῤῥωγὸς στόμα ἔχει, quae for-

tasse olim h. l. addita legit. Alioquin non apparet, quae causa fuerit Philosopho subito ad hippopotami descriptionem, quam scilicet audiendo acceperat, transeundi. Ipsum animal Aegyptiacum non vidisse, plura testantur, quae ex aliena narratione falsa retulit, quae serior aetas partim correxit, vti narraui in Disputatione adiecta Historiae litterariae Piscium, et nuperrime docuit egregius Cuvier in Descriptione Sceleti inserta libro: *Annales du Museum d' Histoire naturelle.*

CAPVT V. (vulgo VIII. et IX.)

Κῆβοι] Thomae versio *simia et kebi.* Alberto *kybon,* Vincentio *Kiboz.* De cynocephalis Albertus: *et haec sunt, quae in Mappa mundi canini homines vocantur.* Paulo antea *τῇ φύσει* R. Ambr. Postea *ἀγριώτεροι — κυνωδεστέρους* R. Ambr. *καὶ* ante *τοὺς ὀδόντας* omisit versio Thomae. Vulgatum *κυνοειδεστέρους* emendaui. Denique *ἰσχυροὺς* Rhen. Plinius 8. s. 80. *efferatior cynocephalis natura, sicut satyris.*

2. *οἱ δὲ πίθηκοι*] Reg. *πίθηκες.* Deinceps *τετραπόδεις* Aldina, Juntina, Camot. vnde Sylburg. coniiciebat *τετραποδώδεις.* Sequentia *δὲ ὡσαύτως* omittunt Med. Rhen. et versio Thomae. Contra sequens *ὡς* ante *ὄντες* V. omittit. *ἀνθρωποιδεῖς* Rhen. Forte *ἀνθρωπώδεις* voluit. Denique *τὸ πρότερον* Rhen. Plinius 11. s. 62. *Simiae dentes vt homini.* Idem s. 100. *Simiarum genera perfectam hominis imitationem continent facie, naribus, auribus, palpebris, quas solae quadrupedum et in inferiore habent gena. Iam mammas in pectore et brachia et crura in contrarium similiter flexa: in manibus vngues, digitos longioremque medium. Pedibus paulum differunt. Sunt enim vt manus praelongi, sed vestigium palmae simile faciunt. Pollex quoque his et articuli, vt homini, ac praeter genitale, et hoc in maribus tantum, viscera etiam interiora omnia ad exemplar.*

ἥ τε θρὶξ] Versio Thomae *ἡ μὲν* reddidit. Deinceps vul-

gatum *οὐκ ἐπ' ἀμφότερα ἐχόντων* ex Med. Canis. V. Reg. Rhen. Accoramboni correxi, quibuscum facit versio Thomae. Postea *λεπτὰς μέντοι* dedi pro *λεπτὰς δὲ* ex versione Thomae, qui *tamen* vertit. Pro *μικρὰς* Reg. habet *μακρὰς*. Gaza *prolixius*. Denique *ἄλλα* ante *τετράποδα* omisit Med. Versio Thomae: *et paruas. omnia enim quadrupedia has non habent.* Ceterum repetenda lectori est h. l. obseruatio supra c. 2. s. 2. posita de ciliis palpebrae inferioris, cuius qui non recordabantur iniuriam Philosopho fecerunt, veluti Camper *Description Anatom.* p. 7.

3. *Ἔτι δὲ ἐν τῷ*] Ita pro *Ἔχει δὲ* cum Rhen. et versione Thomae scripsi. Deinceps *μικρὰς μαστῶν* V. Reg. versio Thomae. Sequens *καὶ* ante *βραχίονας* omisit Thomas. Postea vulgatum *περιφερείας πρὸς ἀλλήλας ἀμφοτέρων* ex Med. et versione Thomae correxi. *ὁμοίους* vulgato *ὁμοίως* ex V. R. versione Thomae et Gazae substituit Camus. Plinius 11. s. 101. nescio vnde: *simiae imbricati vngues.* Articulum *τῷ* ante *ἀνθρώπῳ* omittit versio Thomae. Ceterum Gaza h. l. vertit: *vt circumferentiae membrorum vtrorumque obuersae inter se adducantur.* Supra vero cap. 1. *καὶ ἔχουσι τὰ κοῖλα τῆς περιφερείας πρὸς ἄλληλα ἀντεστραμμένα* vertit: *aduersaque inter se habent conuexa curuaturae crurum suorum.* Vtrobique Gazam secutus est Camus, nisi quod vtroque in loco vocabulum *courbure* rectius adhibuit. Posteriore in loco nostro vterque a sensu vero aberrauit. Homo enim membra posteriora et anteriora antrorsum flectit, cum quadrupedes anteriora antrorsum, posteriora retrorsum flectant ex doctrina Aristotelis. Plinius 11.s.102. *Homini genua et cubita contraria, item vrsis et simiarum generi, ob id minime pernicibus.*

οἷον χεῖρες] Versio Thomae *οἷον* omisit. Deinceps *μακρότερος* ex V. R. A. versione Gazae dedit Camus. Postea *τὸ* ante *τῆς χειρὸς* ex versione Thomae inserui, quae verbum *καθάπερ* omisit. *θέναρ* habet Rhen. et abhinc *ἀπ' ἄκρου*.

4. *συγκάμπτει*] R. versio Gazae et Thomae *κάμπτει*. Vat. *ἄμφω ὡς ποσὶ καὶ χερσὶ καὶ οὐ κάμπτει*. Ambr. pariter *οὐ κάμπτει* habet. Postea vulgatum *ὥσπερ πρὸς τὸν βρ.* emendaui ex Rhen. *πρὸς* omittunt V. R. A. versio Thomae. Recte solus Gaza *proportione cubitorum et tibiarum*, quem sequitur Camus. Sed ita *ὥσπερ* non erat tolerandum.

CAPVT VI. (vulgo X.)

ὀνύχια] *vngues* vertit Thomas, quasi *ὄνυχας* scriptum legisset. Sequens *κροκόδειλος*, quoniam *ὁ ποτάμιος* vel *ὁ ἐν Νείλῳ* non additur, intelligendus terrestris seu lacerta stellio Linnaei, recte admonente Alberto, qui Arabico nomine *hardon* vocat. Quod cum non animaduertisset Perraltus, temere Philosophum hyperbolae insimulauit.

ᾠοτόκα] Male Rhen. *ζωοτόκα*. Deinceps *οὐδὲν γὰρ* vertit Thomas. Verba *μὴ ἐγκλίνοντι* (Rhen. *ἐγκλίναντι* rectius habet) et totum locum Gaza ita vertit: *adeo laeuem indiscretumque eum ipsum linguae tributum locum sortiuntur, vt nisi admodum labium diduxeris, ne vestigium quidem linguae inspicere queas:* quem secutus in vertendo Camus de lacuna tamen manifesta lectorem non admonuit. Breuissime etiam Albertus: *et in quibusdam non apparet piscibus aliquid simile linguae omnino, sed locus inuenitur lenis continuus.* Equidem *ὥστε* inserui, ceterum lacunae signa posui.

2. *ἔτι δὲ καρχαρόδοντα πάντα*] Vulgatum *ἐστὶ* ex versione Thomae correxi. *πάντα* omittunt V. Reg.

ἐν τῇ γῇ — διατρίβουσι] Med. V. R. A. Rhen. *διατρίβει*. Cetera auctiora aliter collocant V. R. A. *τὸ πλεῖστον ἔξω ἐν τῇ γῇ διατρίβει.*

ἀλεεινότερον] Ita etiam Herodotus 2, 114. vbi compara annotationem Wesselingii.

CAPVT VII. (vulgo XI.)

κάτω καθήκει συνάπτοντα] Gaza: *latera deorsum ducta ventri iunguntur vt piscibus.* nimis breuiter, secutus sci-

licet Plinium, qui 8. c. 33. *At chamaeleontem et Africa, quanquam frequentiorem Indiae. Figura et magnitudo erat lacerti, nisi crura essent recta et excelsiora. Latera ventri iunguntur, vt piscibus, et spina simili modo eminet. Rostrum, vt in paruo, haud absimile suillo: cauda praelonga in tenuitatem desinens et implicans se viperinis orbibus: vngues adunci, motus tardior vt testudini; corpus asperum ceu crocodilo; oculi in recessu cauo, tenui discrimine, praegrandes et corpori concolores: nunquam eos operit: nec pupillas motu sed totius oculi versatione circumaspicit.* Errorem Plinii et Gazae castigauit Perraltus in anatomia chamaeleontis, qui monet sensum esse hunc: costae pectus et abdomen et ilia continuant et coniungunt. Simul corpus vtrinque compressum piscium comparatione significat. Rectius vertit Camus, adeoque Albertus, vbi est p. 39. a. *Latera autem sunt valde continua coartatione descendentia vsque ad infimam partem ventris, sicut vidimus descendere latera piscis.*

χοιροπιθήκου] Hunc adhuc ignoramus, nisi eum malis intelligere, quem sub hoc nomine descripsit Boddaert in libro *Naturforscher* P. XXII. Plinius pro facie *rostrum suillum* posuit, eumque imitatus Gaza rostrum simiae porcariae vertit. *corio pitiki quasi porci simialis* versio Thomae. Pro *μακρὰν* male Med. Rhen. versio Thomae *μικράν*.

2. *διχῇ διήρηται*] Ex Camotiana, M. V. A. Rhen. versione Thomae, Scoti, Alberti, Gazae *διχῇ* addidit Camus. Sequens *ἐπὶ βραχὺ paulo tenus* vertit Gaza, male omisit Camus, qui tamen recte *τινὰς δακτύλους* reddit *des especes de doigts, quosdam digitos* Gaza. Postea vulgatum *ἔμπροσθεν — πρὸς αὐτῷ τριχὰ — διχὰ*, bis et ter correxi e V. R. A. *ἔμπροσθεν* dedit Rhen. solus, *αὐτὸν* Rhen. et versio Thomae.

3. *κοίλῳ τε*] Rhen. *κοίλῳ μὲν* habet. Deinceps vulgatum *ὁμοίῳ τοῦ λοιποῦ σώματος* correxi inserto *τῷ*. Med. *τῷ τοῦ λοιποῦ σώματι*, V. A. *τῷ λοιπῷ σώματι*, Reg. *τῷ λοιπῷ*

σώματος habent. Postea *ἐπικαλύπτει τοῦτο* dicit, quasi *χωρίον*, non *χώρα*, antecesserit. Intelligitur defectus palpebrarum et membranae nictitantis; sed interdum tamen oculos claudi marginibus cutis vtrinque iunctis obseruauit Perraltus. Ceterum Gaza inepte ex Plinio pupillae motum huc intulit et philosophum criminationi Perralti obnoxium fecit. Plinius 11. c. 36. *chamaeleontis oculos ipsos circumagi totos tradunt.*

χροιὰς] V. A. *χρόας*. recte, puto. *ὠχρὰν* Thomas male *fuscam* vertit. *παρδάλια maculas leopardi* dixit Albertus. *ὀφθαλμοὶ* videntur, vt antea, dici oculi cute communi corporis tecti, paruo discrimine relicto; nam de ipsorum oculorum colore mutato non constat.

4. *καὶ ἀποθνήσκων δὲ*] Inserui *καὶ* ex Rhen. et Thomae versione; haec vero sola *δὲ* pro *τε* dedit, et sequens *ὠχρὸς* iterum *fuscus* interpretatur. Hunc esse colorem animalis contracti, cum minus apparet, et mortui affirmat Hasselquist p. 351.

καὶ ταῖς σιαγόσιν ὀλίγα σαρκία] Verba vulgo interposita, *ἄσαρκα δὲ παντελῶς ἐστι καὶ ταῖς σιαγόσιν*, cum M. V. R. A. Rhen. versione Scoti et Gazae omisit Camus. Versio Thomae habet, vbi est *apud genas* pro *καὶ ταῖς σιαγόσιν*, quasi *πρὸς ταῖς σιαγόσιν* scriptum legisset. Deinde *πρόσφασιν* Rhen. *in radice caudae, vbi cauda cum corpore suo continuatur*, vertit Albertus.

Καὶ αἷμα δ' ἔχει] Rhen. *δὲ* omittit, sequens *μόνον* versio Thomae. *περὶ* ante *τὰ ὄμματα* ex Vat. inseruit Camus: idem ante sequens *ὅσα* insertum vertit Thomas.

5. *συνεχὴς δὲ τούτοις*] Hoc equidem non satis intelligo: Perraltus neruos visorios magis longos nec cerebro continuatos esse ait. *Prope iis contiguum* vertit Gaza.

περιέχει τι] V. A. *περιέχει διαλάμπον τι αὐτῶν*. Reg. *περιέχει δὲ λάμπον τι αὐτόν*. Versio Thomae *περιέχεται* reddidit *continetur — aliquid per ipsos*. Hinc effeci quod dedi. Perraltus hunc circulum per ipsam aperturam cutis

conspici posse affirmat. *quidam lucens veluti anulus aeneus tenuis nulla pelle interceptus cingit* Gaza vertit, quasi περιέχει τις λάμπων οἷον κρίκος χ. λ. et pro διὰ τούτων aliud quid scriptum legisset. Et sane διὰ τούτων ad oculos commode referri non potest; ad cutem si referre volueris, διὰ τούτου scribendum erit. *on apperçoit autour de l' oeil à travers les membranes* vertit Camus, nescio quo auctore. Albertus ita: *et cum excoriatur corium, quod est inter oculos et circa eos, apparet quasi sit color aeris luteus aut armillae quae fit ex aere, et hic color est sicut si album clarum super se natans habeat rubeum subtile et vndique videatur per ipsum.* Videtur is scripturam nostram διαλάμπον δι' αὐτοῦ confirmare. Sed Camus ex Codice *lucens* pro *luteus* retulit, Scoti vero verba haec posuit: *Et cum aufertur corium, quod est supra oculos, apparet sub ipso simile armillae aeris gracili lucenti.* Ceterum κρίκος *lunata* dicitur Thomae.

Καθ' ἅπαν] Rhen. *Καὶ ἅπαν*. Sequens ἰσχυροὶ omittunt Juntinae. Deinceps vulgatum ὑπερβάλλοντες ex Med. Rhen. correxi. *excedentes* versio Thomae. Plinius l. c. *Et coloris natura mirabilior: mutat namque eum subinde et oculis et cauda et toto corpore — defuncto pallor est. Caro in capite et maxillis et ad commissuram caudae admodum exigua, nec alibi toto corpore. Sanguis in corde et circa oculos tantum: viscera sine splene. Hibernis mensibus latet, ut lacerta.* Idem 11. c. 36. s. 72. *pulmo chamaeleonti portione maximus, et nihil aliud intus.* Vides quam sibi constet in ineptiis, quas alienis vbique admiscet Plinius. Albertus ita: *Per totum autem corpus eius extensum est membrum vnum fortissimum et hoc est dorsum ipsius et os dorsi compositum ex spondilibus eius.* Qui toto, vt aiunt, coelo aberrauit, forte Scoti versione falsus. Caute Gaza hunc locum interpretatus est, quem imitari debebat Camus. Nunc vero omnium ineptissima haec posuit: *Le corps est revêtu presque dans sa totalité de plusieurs mem-*

branes fortes, qui s'élèvent sensiblement au dessus de celles qui couvrent le surplus du corps. Scilicet de interioribus loquitur Philosophus, et nunc pulmonum singularem formam et firmitatem explicat, vti iam olim monui in Priore Physiologiae Amphibiorum Specimine, anno 1790. edito p. 41. vbi totum hoc caput de chamaeleonte sum interpretatus. Addo locum Theophrasti apud Plutarchum de Solertia animalium p. 73. ed. Reiskii, p. 187. Huttenii, vbi de colorum mutatione est: *μεταβάλλει ὁ χαμαιλέων — ὑπὸ δέους ἄλλως. τρέπεται φύσει ψοφοδεὴς ὢν καὶ δειλός· συνέπεται δὲ καὶ πνεύματος πλῆθος, ὡς Θεόφραστος· ὀλίγον γὰρ ἀποδεῖ πᾶν τὸ σῶμα τοῦ ζώου πλῆρες εἶναι πνεύμονος, ᾧ τεκμαίρεται τὸ πνευματικὸν αὐτοῦ καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὰς μεταβολὰς εὔτρεπτον.* Coloris igitur mutationem a timiditate repetebat Theophrastus, ad quam conferre putabat spiritus multitudinem pulmone ingenti contentam, quo paene totum corpus sit refertum. Hinc etiam patet, quo sensu supra dixerit philosophus *τῆς χροιᾶς μεταβολὴ ἐμφυσωμένῳ αὐτῷ γίγνεται,* i. e. corpore inflato fieri coloris mutationem. Atque ita de Partibus 4, 11. *ἰσχνότατος ὁ χαμαιλέων τῶν ᾠοτόκων καὶ πεζῶν ἐστι πάντων· ὀλιγαιμότατον γάρ ἐστι πάντων· αἴτιον δὲ τὸ τῆς ψυχῆς ἦθός ἐστιν αὐτῷ· διὰ γὰρ τὸν φόβον γίγνεται πολύμορφος· κατάψυξις γὰρ ὁ φόβος δι' ὀλιγαιμίαν καὶ δι' ἔνδειαν ἐστι θερμότητος.* Ex quo postremo loco Plinius 28. s. 29. *Similis et magnitudine est supra dicto crocodilo* (terrestri), *spinae tantum acutiore curuatura et caudae amplitudine distans. Nullum animal pauidius existimatur, et ideo versicoloris esse mutationis.* Pulmonum membranaceam structuram laciniis multis transuersis auctam pinxerunt Valisnerius et Perraltus.

χρόνον ἰσχυρῶς, βραχείας ἔτι κινήσεως] Vulgatum *χρόνον, βραχείας ἰσχυρῶς ἔτι κινήσεως* sola Thomae versione confisus correxi. Codices scripti nihil mutant, nisi quod Rhen. *βραχείας δὲ ἰσχυρῶς* habet. Vitium arguit ineptum

ἰσχυρῶς βραχείας ἔτι. Ceterum recte Gaza *dissectus hic totus spirare praeterea diu potest.* Scilicet vocabulum ὅλος copulandum cum verbo ἐνεργεῖ, non cum ἀνατετμημένος. Cum pulmones per totum corpus extensi pertingant, dissectus etiam chamaeleon toto corpore respirat diu.

διαφερόντως μὲν] Rhen. μὲν omisit. De contractione corporis atque inflati spiritus emissione dici haec admonuit Perraltus. Splenem vel lienem in specie Africana paruum reperit Valisnerius, in Asiatico Hasselquist, in suis contra desiderarunt Panarolus et Perraltus.

φωλεύει] *subit cauernas et latitat* Gaza, quem secutus Camus, *Le chaméléon habite dans des trous,* grauius etiam peccauit. Nec immunis ab hac culpa Albertus: *mansio autem eius est in cauernis et fissuris petrarum et montium, sicut lacertae.* De latitatione hiberna dixit Hasselquist p. 349.

CAPVT VIII. (vulgò XII.)

πάντ' ἔχει] Intellige τὰ τῶν ὀρνίθων γένη, vti recte monuit Sylburgius. Saepe ita ab vno sexu ad alterum subito transit Philosophus. Deinceps εἰς τοὔμπροσθεν male Aldina cum Codice Regio habet.

ἔτι δὲ τὸ ἰσχίον] Rhen. ἔστι habet. Sequens μηρῷ vulgato μικρῷ ex Med. et Rhen. substitui. Statim μακρῷ habet Med. quod recipere ausus non sum, cum Albertus habeat in versione: *ancha est longa similis coxae quadrupedum et adhaeret corpori quasi a latere medii ventris eius et hoc habet proprium, quod a gressibili distinguit, et ideo putatur esse coxa, quando absconditur a volatili. Coxa vero volatilis est os illud, quod cum carne sibi adhaerente continue iacet inter crus et membrum anchae, quod adhaeret dorso volatilis.* Thomae versio μηρῷ reddidit *crurí.* Gazae: *et clunem femori similem longiorem ventremque medio tenus porrectum cohaesione perpetua, ita vt ipsum diuulsum femur esse videatur; sed enim femur parte alia iunctum tibiae est.* Ceterum vt in superiore

parte pedum posteriorum, cute abdominuali constricta nominanda vulgus aberrare solet, ita cum eo loqui conatus Philosophus ab errore non immunis dici potest. Quod enim femur videri ait, verum esse femur agnouit et singula ossa pedum recte enarrauit Imperator Fridericus II. in Libro de arte venandi cum auibus Libri I. p. 40. vbi vide annotata p. 27. et 28.

στεγανόποδα διηρθρωμένους] Vulgatum *στεγανόποδά ἐστι, διηρθρωμένους δ' ἔχει* ex Vat. Reg. correxit Camus. Sequens *ἔχουσιν* ante *οἱ πλεῖστοι* ex Codice suo Accorambonus, ex V. R. A. inseruit Camus. Accedit versio Thomae. *ἀντὶ πτέρνης* recte interpretatur Albertus: *quo vtitur loco calcanei in stando et loco pollicis in apprehendendo*. Cf. ad Friderici II. Artem dicta p. 29.

σπίζης] *fringilla* Gazae. Laudat hunc locum vitiose scriptum Scholiastes Theocriti ad Pharmaceutriam. Sequens *ἴδια* pro *ἰδίᾳ* ex Camotiana et versione Gazae adsciui, vti postea *ὁμοίαν* pro *ὁμοίως* ex Med. et versione Thomae. Post *ἔκτασιν* copulam *καὶ* omisit Thomas. Ceterum de aue Noster de Partibus 4, 12. *ἡ δ' ἴϋγξ δύο μόνον ἔχει τοὺς ὄπισθεν καὶ δύο τοὺς ἔμπροσθεν· αἴτιον δέ, ὅτι ἧττόν ἐστιν αὐτῆς τὸ σῶμα προπετὲς ἐπὶ τὸ πρόσθεν.* Eodem modo psittaci, pici, cuculi, striges digitos retro binos versos habent, monente Perralto, *Oeuvres de Physique* Vol. 2. p. 376.

εἰς τοὐπίσω] *ad superius* Thomae versio. Deinde *ὁμοίως* pro *ὁμοίους* ex V. R. A. et versione Thomae dedi, postea *κολιῶν* pro *κολοιῶν* ex solo Rhen. *colayorum* versio Thomae. *Monedulas* Gazae, in quibus nihil simile reperitur. *κολιοὶ* sunt e picorum genere. *τρίζει* Thomas *trizat* vertit, addens: *vocabulum impositum a voce, modo emittendi vocem, qui cum saltu.* Aeliani H. A. 6, 19. *καὶ τὸν πλάγιον ἡ ἴϋγξ αὐλὸν μιμεῖται.* Frischius noster vocem iyngis cum voce picorum comparabat, equidem clamori tinnun-

culi similem exaudire mihi visus sum. Ceterum Med. τρίξει, Ambr. τρύζει habent.

3. ἔχουσι μὲν, ἴδιον δὲ] Vatic. ἔχουσιν ἴδιον. Sequens ἔχουσιν omittunt V. R. A. et versio Thomae, vt τούτων post πόρους Rhen. et Med. Postea καρδαμύττουσι Rhen. *operiunt oculos* Thomas vertit, vt κανθοῦ *lacrimali*, et δέρματι ἐπιόντι *pelle supposita*. Denique ἐν τῷ ἄνω pro καὶ τῷ ἄνω Rhen.

οἱ σαῦροι] Articulum omittit Rhen. Sequens πάντες ante ὥσπερ omittunt Med. Vatic. *non tamen operiunt pellicula oculos quidem sicut auis* versio Thomae. Igitur inclusi vocabulum inutile. Postea καὶ ante καυλὸν omisit versio Thomae et cum Codd. suis Camus.

4. ὀῤῥοπύγιον] Vulgatum οὐροπύγιον ex Med. Vat. Ambr. Rhen. correxi. *oropigium* versio Thomae. ὀῤῥοπήγιον Reg. Ita statim μικρουῤῥοπύγιοι Camot. Rhen. μικροουῤῥοπύγιοι Ald. Junt. μικροουῤῥοπύγοι Basil. οἱ δὲ μικρὸν ὀῤῥοπύγιον Vatic. οἱ δὲ μικρὸν ὀῤῥοπήγιον Reg. Mecum facit Mediceus et Ambr. *parui oriopigii* versio Thomae. Paulo antea ἔχοντες πέτονται Vatic. Reg. *apud ventrem habentes volant* Thomae versio.

καὶ γλῶτταν] Vulgo intersertum γὰρ cum Codd. suis, Rhen. et versione Thomae omisit Camus. καὶ γλῶσσαν δὲ malebat Sylburg. Post γλῶτταν ex Thomae versione ἔχουσι inserui. Pro vulgato πλατεῖαν ex Med. et Rhen. βραχεῖαν dedi. Post ὀρνίθων Rhen. cum Med. omittunt.

ἐπιγλωττίδα ἐπὶ τῆς] Versio Thomae *epyglottum*. Sequens ἐπὶ omittit Rhen. Deinceps διάγει Camot. Med. Rhen. Voluisse videntur dare διανοίγει. *claudit et aperit* versio Thomae. Postea vulgatum καθεῖναι ex Rhen. correxi. *nihil descendat* etiam versio Thomae.

πλῆκτρα] Ita pro πλῆκτρον Rhen. Med. V. R. Deinceps πληκτιφόρα Rhen. Sequens μόνος omisit Thomas. Postea vulgatum ὃ οὔτε σὰρξ correxi ex Rhen. et versione Thomae. Denique verba τὴν φύσιν omisit Rhenani liber. Ce-

terum Mediceus liber cum sequente capite librum tertium exorditur.

CAPVT IX. (vulgo. XIII.)

ἀφώρισται] Rhen. *ἀφαίρηται*. Sequens *ῥύακας* Thomas vertit *canales*, Gaza *aluealos humeris*. Plinius 11. s. 95. *Delphini binas in ima aluo papillas tantum nec euidentes et paulum in obliquum porrectas: neque aliud animal in cursu lambitur*.

2. *τότε τῶν βραγχίων*] Rhen. *τῶν τε τῶν βρ*. Deinceps vulgatum *δύο ἄντα πρὸς τὰ βραγχία* correxi ex versione Thomae. *προμήκεις δύο, οἷον ἔγχελυς δύο ὄντα* Camot. *πρ. δύο, οἷον ἔγχελυς δύο πρὸς* Med. Ceterum Tryphon Grammaticus apud Athenaeum 7. p. 299. monet Atticos in singulari numero *ἔγχελυν*, plurali vero *ἐγχέλεις* per omnes casus frequentasse, addens *Ἀριστοτέλης δ' ἐν τοῖς περὶ ζώων διὰ τοῦ ι ἔγχελις εἴρηκεν*. Quod praeceptum libri scripti et editi Aristotelis nuspiam secuti sunt, sed terminationem vbique variarunt.

οἷον ἐν Σιφαῖς] Versio Thomae: *castreus — qui in lacu ouat*, quasi scriptum legisset *κεστρεὺς, οἷον ἐν Σ. ὁ ἐν τῇ λίμνῃ κύων*. Deinceps *τανία* Med. *ταινία* Reg. Noster de Incessu anim. 1, 7. *καὶ γένος τι κεστρέων, οἳ γίνονται ἐν τῇ λίμνῃ τῇ ἐν Σίφαις*. De Generat. 3, 11. *τὰ δὲ τῶν ζώων σκωληκοτοκεῖται καὶ τῶν ἐναίμων, οἷον τῶν γένος τι κεστρέων καὶ ἄλλων ποταμίων ἰχθύων, ἔτι δὲ τὸ ἐγχελύων γένος*. Sylburgius monuit apud Stephanum Byzantinum et Ptolemaeum *Σίφαις* esse, apud Pausaniam dorice *Τίφα*. Locus est in Boeoticis c. 32, 3. situs paludis in Thespiaca regione. De eodem vero genere est de Gener. 2, 5. de piscibus sine sexu: *οἷον αἵ τε ἔγχελυς καὶ γένος τι κεστρέων περὶ τοὺς τελματιαίους ποταμούς*. Infra 5, 11. *ἔνιοι δὲ τῶν κεστρέων οὐ γίγνονται ἐκ συνδυασμοῦ, ἀλλὰ φύονται ἐκ τῆς ἰλύος καὶ τῆς ἄμμου*. Denique 6, 15. *ἀλλὰ γένος τι ἐστὶ τῶν κεστρέων τοιοῦτον, ὃ φύεται ἐκ τῆς ἰλύος καὶ τῆς*

ἄμμον. Male ex hoc genere duo effecit Camus Commentarii p. 528. Suspicionem Wottoni de hoc genere posui in Historia litter. Piscium p. 75. Hos eosdem esse puto *τοὺς ὀρυκτοὺς κεστρεῖς*, quos fossiles reperiri ait Strabo 4. p. 17. ed. Sieb. prope Ruscinonem in Gallia ad lacum vicinum. Denique Theophrastus Aristotelis discipulus de Piscibus in sicco degentibus p. 469. ed. Heins. *κεντρίσκον* nominare videtur hoc idem cestrei genus: *ἔνια γὰρ οὐκ ἐκ ζώων, ὥσπερ ἡ ἔγχελυς· δοκεῖ δὲ αὕτη γίγνεσθαι* (deest quod versio Furlani *sponte* interpretatur)· *καὶ ὁ καλούμενος κεντρίσκος, ὥσπερ καὶ ἐν Ἡρακλείᾳ περὶ τὸν Λύκον ποταμόν.* Is etiam fossilis repertus fuisse dicitur. Nomen centrisci, nisi vitiose est scriptum, vt *κεστρεὺς* proprie piscem rostri acuti significat.

σμύραινα] Rhen. *σμύραιναι*. De incessu cap. 7. *ἔνια τῶν ἐνύδρων τοιούτων οὐδὲν ἔχει πτερύγιον, οἷον αἱ μύραιναι, ἀλλὰ χρῆται τῇ θαλάττῃ, ὥσπερ οἱ ὄφεις τῇ γῇ καὶ τῇ θαλάττῃ.* Deinceps *τῶν δὲ σελαχῶν τὰ πλατέα* omisso *μὲν* versio Thomae. Postea vulgatum *προμήκη διαφόρως ἔχει ἐν τοῖς πλαγίοις* omissis verbis *διαφ. ἔχει* correxit Camus ex V. R. A. Rhen. versione Thomae, Scoti et Gazae. Denique *οἷον* ante *τὰ γαλεώδη* (male V. A. *ἁλεώδη*) omittit Reg.

3. *ὁ δὲ βάτραχος*] Ex Codice *βάτος* annotauit Accorambonus. Negationem ante *ἀκανθώδει* omittunt V. A. Contra Med. *οἱ σελαχώδεις* cum Rhen. et versione Thomae habet statim, omissa negatione.

4. *καὶ τὰ μὲν ὀλίγα*] Vulgatum *καὶ πάλιν τὰ μὲν ὀλίγα* ex V. R. A. versionibus Thomae, Scoti et Gazae correxit Camus. Post *ἑκάτερα* Rhen. *πάντες* omisit, et deinde *κάπρος* sine *ὁ* habet. Postea *δίστιχα* Reg. Denique *ξιφίας* Rhen. *ἐν* ante *τοῖς ἰχθύσι* omisit versio Thomae. *πλῆθος* pro *πλήθους* male Vatic.

5. *πτερωτὸν*] *Plumatum* Thomae. Sequens *λεῖον* Gaza *laeues* vertit. Sunt qui cutem squamis conspicuis tectam

non habent: *qui ont la peau lisse* vertit Camus. Docent exemplar congri et anguillae deinceps posita, vbi Rhen. cum Thomae versione *ἔγχελυς καὶ θύννος* habent.

σκάρου] V. R. A. *ἐκτὸς σκάρου* habent. Deinceps vulgatum *καὶ πολυστοίχους, καὶ ἔνιοι ἐν τῇ γλώττῃ· καὶ γλῶτταν σκληρὰν* ex coniectura Scaligeri correxit Camus.

6. *οἱ μὲν ἀνεῤῥωγὸς*] V. R. A: omittunt *οἱ μὲν*, nec sequitur, quod illis verbis respondeat. Igitur seclusi. Sequens *ἔνια* sola Camotiana cum Codd. Cami, Rhen. versione Thomae et Gazae habet. Statim *ζωοτοκούντων* pro *ᾠοτοκούντων* ex Rhen. et versione Thomae posui. *ζωοτόκων* ex Aldina, suis Codd. et versione Scoti dedit Camus, qui tamen de veritate lectionis dubitabat propter ea, quae cap. 7. traduntur, et malebat *ὥσπερ καὶ τὰ καρχαρόδοντα τῶν τετραπόδων*.

σκληρόφθαλμοι ὄντες] Quae vulgo adduntur *βλέφαρα δ' οὐκ ἔχουσι*, recte cum Camotiana, Med. Rhen. et versione Thomae omisit Camus. Deinceps *πλὴν βάτου* voluit scribi Niphus, quem recte Camus refutauit ex loco de Generat. anim. 3. c. 3.

CAPVT X. (vulgo XIV.)

ποτίμοις] Vulgatum *ποταμίοις* ex Medic. Canis. Rhen. et versione Thomae correxi. Sequens *καὶ* omittit versio Thomae. Deinceps *ὄφις* Rhen. habet.

τῆς κεφαλῆς] Vulgatum *τὴν κεφαλὴν ἔχουσι γογγρ.* ex Vatic. correxi. *quoniam caput marinorum est durissimum et asperum et minus quam caput terrestrium proportione corporis sui* Albertus et Vincent. 20. c. 11.

2. *Εἰσὶ δὲ καὶ*] Vulgatam *εἰσὶ δὲ σκ.* ex Medic. Rhen. et versione Thomae auxi addita copula *καί*. Deinde *τὸ εἶδος* ex Rhen. dedi pro *τῷ εἴδει*. De scolopendra terrestri et nomine dicetur ad 4, 7, 2. de marinis ad 9, 25, 4.

γίγνονται δὲ οὐδ' αὗται] Vulgatum *γίνονται δ' αὗται* ex R. V. A. et versione Thomae correxi.

3. *τῶν πετραίων*] Ex V. R. *τι πετραῖον* dedit Camus.

δίκας] *vindictas* vertit Thomas.

CAPVT XI. (vulgo XV.)

πῶς ἔχει] R. V. A. *ὡς ἔχει.* Deinde *τοῦτο γὰρ διαφ.* Rhen.

τῷ τὰ μὲν] Medic. *τῷ τὰ μὲν λοιπὰ ἔναιμα.*

ἔτι δὲ — τετραπόδων] Haec ex Vatic. Canis. Medic. et vers. Thom. addidit Camus. Sed in Vatic. post *ζωοτόκα* insertum est *ᾠοτόκα.* Consentit etiam Albertus p. 40. b. Verba *καὶ ὄρνις* Camotiana omisit; sed Rhen. habet, qui tamen postea *καὶ κῆτος* omittit.

ὄφις] Vitiosum est, vt manifestum. Genus enim serpentium ipse antea nominauit.

στόμαχον μὲν ἔχουσι καὶ] Hanc vulgatam ex Medic. et vers. Thom. correxi.

2. *ὅσα ᾠοτοκεῖ τῶν*] Male Medic. *ζωοτοκεῖ.*

οὐχ ὅμοιον] Ita pro *οὐδ' ὅμοιον* Rhen.

3. *ὅσα αἷμα ἔχει*] Haec, vncis seclusa, omittunt Medic. Rhen. habuit Albertus.

καλοῦνται] *καλεῖται* ex R. V. A. Camus dedit. *vocant* Thomas ex *καλοῦσι* vertit.

ὁμοίως· πλὴν] Falsam distinctionem et sententiam vertendo obscurauit Gallus: *la tenuité de leur sang et le peu de volume de leur corps font qu'on n'apperçoit de sang qu'au coeur.* Indicium vitii habet Alberti versio: *nisi quia in corde vaccae, quin et cerui et quorundam aliorum aliquando ossa reperiuntur.* Videtur, igitur scriptum legisse *πλὴν ὅτι ἐν τῇ καρδίᾳ.* Vulgabatur *ὁμοίως πλὴν ἐν τῇ καρδίᾳ. Ἴδιον δ' ἐστὶν.* etc. quae ita vertit Gaza, nec variant libri scripti. Quod Albertus *ceruos* nominat, ab eius errore venit, non a libris. Ipse noster de Part. 3, 4. Generr. 5, 7. boues et equos, altero loco *βοῶν ἐνίας,* Hierocles Hippiatr. p. 173. ex nostro equos *καὶ ἡμιόνων ἐστιν οὓς* nominauit. Plinius: *in equorum corde et boum ossa re-*

periuntur interdum. De meo ἴδιόν τι dedi. Verba ἔχει δὲ καὶ ἡ τ. l. κ. ὀστοῦν hoc in loco vertunt Thomas et Scotus, sed paulo inferius collocata habent R. V. A. Plane omisit Gaza.

4. οἷον ἰχθὺς] Ex R. V. et versione Thom: οἷον οἱ ἰχθύες οὐκ ἔχουσιν, οὐδ' εἴ τι ἄλλο dedit Camus. Vulgo erat οἷον ἰχθὺς οὐκ ἔχει, οὐδέ τι ἄλλο τῶν ζώων, ὃ ἔχει βρ.

ζωοτόκων — ᾠοτόκων] Ita M. V. A. R. Rhen. Thom. versio pro ζωοτοκούντων — ᾠοτοκούντων. Solus tamen Medic. cum Rhen. et Thoma ᾠοτοκούντων habet.

ὀλίγου] Ita pro ὀλίγους Codices Cami, Canis. Rhen. versio Thomae et Gazae. Deinde vulgo ἐν περιστεραῖς, quod correxi ex Medic. Rhen. et versione Thomae, vt fecerat Camus.

αἰγοκέφαλος] Albertus *agatyoculus.* Thomae versio: *accipitre et miluo. noctua autem totaliter non habet.* Legit igitur scriptum: ἰκτίνῳ· γλαὺξ δ' ὅλως οὐκ ἔχει. Ex eodem καὶ ἐπὶ τῶν dedi, vbi vulgo καὶ deerat. ὅλως omittit R.

ἰμὺς] Ita pro μῦς ex versione Thomae et Gazae dedit Camus. Copulam καὶ ante crocodili et ranae nomen omisi cum Rhen. Vocabula φρύνη, σαῦρος versio Thomae postea post verba τὰ μὲν ἔχει inserit.

ἔλαφος] Nemesius de Natura hominis 4. p. 116. ἔλαφοι δοκοῦσι μὴ ἔχειν τὴν ξανθὴν χολὴν, ἐπειδήπερ ἐν τοῖς ἐντέροις ἔχουσιν αὐτὴν διεσπαρμένην καὶ ἀφανῆ.

5. ἔτι δὲ ἵππος] Ita versio Thomae pro ἔτι δὲ τάδε ἵππος. Contra V. R. A. ἔπτα δὲ τάδε habent. Deinde ὑῶν Medic. Rhen. versio Thom. et Scoti et Albertus. In libro 4. de Part. c. 2. vulgatur ἐκ τῷ τῶν μυιῶν. vbi Gaza et Thomas μυῶν verterunt. Vulgatur μυῶν, deinde Ἀχαΐναι (αἱ) καλούμεναι. Nostrum ex V. A. et versione vtraque dedit Camus. *achainii* Thomas. *species cerui hahane, quam quidam dorchadem esse dicunt, habet fel in auricula* Albertus. Antigonus Carystius c. 76. ex h. l. τοὺς Ἀχαΐνους καλουμένους, sed c. 35. genus foemineum habet. Cf. infra ad 9, 5.

ἵππος] Repetit de Partibus 4, 2. Hierocles Hippiatricorum p. 173. ex Aristotele tradit: οὐκ ἔχειν τι προσπεφυκυῖαν τὴν χολήν· κεῖσθαι γὰρ αὐτὴν παρὰ τὸ ἔντερον πολλὴν καὶ δυσειδῆ. Idem ibidem refert ex nostro, equum habere πνεύμονά τε τρίβολον, quod C. Gesner. p. 449. recte in τρίλοβον mutauit, Ruellius vero interpres pulmonem recte in hepar transtulit.

φώκῃ] De Partibus 4, 2. repetiit de phoca et delphino, nec Belonius reperit vesicam, quam tamen cum Seuerino et Segero reperit Hartmann et Perrault. Plinius 11. s. 75. *Praeterea in iecore est et cetis omnibus; vitulis quidem marinis ad multa quoque nobile.*

ἐν τῇ κέρκῳ] Hoc plures etiam hodie venatorum asserunt. Certum est caudam colorem virescentem intus gustumque amarum habere. Hinc saltim opinio orta videtur de bile caudae insidente.

ὃ λέγουσι] Rhen. ὃ λέγω, τὰ μὲν. Ante sequens ὑγρὸν vulgo insertum ὅλον omittunt Medic. Rhen. versio Thomae et Gazae. Hic posterior etiam τῷ σπληνὶ scriptum legisse videtur.

6. ζῶντες· ἐγγίγνονται] Rhen. ζῶντας. Vulgo ἐγγίνονται legitur, quod mutaui. *fiunt* vertit Thomas. Inepte Albertus *neruos* pro *vermibus* nominauit. Aldina οὐλῶν, Basil. ὠλῶν habent, quod ex libro scripto in εὐλῶν mutari iussit Scaliger. *Vimmiculos* ex versione Thomae posuit Camus, equidem *maximis genus immmclis* scriptum reperi. Plinius 11. s. 49. *Ceruis inesse in capite vermiculi sub linguae inanitate et circa articulum, qua caput iungitur, numero viginti produntur.* Auctor libri de natura rerum apud Vincentium 18, 39. *Venatores autem pro experimento certissimo prodiderunt, quod ceruo ad aetatem grauidam veniente, osse capitis sub oculo terebrato naturaliter* (i. e. sinu seboso Pallasii) *vespas concretas et formatas interius ex humore superfluo, vel, vt alii autumant, ex medulla prodeunt euolantes: et tunc dicunt eum non posse diutius vi-*

vere — aliquando etiam eodem modo vespas dicunt prodire concretas e naribus cerui. Intelligit sinus frontales, in quorum cellulis nidulantes apud oues, capras et ceruos hos vermes descripsit et pinxit Thorne *Philosophical Transact.* no. 295. Hos e capite caprae detractos vermes medicinae loco praescribit oraculum apud Alexandrum Trallianum. Ingrediuntur autem per nares, vbi oua deponuntur.

οὖν οὐκ] Rhen. *οὖν* omisit.

7. *ἐλέφας*] *ἔλαφος cerwus* vertit Thomas. Deinceps *τεμνόμενον* Rhen. Ceterum *χολὴν* intelligi vesicam felleam, non est quod moneam. Is enim vsus vbique solennis Philosopho. Locus, quem designat, est ipse ductus choledochus amplus, quem Galenus 6, 8. Admin. anatom. pro vesica fellea habuit. Cf. Camper *Description* p. 38.

ἔχουσι χολὴν] Posterius vocabulum ex R. V. A. addidit Camus.

γλανὶς] Inter maritimos igitur pisces quaerendus glanis. Deinceps *λιόβατος* ex Codd. memorat Camus. Hunc eundem Codices nominant infra 6, 11. Postea *ygenam* nominat Thomas. *σφύραινα* propter longitudinem corporis memoratam malebat Gesner Aquatil. p. 1060. et 1062.

ὥσπερ ἔχει] Alio ex scripto nostri refert Aeliani H. A. 13, 4. *ὅτι ἄρα ἐπὶ τοῦ λοβοῦ τοῦ δεξιοῦ καθημένην ἔχει χολὴν πολλὴν, αὐτῷ δὲ τὸ ἧπαρ κατὰ τὴν λαιὰν φορεῖται πλευράν.* Cf. Plinii 32, 7.

οἱ δὲ πρὸς] Vulgatum *οἱ δ' ἄλλοι πρὸς* ex Codd. suis correxit Camus; accedit Rhen. et versio Thomae, qui deinceps *ἀποτεταγμένην* et *παρατεταγμένην* vertit. Post *πόροις* vulgo insertum *ἐνίοις* cum V. R. A. omisit Camus; habet Med. Rhen. versio Thomae. *meatibus quibusdam perpetuis* Gaza. Copulam *καὶ* ante *ἐπαναδίπλωμα* omisit Thomas. Ceterum *ἄμυια* est in Ald. Junt. Camot. *περὶ τὸ ἔντερον* R. A.

ἔλοψ] Vulgabatur ἔλλοψ. Medic. Vatic. ἔλωψ vbique habent, nostrum Rhen. Versio Thomae habet: *rana atrathus elops.*

Post nomen ξιφίας Edd. primae addunt χελιδὼν, στρουθὸς, quae nomina Medic. Rhen. et Gaza omittunt, et translata huc fuisse e posteriore loco, primus monuit Rondeletius assentiente Gesnero in Passeris piscis historia, quem nusquam Aristoteles nominauit. Igitur recte verba omiserunt Edd. Casaub. Duualliana et Laemariana. *gladiatus yrundo struthos* versio Thomae.

8. γόγγροι] Ita Medic. Rhen. pro γόγγρος.

κόραξ — στρουθὸς] Albertus omisso priore pro posteriore habet *genus passeris quod grinon graece vocatur, et est passer croceus* p. 40. b.

ἅμα πρὸς τῷ ἥπατι — αἰγοκέφαλος] Vatic. πρὸς τῷ ἥπατι καὶ τῇ κοιλίᾳ ἔχουσιν. Versio Thomae: *quidam autem sursum apud epar et ventrem.* Ergo ἔνιοι δ' ἄνω scriptum legit. Ad *aegocephalum* glossam idem appositam habet hanc: *bubo aliis accipiter.* Albertus: *sicut falconum genera.* Idem ad verba ἱέραξ καὶ ἰκτίνος (ἰκτῖνος scripsit Camus), quae vertit *accipiter et miluus*, verba antecedentia πρὸς τῇ κοιλίᾳ retulit.

CAPVT XII. (vulgo XVI. et XVII.)

τῶν ἄλλων — οὐθὲν] Ita vulgatam ὅσα δὲ ᾠοτοκεῖ, τῶν μὲν ἄλλων οὐθὲν ἔχει οἷον οὔτ' ὄρνις ex versione Thomae correxi. Sequens μόνη ex Vat. in μόνον mutauit Camus, omisit Thomas. Postea ὁμοίως Rhen. Pro marina testudine Albertus: *vitulus marinus qui koky dicitur:* quasi φώκη scriptum legisset.

βόνασσος] Alberto *vacca agrestis.* Sequentia vulgo sic extant scripta: ὅσα ἔχει, πάντα τὰ μόρια ταῦτα ὁμοίως, quae cum Camo ex Medic. Vatic. Rhen. et versione Thomae correxi.

2. *τήν τε καρδίαν*] Inepte vulgo exordiuntur hinc Cap. XVII. Editiones L. et Cam. *τὴν δὲ* habent. Aliter Gaza: *Cor prorsus in medio pectoris omnibus praeterquam in homine.* Deinceps *καὶ τὸ στόμα* omisso *πρὸς* edidit Camus, de auctoritate mutationis nihil annotans.

ἀνήρτηται δ'] Gaza: *extremumque inde pendens qua.* Legit igitur *τε* pro *δέ.* Vulgatum *εἰς ὃ* in *ᾗ* mutauit Camus ex Medic. Canis. Addo Rhen. *pars cordis acuta est pendens versus superius ad partem capitis, vbi est motus branchorum*, Albertus vertit. Praeterea vulgatum *αὐτῶν τὸ ἄκρον* mutaui in *αὐτῆς*. Ita enim Thomas: *adaptata est autem ipsius summitas ad quae copulant branchias.* Legit igitur *εἰς ἃ* scriptum. De Respiratione c. 16. *ἐπεὶ δὲ οὐχ ὡσαύτως αἱ κεφαλαὶ νεύουσι τοῖς τε πεζοῖς τῶν ζώων καὶ τοῖς ἰχθύσι, πρὸς τὸ στόμα ἡ καρδία τὸ ὀξὺ ἔχει· τείνει δ' ἐξ ἄκρου τῆς καρδίας αὐλὸς φλεβονευρώδης εἰς τὸ μέσον, ᾗ συνάπτουσιν ἀλλήλοις πάντα τὰ βράγχια. Μέγιστος μὲν οὖν οὗτός ἐστιν· ἔνθεν δὲ καὶ ἔνθεν τῆς καρδίας μὲν ἕτεροι τείνουσιν εἰς ἄκρον ἑκάστου τῶν βραγχίων, δι' ὧν κατάψυξις γίνεται πρὸς τὴν καρδίαν, διαυλωνίζοντος ἀεὶ τοῦ ὕδατος διὰ τῶν βραγχίων.*

τεταμένοι] Versio Thomae etiam hic *τεταγμένοι* habet. *πόροι* Alberto recte *quaedam viae et arteriales a corde ad branchias exeunt.*

3. *ἔχουσίν ἐστιν*] Camot. *ἐστιν* omisit.

τι γένος] Recte Gaza *leporum generi cuidam.* Scribo igitur *τινὶ γένει.* Deinceps *Βόρβην* V. R. A. et margo Rhen. *παρὰ τὴν* Vatic. *Βόλβην* nominant Aeschylus Persarum versu 492. Thucydides 1, 58. 4, 103. Archestratus Athenaei 7. p. 311. Situm designat Hegesander Athenaei 7. p. 334. Ad nomen *Συκίνῃ* Gaza *γῇ* subaudiit, *in Sycino agro.* *Συκαῖ* nominantur Stephano Byz. *Συκῇ* Straboni contra Byzantium sita in opposito litore. — Postea *δόξῃ* Rhen.

4. *σπλὴν δέ ἐστι*] Camot. *δὲ* omisit, *ἐστι* Rhen. Se-

quens κείμενοι Thomas vertit *iacent*, igitur κεῖνται legit scriptum. Post κατὰ φύσιν vulgo sequebatur καὶ οἱ νεφροὶ τοῖς ἔχουσι κείμενοι τὸν αὐτὸν ἔχουσι τρόπον· vbi εἰσὶ pro ἔχουσι malebat Sylburgius. Thomas κεῖνται habuit et *iacent* vertit. Rhen. ἔχουσι omisit. Sed totum comma vt alienum ab h. l. et ex superioribus repetitum cum Gaza et Scoto recte omisit Camus.

τοῖς δεξιοῖς] Rhen. τοῖς omittit. Cf. de re I. cap. 17. Sequens τείνει δὲ dedi ex Rhen. et Thomae versione. Vulgo δὲ deest. Post κοιλίαν ante διαζώματος Rhen. διὰ omisit.

εἴρηται] ἤδη addit Rhen. et versio Thomae. Deinde εὐθὺ Vatic. Postea προσκύπτει Editio Basil. Codex Medic. Rhen. Denique πρὸς τὸ στόμα pro εἰς dedi e Rhen.

5. ἀρχὸν] Rufus Ephesius p. 38. πρὸς τὴν ἕδραν καὶ τὸν ἀρχόν. *culum* vertit Thomas. In libro de Partibus 3, 14. est de eadem re ὁ καλούμενος πρωκτὸς, sed ibi Thomae versio ἀρχὸν reddidisse videtur: quanquam Galenus de vuluae dissectione ἀρχὸν intestinum rectum ex Hippocrate interpretetur.

ἀμφώδοντα] Rhen. ἀμφόδοντα. Deinde μηρυκάζειν cum Edd. primis. μηρυκίζειν Reg. μηρυκίζειν A.

ἐπὶ τὰ κάτω παρὰ] Thomas vertit ἀπὸ τῶν παρὰ, cum vulgo sit περί. Etiam Camus παρὰ ex V. R. A. dedit. Gaza breuius: *ab ore deorsum tendit ad pulmonem septumque transuersum. hinc se ad ventrem applicat maiorem.* Denique προσβολῆς habet Rhen. *adiectioni* Thomae versio. Ceterum mirari licet ruminandi modum nusquam ab Aristotele descriptum hodie legi. Ruminantia breuiter expedit infra 9, 50. situm breuiter attingit et numerum de Partibus 3, 14. Modum explicauit Daubenton in *Memoires de l'Acad. des Sciences* anni 1768. p. 389. seqq. Equidem hic apponam locum Alberti nescio vnde ductum p. 41. a. *In talibus enim animalibus est mery, quod accipit a parte oris, valde amplum inferius sicut saccus, et incuruatur*

quidem versus partem, in qua est pulmo; deinde regirat ad stomachum, qui vocatur maior, et ibi constringitur ad quantitatem superioris partis stomachi, et cum eo continuatur, et mery quidem duplices habet villos, longos quidem ad glutiendum, et latitudinales ad reiiciendum, et sunt illi in interiore tunica ipsius mery. propter quod sine difficultate reddunt cibum ori ad ruminandum, quoniam propter dentium defectum primo durus cibus sufficienter masticari non poterat, nisi mollificaretur prius et alteraretur in sacco ipsius mery, in quo repositus fuit. Post mery autem in omnibus animalibus talibus est stomachus, qui venter maior vocatur, et pellis est, quae quidem pellis parte est inter mery et stomachum: interior dico pellis est aspera et villosa, vt dura tenere et tangere possit sine sui nocumento; inferius autem ad percanarium ventris maioris est alius venter applicatus maiori ventri ad radicem percanarii, ex quo sugunt multae mesaraicarum, et quod est ad quantitatem percanarii, ad quem est transitus cibi mollis, est minor, quam venter maior et quam mery. et post hunc iterum est alius, qui quidem inferius iterum non quidem immediate sed mediante praedicto est post ventrem maiorem: et ille est in quantitate tertii, et aliquando est maior in quibusdam animalibus propter intestinum, quod participant quaedam ipsorum et quaedam non: et ille quartus est longus et reuolutus, vt ex multis eius reuolutionibus sufficienter trahere possint mesaraicae. Villosus etiam est in principio mollis et lenis ex parte sphincteris, et post illum non est nisi intestinum, a quo non trahitur cibus.

6. πλακώδης] Thomas vertit *capedines habens.* Gaza *cancellatus et crustatus*, qui deinde πλάκας *cancellos et crustas* vertit. Peyer Merycologiae p. 135. *plagulas membranaceas.* Athenaeus 7. p. 323. ex nostro sepiae tribuit κοιλίαν πλακώδη καὶ λείαν, ὁμοίαν τοῖς τῶν βοῶν ἠνύστροις. vbi pessime vertitur. De Partibus 4, 8. πλακωδέστερα τὰ κάτω αἱ θήλειαι τῶν ἀῤῥένων καράβων ἔχουσι. Gaza *pla-*

niores tabellatioresque vertit. De Generat. 3, 8. *διόπερ μείζους ἔχει τὰς πλάκας τὰ θήλεα αὐτῶν ἢ τὰ ἄῤῥενα φυλακῆς χάριν τῶν ᾠῶν.* vbi Gaza *tabellas* vertit.

ἀπὸ δὲ τούτων] Ita Rhen. pro *τουτου.* Et sic vitatur Coiteri censura.

7. *ἀμφώδοντα*] Rhen. *ἀμφόδοντα.* habet. Deinceps *τούτων τε καὶ τῷ* dedi ex R. A. et versione Thomae, *τούτῳ τε καὶ τῷ* ex Medic. et Rhen. dedit Camus pro vulgato *τούτῳ καί.*

εἰς μέσην ἢ πλαγίαν] Male R. A. *πρὸς μέσην τείνειν τ. κ.* Deinde *μίαν ἔχει κοιλίαν* omisso *τὴν* R. satis bene. Postea *ἄρκος* Rhen.

πολὺ ἐλάττω] Deinceps Ambr. omissa negatione *καὶ πολὺ μείζω.* Rhen. *μεῖζον.* Idem postea *κύων καὶ* omisit. Pro *ἐντέρου* Edd. pr. *ἑτέρου* habent. Ceterum de suillo ventriculo est locus de Partibus 3, 14. *ἔστι δὲ ἡ μὲν τῆς ὑὸς μείζων καί τινας ἔχουσα μετρίας πλανας πρὸς τὸ χρονιωτέραν γίγνεσθαι τὴν πέψιν.* vbi Gaza *flexuosus venter* vertit, sed Thomae versio *plicas* habens *πλάκας* verum reddidit.

καὶ τῶν ἄλλων δὲ] Thomas *καὶ δὲ* non vertit.

διαφορὰ δὲ καὶ ἐν] Rhen. copulam *καὶ* omisit. Deinceps *κατὰ τὴν τοῦ στομάχου θέσιν καὶ σύντρησιν* Gaza scriptum multo melius legisse et vertisse videtur. *et stomachi coaptationem* Thomas.

8. *ἐπαναδιπλώσεσι*] De Partibus 3, 14. *τοῖς μὲν ἁπλοῦν ἐστι καὶ ὅμοιον ἀναλυόμενον, τοῖς δ' ἀνόμοιον· ἐνίοις μὲν γὰρ εὐρύτερον τὸ πρὸς τῇ κοιλίᾳ, τὸ δὲ πρὸς τῷ τέλει στενώτερον· — τοῖς δὲ πλείοσιν ἄνωθεν στενώτερον, πρὸς τῷ τέλει δὲ εὐρύτερον· μείζω δὲ καὶ ἀναδιπλώσεις ἔχοντα πολλὰς τὰ τῶν κερατοφόρων ἐστὶ καὶ οἱ ὄγκοι τῆς κοιλίας τούτοις μείζους καὶ τῶν ἐντέρων διὰ τὸ μέγεθος.* Ibidem intestinorum tractum ita definit, vt post initium latius fiat et in *κῶλον* et coecum transeat; hinc iterum angustius et tortuosum fiat, postea vero recta pergat ad anum. Pars inter colon et latiorem partem vt inter rectum intermedia

aluus inferior, ἡ κάτω κοιλία, vocatur, pars tortuosa etiam ἕλιξ; denique ieiunum intestinum (ἡ νῆστις) partem tenuis intestini ante coecum occupat. Quem locum non satis recte excerpsit Plinius 11. s. 79. *ab hoc ventriculo lactes in homine et oue, per quas labitur cibus, in ceteris hillae: a quibus capaciora intestina ad aluum, hominique flexuosissimis orbibus. Idcirco magis auidi ciborum, quibus ab aluo longius spatium.* [*Iidem minus solertes, quibus obesus venter. Media* (aluus) *haec vmbilico adnexa in omnibus, in homine suillae infima parte similis; a Graecis appellatur colon, vbi dolorum magna causa est. Angustissima canibus, qua de causa vehementi nisu nec sine cruciatu leuant eam.* Postrema dubitationem habent; clarius Aristoteles: *ἐνίοις μὲν γὰρ εὐρύτερον τὸ πρὸς τῇ κοιλίᾳ, τὸ δὲ πρὸς τῷ τέλει στενώτερον· διόπερ αἱ κύνες μετὰ πόνου προΐενται τὴν τοιαύτην περίττωσιν.*

μικρὰ μὲν ὀλίγα] Ita pro μικρὰ μὲν γὰρ ὀλίγα habet Rhen. et versio Thomae.

συμφύσεις] *concamerationes habens* Thomas vertit. Contra Rhen. συμφυές. Plinius: *ventres et elephanto quatuor.* Versio Vincentii 19. c. 45. *elephas intestinum habet inuolutum villosum, ideoque putatur, quod habeat quatuor ventres, nec habet alium stomachum, totumque suum interius simile est interiori porci. Hepar eius quadruplo maius hepate bouis et similiter est residuum sui interioris.* Vbi miror, vnde vocabulum *villosum* duxerit. Gaza vertit: *Elephanto intestinum ita est sinuosum, vt aluos habere quatuor videatur. In hoc etiam cibus recipitur: nullum enim conceptaculum cibi aliud separatim adest.* quem verbo tenus secutus est Camus. Male. Primum enim ventriculo carere elephantum si voluisset annotare Philosophus, antea facere debebat, vbi de ventriculo tractabat. Nunc vero de intestinorum tractu agere coeperat, quorum appendices (ἀποφυάδας) in quibusdam generibus annotauit. Verbum ἐγγίγνεται male Gaza *reci-*

pitur interpretari videtur; certe ἀγγεῖον non est ventriculus, nec verba χωρὶς δ' οὐκ ἔχει ἀγγεῖον reddunt rationem antecedentis membri. Ita enim scriptum oportebat χωρὶς γὰρ οὐκ ἔχει. Verbum ἐγγίγνεται licebit potius interpretari *immorari;* cibus enim in pluribus ruminantium ventriculis immoratur, quibuscum similitudo aliqua intercedit intestino elephanti sinuoso; et sane his sinubus cibum elephanti immorari testatur obseruatio Camperi, qui fere vsque ad extremum colon chylum ex cibo digesto peruenire ait, nec vllam stercoris speciem ei inesse. Is praeterea sinuosum intestinum descripsit et pinxit, et Aristotelis fidem contra falsam interpretationem tueri conatus est. *Description* p. 37. Igitur si ἐγγίγνεται mecum interpreteris *immorari,* tum sequentia hoc significant: *separatim vero nullum habet receptaculum,* cui nempe cibus, dum perficitur, immorari possit, vt in ruminantium ventriculis pluribus. Potest tamen etiam membrum hoc postremum referri ad appendices intestinorum, quibus elephantum carere moneat. Vtramcunque interpretationem optaueris, de ventriculi absentia nihil inde arguere licebit.

ἐν τούτοις καὶ] Ita vulgatum τούτῳ ex versione Thomae correxi. Sed eadem male postea habuit scriptum καὶ τὰ σπλάγχνα ἔχει omisso δέ.

9. φυσιν τοῖς τετράποσι] Vulgo intersertam copulam καὶ post φύσιν omisi, quod fecit etiam in versione Camus. Deinceps verba τῶν ζωοτόκων, quae sunt in Aldina, omisit Editio Junt. et Camot. cum Gaza contra τῶν ζώων ex Codd. suis et duabus versionibus antiquis dedit Camus.

ὅλως τοῖς τοιούτοις] Ita pro ὁμοίως ex Mediceo et Rhen. dedi cum Camo. *omnibus totis talibus* versio Thomae, quae ὅλοις scriptum reddidit.

κροκοδείλοις ἀμφοῖν] i. e. fluuiatili et terrestri. Albertus: *crocodili species quae vocatur tenchea — quae hardon vocatur.*

10. ἔχει παραπλήσια] Ita Med. V. R. Rhen. versio

Thomae pro παραπλήσιον. Idem Thomas ἔχουσι vertit. Sequens ἀποδοὺς vulgato ἀποδιδοὺς ex Medic. Vat. Rhen. substitui, sed M. V. μῆκος αὐτοῖς ἀποδοὺς ἀφέλοι habent, ἀφέλῃ Reg. Postea vulgabatur ἰχθὺς.

μακρὰν καὶ δικρόαν] Camot. μακρὰν omisit. Deinceps ἀνομοιότητα Medic. Vatic. et Gazae versio habent.

11. προέχειν] Thomas coniungi vertit, igitur προσέχειν scriptum legit.

ἐξέλκεται] Ita Med. Vat. pro ἐξέρχεται. *extrahitur vsque longe* versio Thomae, quae cum Alberto μέλαινα omisit. Deinde verba τὸ δικρόαν — μάλιστα οἱ ὄφεις omisit eadem versio Thomae.

ἔντερον μακρὸν καὶ] Verba μακρὸν καὶ omittunt Medic. Rhen. et versio Thomae et Alberti.

ἐπὶ δὲ τοῦ φάρυγγος] *post fauces* versio Thomae. τῇ φάρυγγι R. V. A. Deinceps Rhen. μικρὰ καὶ μακρὰ καὶ νεφροειδής. Albertus: *et est paruum longum in aspectu figurae exterius simile reni.* Denique ἐνίοτε πρὸς omissa negatione reddidit Alberti versio.

12. ἰνώδει πόρῳ] Gazae versio: *pulmo deinde adnectitur simplex, fibrosus, fistulosus.* Legit igitur συριγγώδης additum. Alberti versio habet: *et in eo sunt partes durae ac si sint neruosae, subtiles, inuolutae, longe pendentes a corde, quoniam illae sunt viae ramorum arteriae, quae peruenit in ipsum.*

σπλῆνα δὲ μικρὸν] Aldina, R. A. μακρὸν habent. De hepate versio Alberti ita: *post pulmonem in dextra quidem parte est epar et est ipsum longum extensum super ventrem.*

χολὴν — ὁμοίαν] Ita Rhen. et versio Thomae pro ὁμοίως. Deinde πρὸς τῷ ἥπατι Rhen. ὕδροι Alberto sunt *serpentes magni.*

μηδὲ ἡμέραις] Falsum et ineptum hoc arguit Veslingius Obseruat. de Vipera p. 225.

ἐκκεντήσῃ] Ita cum Sylburgio Codd. ἐκκεντήσει Edd. pr. *eruat* vertit Thomas.

13. *διαφέρουσαν*] Male Rhen. *διαφοράν*. Deinceps *ἐντεροειδῆ* scriptum legit et vertit Thomas: *valde similem intestino*. Vulgo erat *ἑτεροειδῆ*.

μόνος ἰχθὺς] Dictum pro *μ. ἰχθύων* annotauit Sylburg. Deinceps *μηρυκίζειν* R. A.

ἰχθύες ἄνωθεν] Vulgo interseртum *πλείους* cum Medic. et Rhen. omisi.

κίθαρος] Ita scribi voluit Sylb. pro *κιθαρὸς*, et habet V. Contra Medic. et Rhen. *κιθαρὶς* habent: *cythara* versio Thomae. Sequens *σκάρος* habent Aldina, Gaza, versio Thomae, Canis.

καὶ πάνυ πολλὰς] Ex Rhen. *πάνυ* inserui.

14. *καὶ πρὸς ἀλλήλους*] Haec omisit Camot. Sequens *διαφορὰς* pro *διαφορὰν* suppeditauit Rhen.

φάττα] Ita Rhen. pro *φάσσα*. Vocabulum *ἀλεκτρυὼν* saepius hic ponitur de gallinaceo genere vniuerso.

αὐτόθεν] Ita pro *αὐτόθι* R. A. et a secunda manu Rhen. *a principio* Thomae versio. Deinde *στενώτερα* Rhen.

15. *στιφρὰν*] Sylburgii emendationem a Codicibus V. R. A. firmatam pro *στυφρὰν* posui. *στρυφνὰν* Medic. et Rhen. *calcatum* versio Thomae. *quod stomachus talium est paruus et aliquando spissae carnis et durae et non extensibilis* Albertus. Ante *δέρμα* vulgo insertum *ἐν* cum Medic. omittit Rhen. Hanc membranam quidam *ἐχῖνον* vocarunt. Sed quid est illud, quod in Gazae versione legimus: *cutis intus robusta, crustatisque facile detrahi integra potest*. An habuit scriptum *καὶ ὀστρακώδες, ῥᾶστα ἀφαιρούμενον ὅλον?*

ἢ τὸ πρὸς τὴν κοιλίαν τεῖνον] Ita Codd. Cami, versio Thomae: *vel qua propius ventriculum adit* Gaza. *τὴν πρὸς κ. τείνοντα* solus Rhen. Vulgo *ἢ πρὸς τ. κ. τείνοντα*.

κολοιὸς] Versio Thomae *colonis* habet, *colonus* ex eadem retulit Camus.

καὶ καταῤῥάκτης] Copulam omisit Camot. sola. Deinceps *ὀτὶς* R. hic et vbique scriptum habet.

16. *τῆς κοιλίας αὐτῆς*] Ita ex Medic. et versione Thomae dedit Camus pro *τὴν κοιλίαν αὐτὴν ἔχουσιν ὁμοίαν*. Etiam Albertus ita: *habent stomachos et ventres, quorum in quibusdam partibus suis creatio est ex simili substantia sicut substantia papae.* De Partibus 3, 14. *οἱ δὲ τὸν οἰσόφαγον πλατὺν ἢ πρὸ τῆς κοιλίας αὐτοῦ μέρος τι ὀγκῶδες ἢ τῆς κοιλίας αὐτῆς τι ἐπανεστηκός.* vbi Thomae versio: *quasi ipsius partem aliquam quantitatiuam.* Legit igitur scriptum *ὥσπερ αὐτῆς μέρος τι ὀγκῶδες.*

κεγχρηΐς] Ita Medic. Canis. Rhen. pro *κεγχρίς*. Versio Thomae *cencreis.* Ita Aeliani H. A. 2, 43. vbi vide adscripta.

ὅσα τὸν αὐχένα μακρὸν] De Partibus 3, 14. *εἰσὶ δέ τινες οἳ τούτων οὐδὲν ἔχουσιν, ἀλλὰ τὸν πρόλοβον μακρὸν, ὅσα μακροσκελῆ καὶ λεῖα, διὰ τὴν τῆς τροφῆς ὑγρότητα.* Ita enim pro *λειότητα* recte Codex Accoramboni et versio Thomae habet. Sed praeterea ibi scribendum ex h. l. *ἔχουσιν οὔτε τὸν πρόλοβον, οὔτε τὸν οἰσόφαγον εὐρὺν, ἀλλὰ μακρὸν* etc.

σχεδὸν δ᾽ οὗτοι] *σχεδὸν δὲ καὶ οὗτοι τὸ* versio Thomae scriptum reddidit.

17. *συχνῶν*] Versio Thomae *συχνῶν compactorum* reddidit.

ἁπλοῦν ἀναλυόμενον] Gaza *et simplex resolui potest.* Supra sect. 13. *καὶ τὸ τοῦ ἐντέρου μέγεθος ἁπλοῦν — ὃ ἀναλύεται εἰς ἕν.* vbi Camus vertit: *est simple dans toute sa longueur; les replis qu'il forme s'effaçent, lorsqu'on l'étend.* Hic vero idem: *étroit et simple, lorsqu'on le développe.*

ἀποφυάδας] Sequitur vulgo *ἀπολελυμένας*, in Medic. *ἀπολυμένας*, sed id verbum omittunt V. R. A. versio Thomae et Gazae.

λόκαλος] Medic. omisit cum versione Thomae et Gazae, Rhenani margo a recentiore manu adscriptum habet. *Ciconia ascalaphus* habet Gaza. Sylburgius *κόκαλος* coniecit scribendum ex Hesychio, qui *εἶδος ἀλεκτρυόνων* interpretatur. Sed additum *παλαιὸν* monstrat, id vocabulum vitia-

tum esse ex *κοκύαν*. Idem: *κοκκίαι, οἱ πάπποι καὶ οἱ πρόγονοι*. Est id pro *κοκύαι*. Idem vitiosa habet pro eodem *Κούκα, πάππον. Κυκοίας, προγόνους*. Suidas *κοκκύαι* cum Etymol. M. Conr. Gesner in Alucone p. 94. ait, hoc nomen Italicum esse auis nocturnae, ab aliquo forte adscriptum, vt vocem ascalaphum interpretaretur, et a librariis postea insertum. Camotiana *ἀσκάλαφος* omisit. Singularis et vnicus locus est in Etymologico M. p. 278. *Διονύσιος ὁ Ἀσκάλαφος ἐλέγετο, ἢ — ἐπειδὴ μακρὸς καὶ λεπτὸς ἦν καὶ ὠχρός· τοιοῦτο δέ ἐστιν ὁ ἀσκάλαφος τὸ ὄρνεον*. In quibus notis non tam auium e noctuarum genere similitudinem agnosco, quam ardeolarum. Verum ex eiusmodi scurrilibus iocis fere nihil arguere licet.

κύκνος] Medic. Rhen. *κυκλάμινος* habent: *cicnus, bistarda, noctua,* versio Thomae. Deinceps *σμικρῶν ἔνιοι* dedi pro *τινὲς* ex Rhen.

ADNOTATIONES

AD LIBRI III. CAPVT I.

Πᾶσιν ἐντός ἐστι] Versio Thomae *πᾶσιν ἔνεστι* reddidit. Deinceps *πολλὰς ἔχει διαφορὰς* V. R. A. et versio Scoti.

ὀσφὺν ἔχει] Rhen. *ἴσχει*. Sequens *ἀφεῖται* Thomas vertit *distat*. Gaza *demissum pendet cum testibus*. Postea *τοῖς ἔμπροσθεν οὐρητικοῖς* V. R. A. Denique *ἄλλο ὃ ἔχει βραγχία* Rhen. Pro *ἐν αὐτοῖς* Camus ex Reg. *ἑαυτοῖς* dedit. Camotiana *αὐτοῖς*.

2. *ἐχῖνος*] De Generatione 1, 12. *ὁ δ' ἐλέφας καὶ ὁ ἐχῖνον ἐντὸς ἔχουσι τοὺς ὄρχεις*.

πρὸς τοὔπισθεν] Ita pro *ἐκ τοῦ ὄπισθεν* V. R. A. Versio Thomae *a posteriori continui*, Gazae *annexi retro*, Scoti *continuantur a ventre*, Alberti *continuantur ad ventrem vel coxam*. Deinceps *ἀπηρτημένοι* Thomae *remoti*, sed altero statim loco *seiuncti*. *γένει τῶν ὑῶν* Rhen.

ὥσπερ εἴρηται] Rhen. *καθάπερ εἴρηται*. Deinceps vulgabatur: *εἰς ἕνα ἄνωθεν πόρον ἄχρι τῆς τοῦ περιττώματος ἐξόδου. τὸ δ' ἄνωθεν λέγομεν τὸ πρὸς τ. ἄκ.* V. R. A. habent: *εἰς ἕνα πόρον. Τὸ δ' ἄνωθεν λεγόμενον τὸ πρὸς τὴν ἄκανθαν τῆς τοῦ περ. ἐξόδου.* vnde Camus effecit et dedit *εἰς ἕνα πόρον, ἄνωθεν τῆς τοῦ περ. ἐξόδου· τὸ δὲ ἄνωθεν λέγομεν τὸ πρὸς τ. ἄ.* Quam lectionem ait firmari versione Thomae: *in vnum porum desuper superfluitatis exitus. Desuper autem dicimus quod ad spinam.* Etiam Scoti: *et concurrunt in vnum supra locum exitus superfluitatum*

apud spinam. In Lipsiensi libro est: *superfluiditatis exitum.* Albertus: *vsque ad partem spondilium, vbi deficiunt costae, et ibi concurrunt in vnum orificium, quod est quidam porus, qui est aliquantulum supra anum, per quem est exitus superfluitatum apud spinam dorsi.*

περὶ ἕκαστον] Med. περὶ ἑκάστου αὐτοῦ. Camot. Canis. etiam περὶ ἑκάστου. Reg. Ambr. αὐτῶν omittunt. περὶ ἕκαστον ἰδίως dedit Camus. *in propriis circa vnum quodque diligentius* versio Thomae.

ὠχροτέρους] Thomas vertit *magis flaueos.* Albertus inserit: *et in quibusdam apparet color eorum per se et in quibusdam sunt cooperti et inuoluti panniis contextis.*

συνάπτων εἰς ἓν] Ita pro ἕνα Rhen. et versio Thomae, vbi est *in vnum. Ad porum vnum* Albertus. Deinceps *anseri et gallo* habet Albertus. Hunc locum de auium pene illustrauit Aldrouandus Histor. Auium T. III. p. 168. et Tannenberg Spicileg. de Partibus genitalibus masculis Auium Goettingae 1789. In ansere et anate penem longum, sed in gallo nullum reperit Harvey de Generatione p. 16.

προσπεφύκασι] Thomas vertit *copulati sunt.*

μὲν τὴν ὥραν] Articulum τὴν omisit Rhen.

ἐπιδηλότατα] Edd. pr. ἐπιδηλότατα. Sequens φάτταις Thomas vertit *fassis*, Albertus *turturibus.* Deinceps vulgatum οἴονται ἐνίοτε οὐδ᾽ ἔχειν ex Medic. Rhen. versione Thomae, Gazae et Scoti correxit Camus. *multi putant* Albertus. Postea ὄρχεις αὐτὰ cum Codd. Cami Rhen. sed *ipsos* est in versione Thomae.

6. τῷ ἔμπροσθεν] Ita pro τὸ πρόσθεν Rhen. Deinceps *extus in manifestos* habet Thomas, puto vitio scribae.

αὐτοὺς ἔχουσι καθ᾽ αὑτοὺς] Ita pro αὐτῶν ἔχοντι ex Med. Canis. Rhen. versione Thomae Camus. *hi quidem ipsos habent per se testiculos.* Albertus vero: *prominentes per se quasi distincti.* Pro ὀσχέα Thomas habet *osklea.* Edd. pr. ἐν ante τῇ καλουμένῃ omittunt.

7. καὶ ἄλλοι] Sylburgiana δὲ adiecit ex Camotiana.

Sequens ἐκείνου Gaza reddidit *illo superiore*, nempe arteriaco, quem spiritu potius quam sanguine repletum Philosophus statuit ex communi errore antiquissimorum Physiologorum. Deinceps κεφαλῆς ἑκατέρας Med. *capite vtroque* versio Thomae. ἑκάτερος Rhen.

8.) προσκαθήμενοι] Versio Thomae *adhibiti* reddit, quasi προσεσχημένοι scriptum fuisset. Deinceps ἂν μὴ Rhen. Sequens προσκαθήμενος Thomas reddit *continens*, igitur προσεχὴς scriptum legisse videtur. Postea vocabulum αἱματώδες omisit versio Scoti, vt verba τῶν ἐκ τῆς ἀορτῆς Gaza.

καυλὸν] Versio Thomae *virgam*, Gazae *ceruicem*, Alberti *radicem*. Sequens φέρει recte Thomas *fertur* reddit. Deinceps vulgatum πρὸς τὸν καυλὸν ex V. R. A. correxit Camus. Postea περὶ τοῦτα V. R. Copulam καὶ ante ἐκ τῆς cum Rhen. et versione Gazae omisi.

9. ἀρχὴ τῶν ἀπὸ] Ex R. A. et versione Thomae τῶν inseruit Camus. Deinceps ἐφ' ὧν α scriptum reddidit Thomas. Sequens κεφαλαὶ ex V. R. A. Camus in κεφαλὴ mutauit. Ita vero debebat deinceps vnicum κ cum Med. A. Juntina, Camotiana et versione Thomae ponere. Pro ἐφ' οἷς Reg. ἐφ' ἧς, Ambr. ἐν οἷς habet.

οἱ προσκαθήμενοι] Ita pro καθήμενοι Med. R. A. Canis. Camot. *adhibiti* versio Thomae. Deinceps ἐν οἷς αὐτὰ τὰ οο scriptum Thomas vertit: *in quibus ipsa oo*. Statim vulgatum ἐφ' οἷς ἡ ὑγρότης ex Rhen. et versione Thomae correxi, qui iterum subiungit *in quibus ipsa bb*. Ergo ἐν οἷς αὐτὰ τὰ ββ scriptum legit. Denique vulgatum ἐν οἷς τὰ ψψ mutaui.

διαφθείρουσι] Recte Gaza: *Castrare solent duobus modis, aut enim testes nouellos adhuc frangunt aut adultos iam firmosque excidunt*. Male Thomas *pereunt*, quoniam sequens ἐκτέμνονται *excisi* vertendum fuit, cui ἐκτέμνουσιν substitui. Vat. ἐκτέμνοντες habet. Camus οἱ δὲ ὕστερον ἐκτέμνονται ex V. A. dedit. Vocem ἤδη ante ταῦρον

cum V. R. A. omisit Camus. Locum hunc de castratione gemina repetit et accuratius tractat infra 9, 50. Denique τοῖς ζώοις pro τῶν ζώων Rhen. et versio Thomae habet.

10. διαφόραι μὲν οὖν] Rhen. οὖν omisit, item articulum τὸ ante στόμα. Thomae καυλὸς deinde est *collum*, Gazae *ceruix*. Deinceps δελφὶς Edd. pr. Med. Reg. Verba ὅθεν — προσαγορεύουσι vereor ne a grammatico aliquo accesserint inserta. Postea ἢ τετράποδα pro vulgato καὶ τετρ. ex Codd. et versione Thomae dedit Camus.

11. καὶ ὑῒ] Haec verba omisit versio Thomae, eadem ταῦτά γ' ἔχει scriptum expressit. Deinceps vulgatum κεράτων· εἴλιγμα δ' ἔχουσιν αἱ τῶν πλείστων ex Med. Rhen. correxi. κερατίων ex Camotiana et Med. cum Casaubono dedit etiam Camus consentiente versione Thomae, et δὲ resecuit cum Med. Canis. et tribus versionibus: εἴλιγμα reliquit. Verba αἱ τῶν πλείστων — ἁπάντων ἔχουσιν omisit Rhen. Versio Thomae verba hoc ordine meliore scripta reddidit: ἐπ' ἄκρων δὲ τῶν καλουμένων κερατίων αἱ τῶν πλείστων ὑστέραι εἰλ. ἔ. *in summitatibus autem vocatorum keratiorum plurimorum matrices reuolutionem habent.*

πρὸς τῷ ὑποζώματι] Accuratius haec explicantur infra 6, 10. et de piscium vtero gemino 6, 10. Deinceps δικόδων ἢ pro δ. καὶ scripsi cum Gaza. Statim ᾠὸν ἐν omisso εἶναι V. R. A. quod deleuit etiam Camus. Postea ὅσων λέγεται ψαθυρὸν R. Ambr. Cf. dicta ad 6, 13. ψαδυρὸν Basil. V. A.

12. στιφρὸν] Rhen. Camot. στέριφον. Med. a prima manu habet στριφνὸν, a secunda στεριφνόν. *compactum* versio Thomae: *carne durissima, vt sustinere possint testas ouorum* Alberti. Suidas στέριφον pro στερεὸν et στεριφοποιεῖν pro στερεοποιεῖν dici annotauit, monente Sylburgio. Postea Rhen. et versio Thomae habent: τὰ δὲ πρὸς — ὑμενώδη καὶ λεπτά.

διὰ τοῦ καυλοῦ — κολποῦται] Versio Thomae *per canalem* reddit. Eadem duce, Med. et Rhen. additum ὁ

ὑμὴν post κολποῦται deleuit Camus. Post ταῦτα idem cum V. R. A. omisit πάντα. Denique ὠοτόκων male Rhen. habet.

καυλὸς κάτωθεν] Versio Thomae *canalis*, V. R. σαῦρος, sed in Regio correxit manus secunda. Pro σχίσις versio Thomae σχέσις scriptum reddidit *habitudo*. Pro ἀπόδων versio Alberti ὑπόδων reddidit.

13. ὅ,τι ἂν] Ita ex V. R. A. vulgatum ὃ ἂν correxit Camus. *quodcunque sine pedibus* versio Thomae, quae pro ᾗ *est* reddidit, et ὁμοίως τε pro δέ. Deinde καθάπερ τῶν ὀρνίθων omisso καὶ Rhen. et versio Thomae.

καὶ μέχρι πρὸς] Audaciam corrigendi lectores excusabunt. Vulgo legebatur confusus locus: ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τὸ ὑπόζωμα τείνει καθάπερ καὶ τῶν ὀρνίθων. ἔτι δὲ διὰ μέσου τῶν διχρόων κάτωθεν ἀρξαμένη μέχρι πρὸς τὸ ὑπόζωμα τείνει, καὶ τὰ ᾠὰ ἐνταῦθα γίνεται καὶ ἄνω ἐπ' ἀρχῇ τοῦ ὑποζώματος. εἶτα etc. Rationes explicui infra ad 6, 10.

προελθόντα] Rhen. προελθόντος habet et verba ἐκ τῶν ἀνατομῶν omittit.

14. διαφορὰν] Rhen. Med. διαφέροντα. Post ᾠοτοκεῖ ex Med. Rhen. πάντα addidit Camus, consentiente versione Thomae et Gazae. Pergit Rhen.: ὁ δ' ἔχις. Vulgo erat: ἔχις δέ. Sequens παραπλησίως ἔχει Thomas vertit *vicine habet*.

πόρος ἑκάτερος ὢν] Expectabam ἑκατέρα οὖσα. Gaza vertit: *uno continuo meatu — quasi duplex meatus seque aut septum.* Deinceps στοιχηδὸν Med. *ordinatim* Gaza vertit, *secundum ordinem* Thomas.

15. ὅσα μὲν] Ita pro ὅσα καὶ Rhen. et versio Thomae. Deinceps εἰς τὸ ἐμφανὲς Rhen. Postea ἄνωθεν τῆς κεφαλῆς τῆς κοιλίας Vat. Reg. *desuper a ventre* Thomae versio. Deinceps ἐπαμφοτερίζεται V. R. A.

κάτωθεν πρὸς] Vulgo intersertum καὶ cum Med. Camotiana, Rhen. et versione Thomae omisit Camus. Deinceps ἐν ᾗ τὰ περὶ τὰ ᾠὰ ex Med. Canis. Rhen. correxit Camus.

ἐν ᾗ τὰ περιττὰ ᾠὰ Aldina cum Vatic. *ἐν ᾗ τὰ περὶ τὰ ᾠὰ* etiam Reg. *in qua oua* versio Thomae, *qua oua continentur* Gazae, *in qua est animal* Alberti.

ἤδη] Vatic. *ἤδη*. Deinceps *ἄλληλα* Rhen. Postea *καὶ ἀμφώδοντα* omissa negatione Rhen. Noster de Generatione 2, 7. *τὰ δὲ πολλὰ τῶν κολοβῶν ζώων καὶ ἀμφωδόντων οὐκ ἔχει κοτυληδόνας ἐν ταῖς ὑστέραις, ἀλλ' ὁ ὀμφαλὸς εἰς φλέβα τείνει μίαν* etc. Cf. infra 7, 8. Leporem omisit versio Alberti. Denique *ἐξάρτισις* habet Rhen. De cotyledonum forma et vsu disputaui accurate in Promtuario Lipsiensi ad historiam naturalem anni 1787. p. 424 seq. vbi monui de leporum cotyledonibus constare, de murium et vespertilionum non item; itaque *ὗς* pro *μῦς* scribendum esse suspicatus sum p. 429. De suillo enim genere constat; vespertilionum grauidarum anatomiam adhuc desideramus.

CAPVT II.

κοινότατον] Rhen. *κοινότητος*. Sequens *καὶ* ante *ὃ μάλιστα* omittit Rhen. Postea *καὶ τούτῳ ἀνάλογον* Edd. pr. R. A. *τούτων* M. R. A. versio Thomae. *τὸ τούτῳ* ex Codice annotauit etiam Accoramb. Verba sequentia *ἐν ἑκάστῳ — τούτῳ* propter similitudinem omisit librarius scriptor Rhenani. Denique *ἀναλογούμενα* vulgato *ὁμολογούμενα* ex Canis. substituit Camus. *ἀνάλογα* annotauit Accorambonus, *et respondentia his* versio Thomae et Gazae.

2. *εἰρηκότων οὐ καλῶς*] Ambr. *εἰρηκότες*. Deinceps vulgatum *οὐκ ἀληθῶς* ex Med. Rhen. correxi. *non bene* versio Thomae.

ἀλλὰ πᾶν] Ita ex Med. Reg. Camus. *ἀλλ' οὐ πᾶν* Ald. Basil. *ἀλλὰ τὸ πᾶν* reliquae Edd. cum Rhen. Deinceps *ἐν δὲ ζῶντι* ex V. R. edidit Camus. Postea *ἐστὶν* vulgato *εἶναι* post *ἀδύνατον* ex Rhen. versione Thomae substitui. Denique *οὐδ' ἐν τοῖς λελεπτυσμένοις* scriptum reddidit Thomas. Sequens *τότε* recte omisit idem *ex anterioribus apparentibus* vertens. Galenus libro 8. Administrationum Ana-

tomicarum de musculorum intercostalium fibris, *Maxime vero*, inquit, *euidens in hisce musculis fibrarum inspectio est animali iam vetulo simul et extenuato macie.*

3. *Συέννεσις*] R. A. *Συένισις*, V. *Συέννησις*. Voluerunt dare cum Rhen. *Συένεσις*. Versio Thomae *Sbennesis enim quidem:* legit igitur scriptum *Σβέννεσις γὰρ μέν*. Nomen Syennesis Ciliciae regulorum proprium habet Xenophontis Anabasis 1, 2, 12. Cf. Wesseling ad Diodori 14, 20.

τρόπον λέγει] Verbum *λέγει* ex Rhen. et versione Thomae adieci. Deinceps vulgatum *ὀφθαλμοῦ παρὰ τὴν ὀφρῦν* ex Med. Rhen. correxi. Sed ex M. *ὀσφῦν* non apposuit Camus. In Veneto est a prima manu *ὀμφαλοῦ περὶ τὴν ὀφρῦν*, manus secunda suprascripsit *ὀσφὺν*, manus tertia infra in margine vtramque lectionem *ὀφθαλμοῦ — ὀφρῦν*, et *ὀμφαλοῦ — ὀσφὺν* adscripsit. *ab vmbilico iuxta supercilium* versio Thomae. Postea vulgatum *περὶ τὸν πνεύμονα* ex V. R. A. versione Thomae correxit Camus. Denique vulgatum *εἰς τὰ ἀριστερὰ* plane omissum in Rhen. ex versione Thomae correxi, vbi est *in sinistrum:* et statim *οὖν* post *Ἡ μὲν* ex Med. inseruit Camus.

4. *Διογένης*] Huius opus *περὶ φύσεως* legerat Simplicius, cuius in Commentariis ad Aristotelis Physica locus insignis affertur inde, vbi in extremo est: *καὶ νοήσεις γίνονται τοῦ ἀέρος σὺν τῷ αἵματι τὸ ὅλον σῶμα καταλαμβάνοντος διὰ τῶν φλεβῶν· ἐν οἷς καὶ ἀνατομὴν ἀκριβῆ τῶν φλεβῶν παραδίδωσι.* In Diogenis enarratione primum Rhen. *εἰς δύο μέγισται* habet. *sunt duae quae maximae* versio Thomae, qui *εἰσὶ δύο αἱ μέγισται* scriptum legit. Deinceps *παρὰ τὴν νωτιαίαν* pro *ἐπὶ* ex V. R. Rhen. versione Thomae et Gazae dedit Camus. *περὶ* Medic. Postea *παρὰ τὰς κλεῖδας* pro *περὶ* ex V. R. A. dedit Camus.

σῶμα φλέβες] Articulum *αἱ* vulgo intersertum cum Rhen. omisi. Deinceps *διατείνουσαι — εἰς τὰ δεξιὰ — εἰς τὰ ἀριστερὰ* ex Codd. suis et versione Thomae dedit Camus. Postea *ὀλίγαι ἄνωθεν* Rhen. Denique *τὴν χεῖρα* ex Camot. in-

seruit Sylburg, habet etiam ista verba Med. Rhen. sed sequens τὴν omittit Rhén.

5. ἄκρα ἑκατέρα] Versio Thomae ἑκατέρας reddidit. Sequens τὴν ἄλλην vulgato τὴν ὅλην ex Med. versione Thomae et Alberti substitui. Postea φλεβῶν τείνουσαι ex V. R. dedit Camus.

κατὰ τὴν πρόσφυσιν] Rhen. πρόσφασιν. *a radicibus coxae siue a iuncturis coxarum* vertit Albertus. Non male. *qua femur iungitur* Gaza. Deinceps τείνει διὰ τοῦ ὄπισθεν τοῦ μηροῦ scriptum Thomas vertit *tendit per posterius cruris*. Sequens ἐμφαίνεται dedit Rhen. pro ἐκφαίνεται. Denique vulgatum μικρὸν ἥττων ex V. R. versione Thomae et Gazae correxit Camus. *quae est minor quam praedicta* Albertus.

καθάπερ αἱ εἰς τὰς χεῖρας] Ita pro καθάπερ καὶ εἰς ex Med. et versione Alberti edidit Camus. Contra καὶ omittit Rhen. Statim versio Thomae scriptum καὶ ἐπὶ τοὺς πόδας reddidit. Sequens καθήκουσι vulgato καθήκουσαι ex V. R. A. substituit Camus.

6. Σχίζεται δὲ καὶ] Ex versione Thomae καὶ inserui. Deinceps, vbi est ᾗ τελευτᾷ, Rhen. ἡ τελευτὴ habet. Verba de vena collari παρὰ τὴν μεγάλην ita reddidit Albertus: *Adhuc autem in collo est vena vna, quae diuiditur in duos ramos, et procedit eius vtraque pars tantum ad propinquum venae magnae: hac tamen est minor.*

συνέχουσιν αὐτῆς] Vulgabatur συντείνουσιν, quod est etiam in V. R. συντείνουσιν αὐτοῦ Ambr. συνέχουσιν αὐταῖς Camot. Med. *ad quam plurimae ex capite continuae ipsi* versio Thomae, qui συνεχεῖς αὐτῇ vel συνέχουσαι. Alberti: *et ad hanc plurimae perueniunt, quae a capite descendunt.* Equidem Rhen. scripturam sequor. *ad quas plurima illarum capitis pars contendit* Gazae versio. συντείνουσι, καὶ αὗται dedit Camus.

ὑπὸ τὴν ὠμοπλάτην] Ita ex Med. Camus scripsit pro

vulgato ἐπὶ τὴν. Ante Sylburgianam erat ἐπὶ τὸν. Rhen. ὑπὸ τῷ ὠμοπλάτῃ. *sub spatula* versio Thomae.

ἃς ἀποσχῶσιν, ὅταν τι] Variant libri. Leon. Isingr. V. R. A. ἀποσπῶσι, quod recepit Camus, vertens: *on ouvre ces veines*: qui praeterea ὅταν τὸ ὑπὸ τ. δ. dedit: ἃς ὑποσχίζουσιν ὑπεράχουσαι ὅταν ὑποδράμῃ λύπη. αἱ δ' ἔτι περὶ. Med. ἃς ἀποσχίζουσιν αἱ καὶ παρέχουσιν. ὅταν ὑποδράμῃ λύπη. αἱ δ' ἔτι καὶ περὶ τ. κ. vel ἃς ἀποσχίζουσι καὶ αἱ ὑπερέχουσι. Rhen. et Venetus habet ἃς ὑποσχίζουσιν αἱ ὑπερέχουσαι ὅταν ὑποδράμῃ λύπη. Deinceps Venetus cum Med. habet αἱ δ' ἔτι καὶ περὶ τὴν κοιλίαν τὴν σπλ. κ. τ. ἧπ. Gaza vertit: *quibus adigere cultellum solemus, quoties aliquid sub cute affligit.* Thomas: *quas ramificant et extollunt, quando incidit tristitia: eae adhuc et circa ventrem.* Scoti: *cum contingit homini dolor, eleuabuntur et apostemabuntur.* Alberti ita: *sed in quantitate vena haec est minor duabus dictis. Signum huius dicit esse, quod cum contingit homini dolor in parte illa, intumescunt ibi venae et eleuatae ad superficiem aliquam ibi apostemantur. Venae autem quae sunt in circuitu stomachi siue ventris prope venam hepatis et splenis extenduntur sursum et procedunt per ascellas et brachia ad partes manus. Quaedam etiam earum non tantum ascendunt, sed extensae* etc. Ego cum Sylburgio censeo ἀποσχῶσι dictum pro ἀποσχάζουσι. Alterum ἀποσπῶσι sensum non habet. Post ἂν δέ τι ex Rhen. καὶ addidi.

7. ὑπὸ τοὺς μαστοὺς] Ita pro εἰς τ. μ. Med. versio Thomae. Deinceps statim ἀπὸ τούτων ἑκάτεραι Rhen. sed versio Thomae prius ἕτεραι omisit. Postea ἀπὸ ἑκατέρου τείνουσι Rhen. τείνουσι etiam versio Thomae reddidit. Denique Med. ἑκάτεραι δ' ὑπὸ τὸ δέρμα.

ἔπειτα λεπτότεραι] Intersertum vulgo ἔτι cum V. R. A. omisit Camus. Deinceps vulgatum ὑπὸ τῶν σαρκωδῶν ἐκπίνεται ex Canis. Med. Rhen. versione Thomae correxi. Vulgatum Gaza reddit *a carne ebibitur*, Scotus et Albertus

sanguis spissus grassus imbibitur et sugitur a carne. Sequens ὑπερβάλλον Gaza reddit: *sed cum ad loca deuenerit.* Camus: *ce qui en reste et qui va se rendre aux differents endroits.* Neuter sensus Graecis inest. Potius vertendum erat: postquam loca ista vel partes carnosas superauit, emersit e carnibus. Sed obstat sequens praepositio εἰς, quae suadet, vt ὑπερβάλλον interpretemur *ascendens.* τοὺς τόπους τούτους Albertus interpretatur *in locis vasorum seminis.* Recte, puto. Difficile omnino est in enarratione tam erronea, ipso iam Aristotele confitente, veram auctoris scripturam coniectura assequi: id quod praecipue de ordine et numero vasorum sanguiferorum, et de ortu et qualitate sanguinis valet. Quanquam in membro postremo vulgatum ἐκπίνεται mihi magis placet, alterum propter optimorum librorum auctoritatem tantam recepi. Denique in fine Leon. et Camotiana Συένεσις scriptum habent, quam scripturam in Herodoti et Ctesiae libris etiam reperiri monet Sylburg. Συέννεσις Reg. In verbis καὶ θερμὸν desinit subito liber Rhenani, qui paulo ante ipsum Aristoteleae vasorum enarrationis initium pergit, omissa tamen nuspiam repetens. Polybus autem haec praefatur, quorum lectorem meminisse velim: αἱ παχύταται τῶν φλεβῶν ὧδε πεφύκασι. Totus locus de venis repetitus legitur in libro Hippocratico de natura ossium, ad quem vtrumque magnam lectionis varietatem e libris enotauit Foesius, quam huc apponere operae pretium non erat.

8. Πόλυβος] Vulgatum Πολύβιος correxit cum H. Mercuriali in Censura librorum Hippocraticorum Sylburgius. Legitur scilicet hodieque inter libros Hippocraticos p. 229. ed. Foesianae hoc anatomicae scientiae antiquae specimen, de quo vide Reinesii Var. Lect. p. 75.

ζεύγη] Ita pro γένη ex Camot. scripsit Sylburg, cum qua faciunt Med. Canis. Vat. et tres versiones. γένη est in R. A. Deinceps παρὰ vulgato περὶ ex Canis. et versionibus substituit Camus.

εἰς τῶν σφυρῶν] Vulgatum *ἐκ τῶν σφυρῶν εἰς τὸ ἔξω* ex V. R. A. correxit Camus. *ad malleolos exteriores* versio Gazae. *ad calcanei partem domesticam* Alberti, qui pergit ita: *Deinde reflectitur ad siluestre calcanei, et intrat plantam pedum et ibi ramificatur, et de pari isto vna quidem vena descendit in vna parte, dextra videlicet, et altera in sinistra. Huius autem signum* etc.

καὶ ἰσχίον] Edd. et Codices omnes *ἰσχίων*. Sylburgii emendationem receperunt recentiores, consentiente versione Gazae. Longe aliter h. l. scriptum legit et vertit Thomas: *et vertebrarum inter ignyas et cauillas deforis.* Ergo fuit in eius Codice *μεταξὺ τῶν ἰγνυῶν καὶ τῶν σφυρῶν ἔξωθεν.*

αἳ καλοῦνται σφαγίτιδες] Versio Thomae *καὶ* pro *αἳ* habet et deinceps *fagitides.* Statim *παρὰ* pro vulgato *περὶ* ex V. R. A. versione Thomae dedit Camus, qui *φέρουσι* ex V. R. A. adsciuit. *feruntur secus nates* versio Thomae. Pro *ψοιὰς* ex Med. recepi *ψυάς.* In libris Hippocr. est *ψόας.*

διὰ τῶν ἰγνυῶν] Aliter collocata verba vertit Thomas: *et per interiorem partem inguium et per tibias.* Statim iterum *ψυὰς* ex Med. scripsi pro *ψοιάς.* Deinceps *μεταξὺ τῶν ἰγνυῶν inter* vertit Thomas.

9. *Τὸ δὲ τρίτον*] Gaza vertit: *Tertium par venarum a temporibus—porrigitur ad pulmones.* Albertus: *par tertium procedit a nucha, quae est in spondilibus colli.* Thomas: *Tertium vero genus* (suprascriptum *iugum*) *ex temporibus per collum sub ascellis.* Igitur *ὑπὸ τὰς μασχάλας* scriptum legit. *ὠμοπλατίας* V. R. Denique pro *ὑπὸ τὸν μαστὸν* V. R. A. *εἰς τὸν μαστόν.*

εἰς τὸν ὄρχιν] Med. Canis. Veneti *ἀρχὸν* recepit Camus, quod in Hippocraticis habent libri. *anum* etiam nominat versio Scoti et Alberti. Vulgatum tenet Gazae et Thomae versio. Paulo antea Medic. verba *καὶ εἰς τὸν νεφρὸν* omisit.

καὶ τῶν ὀφθαλμῶν] Singularem *oculo* habet versio

Thomae. Deinceps V. R. A. *καὶ τὰς κλεῖς. ἐντεῦθεν δὲ διὰ τῶν — εἶτα διὰ τῶν παχέων.* Gazae versio *καρποὺς καὶ τὰς συγκαμπὰς volam et digitos* reddit, Camus *aux poignets et aux doigts.*

ὑπὸ τὰς μασχάλας] Ex Codd. suis *εἰς τ. μ.* dedit Camus. *ad malas* etiam Gazae versio. Deinceps *αἱ δὲ ὑπὲρ τῆς γαστρὸς ἄμφω εἰς τὸ αἰδοῖον τελευτῶσι* scriptum vertit Thomas: *hae autem super ventrem ambo in pudendum terminantur.*

CAPVT III.

τῶν περὶ τὴν φύσιν] Rhen. *περὶ φύσεως. nec desunt naturae interpretes* versio Gazae. Physicos intelligi manifestum est, qui num rectè *οἱ περὶ τὴν φύσιν* dicantur, quaeri potest. Mihi scriptura Rhen. praebere videtur indicium, olim h. l. scriptum fuisse: *τῶν περὶ φύσεως γεγραφότων*, vt antecedens enarratio e libris Syenneseos et Diogenis *περὶ φύσεως* petita est. Etiam Polybi locus e libro *περὶ φύσεως ἀνθρώπου* est, hodie inter Hippocraticos superstes. Ceterum Platonem saltem et eos, quos Plato secutus est, excipere debebat Philosophus. Is enim in Timaeo p. 387. *τὴν καρδίαν ἅμμα τῶν φλεβῶν καὶ πηγὴν τοῦ περιφερομένου κατὰ πάντα τὰ μέλη σφοδρῶς αἵματος* dixit.

πάντες δ' ὁμοίως] Ita pro *ὅμως*, quod Gaza reddidit, ex Aldina, Med. Vat. versione Thomae Camus. Deinceps *αὐτὴν* pro *αὐτῶν* Rhen. Sequens *πρότερον* post *εἴρηται* ex Rhen. versione Thomae accessit. Postea vulgatum *ἀπεπνιγμένοις* ex Med. V. R. Rhen. correxit Camus. Ante Sylburgium erat *ἀποπνιγμένοις*.

κατὰ τὴν ῥάχιν, ἐντός· ἔστι δὲ κειμένη αὐτῶν ἡ μὲν] Ita Med. Rhen. *iuxta spinam quidem intus ipsam ante* (autem?) *positae* versio Thomae. Reddidit igitur vulgatum *ῥάχιν μὲν, ἐντὸς δὲ κείμεναι αὐτῆς*.

2. *διὰ μὲν γὰρ*] Rhen. *γὰρ* omittit. Post *ὅλαι* comma sublatum retraxi et post *τείνουσαι* reposui, vti Gaza ver-

tit: *transigunt enim totae caetera viscera, per quae tendunt, suam seruantes naturam, vt nihil contrahant detrimenti, quo minus et sint venae et appellentur.* Sequens διὰ τὸ pro ὥστε ex Med. et Rhen. reposui. Sententia eadem est de Partibus anim. 3, 4. διὰ μὲν τῶν ἄλλων σπλάγχνων διέχουσιν αἱ φλέβες, διὰ δὲ τῆς καρδίας οὐ διατείνει φλέψ· ὅθεν καὶ δῆλον, ὅτι ἀρχὴ τῶν φλεβῶν ἐστι καὶ μόριον ἡ καρδία. Vides haud paulo accuratius nostro in loco additum esse ὅλαι. Vide etiam dicenda ad sect. 3. verba εἶτα διὰ τοῦ κοίλου.

Ἔχουσι δὲ αἱ καρδίαι πᾶσαι μὲν κοιλίας ἐν ἑαυταῖς] Ita Med. et Rhen. nisi quod Rhen. ἔχουσαι, Med. ἐν αὐταῖς habet. Ante Camum erat αἱ πᾶσαι μὲν καρδίαι κοιλίαν. Scaliger malebat κοιλίας, quod omnino recipiendum censui. Versio Thomae: *habent autem et corda omnia.* Legit igitur scriptum ἔχουσι δὲ καὶ καρδίαι. De tribus cordis ventriculis quae dici poterant defendendi Philosophi caussa, occupauit omnia diligentia Halleri Element. Physiolog. Tom. II. p. 340. Sequens πάσας ante τὰς τρεῖς cum Med. et Rhen. omisit Camus.

Ἔστι δὲ τῆς] Ex V. R. A. vulgatum ἔτι δὲ τῆς Camus correxit. Deinceps ἐν τῷ ἀνωτάτω αὐτῆς scriptum vertit *et in supremo ipsius* Thomas, et αὐτῆς est in Rhen. Postea ἀμφότερα δὲ πολλῷ ἐλάττους εἰσί, omissis verbis αἱ δύο, quae tanquam superflua seclusi; quanquam fortasse aliquis ea ex loco gemello I, 14. (vulgo 17.) sect. 2. defendere posse videatur. Sed vide ibi dicta. Denique ἄδηλοι vulgatum ex R. A. correxit Camus. Sequens πλὴν μιᾶς Albertus reddidit *praeterquam in viro.* Sed *in vno* scripserat Albertus sine dubio, vti Gaza, vnde patet, vtrumque ἐπὶ μιᾶς scriptum legisse, quod sententia flagitat; igitur inserui. Supra I, 14. 2. de eadem re est: κατάδηλον δὲ κατὰ μίαν τῶν κοιλιῶν. vbi vide adscripta.

3. μεγίστης] Rhen. μεγάλης. Sequenti γίγνεται πάλιν Camus τείνεται πάλιν ex Med. Canis. Rhen. substituit.

protenditur iterum vena versio Thomae. *per medium sinum formam recipit* Gazae, qui πάλιν omisit. *et transit per medium per fundum colli* Scoti et Alberti, qui tamen habet *per medium fundum colli, et ille ventriculus est concauus quasi vena: eo quod idem ventriculus per modum quem diximus est pars partium radicalium eiusdem venae maioris et in ipso spiritus est sanguis.* Quod si comparo verba sect. 2. διὰ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων σπλάγχνων ἢ τυγχάνουσι τείνουσαι, ὅλαι δι' αὐτῶν διέρχονται σωζόμεναι καὶ οὖσαι φλέβες, ἡ δὲ καρδία ὥσπερ μόριον αὐτῶν ἐστιν, καὶ μᾶλλον τῆς ἐμπροσθίας καὶ μείζονος, et locum ex libro de Partibus ibi adscriptum, dubitatio mihi incidit, an verior sit lectio Gazae, qui τοῦ μέσου γίγνεται φλέψ reddidit, omissa particula πάλιν.

πολλῷ κοινωνεῖ] Med. et versio Thomae πολλῶν. *per fistulam multo arctiorem init societatem et tendit a latere cordis, cum vena maior sua radice cor transigat, cum se promit. Vena item ipsa maior membrana et cute constat:* Gaza vertit: legit igitur scriptum καὶ ἡ μεγάλη φλὲψ διὰ τῆς καρδίας, ἡ δὲ ἀορτή. Sed praeterea alia variauit, quorum vestigium in Codd. nullum exstat. Vulgatam ex Basil. assumserat Sylburg, cum qua sentit Reg. Codex, sed correctoris manus ibi lacunam suppleuit ita. Ceterae Edd. cum Codd. Med. V. A. Rhen. εἰς δὲ τὴν ἀορτὴν, consentiente versione Thomae. Albertus hunc locum praeteriit. Emendationem tentauit C. Hoffmann de thorace p. 67.

4. πρῶτον μὲν ἄνω — μόρια δύο] In hoc loco vertendo Gaza longe abit a nostris libris: habet enim versio eius ita: *Pars prima venae maioris sursum a corde proueniens scinditur bipartito. Adit alterum membrum pulmones, alterum spinam et vertebram colli nouissimam.* In Reg. Ambr. τείνει δὲ πρῶτον ἀπὸ τῆς καρδίας (corrigitur κοιλίας in R.) τῆς μεγάλης οὖσα (ἄσχιστος οὖσα corrigitur in R.) φλέψ. Verba ἄσχιστος καὶ μεγάλη οὖσα φλὲψ omisit etiam versio Alberti, qui verba σύναψιν τῆς ἀορτῆς reddit: *versus pul-*

monem et ibidem ramificata coniungitur cum quibusdam partibus minoris quam orthyn vocant, quae reflexae ad pulmonem veniunt. Pro ἀπ' αὐτῆς μόρια Camotiana ἀντ' αὐτῆς habet.

παρ' ἑκάστην σύριγγα — τείνει] *deinde singulas fistulas singulaque foramina subit* versio Gazae. Pro τείνει Thomas *pertendit* habet, videtur igitur διατείνει scriptum legisse hic et saepius deinceps. Rhen. deinceps μείζω μὲν περὶ τὰ μείζω — περὶ τὰ ἐλάττω habet.

τρῆμά τ' ἔνεστι καὶ φλεβίον] Ita Med. pro τρήματα ἔνεστι. *venulae* versio Thomae: reddit scriptum φλεβία. Deinceps οἱ ἐπὶ τῆς φλεβὸς Med. *meatus autem qui a vena sunt super syringas ab arteria tensas. Vena autem* etc. versio Thomae. *via autem venae maioris est supra viam minoris quae orthy vocatur in viis, quae procedunt ex ambabus ad cannam vocalem pulmonis* Alberti. Sunt σύριγγες hae, quae hodie dicuntur βρόγχια. Plato in Timaeo p. 388. τὴν τοῦ πνεύμονος φύσιν μαλακὴν καὶ ἄναιμον, εἶτα σήραγγας ἐντὸς ἔχουσαν οἷον σπόγγου κατατετρημένας dixit.

ῥάχιν τείνει] *pertendit* versio Thomae. In loco Homerico Iliadis 13, 546. ἥ τ' ἀνὰ νῶτα — ἱκάνει dedi ex Med. et Rhen. pro ἣ διὰ νῶτα — ἵκανεν. Posterius recepit etiam Camus ex Med. *per girum colli procedit* versio Thomae. Ad locum Homericum vide Annotationes Heynii p. 468.

φλεβία καὶ πρὸς ἕκαστον] Versio Thomae καὶ omisit. Post ἕκαστον σφόνδυλον in Rhen. margo adscripta habet verba in textu omissa κατὰ δὲ τὸν ὑπὲρ τῶν νεφρῶν σφόνδυλον, quae exciderunt etiam in Editione Laemariana anni 1597. Deinceps μόρια τῆς μεγάλης φλεβὸς vertit Thomas, et ἀπὸ cum V. R. A. omisit Camus.

6. ὑπεράνω] Gazae versio: *sed rursus parte superiore, quae ex corde tendit scissa numerosiore venarum propagine duo petit loca.* Deinceps σκέλη τείνουσι Thomas vertit

pertendunt, πρανῆ vero *dorsales;* hoc quidem male. Gaza: *pinnas quae parte prona continentur.* Pectorales intelligit, quas proprie πτερύγια vocare solet.

ἡ δὲ σχίζονται εἰς τὸν αὐχένα] Gaza vertit: *sed qua scissae ceruicem subeunt, iuxta pulmonum arteriam tendunt.* Omisit igitur verba ἀπὸ τῆς μεγάλης φλεβός. Deinceps Rhen. περὶ — τὰ τοῦ πνεύματος. Med. τὴν τοῦ πνεύματος. *arteriam pulmonis pertendunt, quibus interceptis* versio Thomae. Verba ἄνευ πνιγμοῦ omisit Gaza. Sed Albertus ita reddidit: *manibus constrinxerit, accidit strangulatio,* vt aliam scripturam secutus esse videatur, velut οὐκ ἄνευ πνιγμοῦ vel ὥσπερ ἀπὸ πνιγμοῦ. Denique συμβεβηκότες Camotiana habet, versio Thomae *ooniacientes.* Ceterum Rufus Ephesius p. 42. monet, carotides compressas vocem adimere et soporem inferre, sed non vt venas, sed quoniam nerui iuxta siti laedantur, addens ὤφθη νῦν, recens inuentum de neruis significans. Alia ratione Aristotelem excusare conatus est C. Hoffmann ad Galenum de Vsu Partium p. 197. a.

7. μέχρι τῶν ὤτων] Vulgatum μεταξὺ ex Med. correxit Camus, consentiente versione Thomae et Alberti; Gaza vulgatum reddidit. Deinceps vulgabatur τῆς κεφαλῆς, quod ex Med. Canis. consentiente iterum versione Thomae et Alberti correxit Camus. *qua maxillae faucibus coeunt* inepte vertit Gaza, ita tamen vt confirmet datiuum κεφαλῇ. Recte Camus: *où la machoire s' articule avec la tête.*

συμβάλλει τῇ προτέρᾳ] *adiungitur* versio Thomae. Vulgatum πρότερον ex Rhen. correxi. Idem Rhen. pro μόριον in margine μόνον tanquam vulgatum habet appositum. Ex eodem deinceps vulgatum τὴν χεῖρα correxi. Pro verbis μία δὲ ἑτέρα versio Thomae habet: *vena autem altera:* τῶν περὶ τὰ ὦτα Camotiana. Pro μήνιγγα versio Thomae *myringam* habet.

8. τελευτᾷ εἰς αὐτὸν] Ita cum Med. Rhen. ἀποτελευτᾷ cum Camotiana scripsit Sylburg, eumque secutae Edd. re-

centiores. Cum Leon. et Juntina ἐντελευτᾷ dedit Camus, qui postea λοιπῶν τῶν ἀπὸ τῆς inserto articulo τῶν ex Med. recte scripsit.

Τὸν αὐτὸν δὲ] Leon. Camot. τὸν δὲ αὐτόν. Sequens τὰ omittit Rhen. Postea vulgatum ταῦτ' ἔστι τῶν τῆς μεγάλης ex Med. correxi.

CAPVT IV.

τὸ δὲ ὑποκάτω τῆς καρδίας] Ex Med. et Rhen. recepi in locum vulgati τὸ δὲ εἰς τὸ κάτω τ. κ. Postea τείνει Thomas vertit *pertendit*.

συνέχεται] *ad aortam — continetur* Gazae versio. χαλαροῖς Gaza *flaccidis*, Thomas *congruis* male vertit, sequens vero τείνει iterum *pertendit*. Deinceps μία μὲν διὰ dedi ex versione Thomae pro μὲν μία διά. Eadem postea πολλαὶ μὲν καὶ λεπταὶ — δύο δὲ ἀπὸ τῆς διὰ τοῦ ἥπατος φλεβὸς ἀποσχίσεις· ὧν ἡ μὲν habet; et Camus διὰ ante τοῦ ἥπατος ex Codd. suis et versione Gazae restituit.

ἀποσχαζόντων] Med. Rhen. ἀποσχιζόντων. *abscindentibus* versio Thomae. Deinceps τὸ ἀπ' αὐτῆς φλεβίον versio Thomae reddidit. Postea ἐπὶ τὸν ἀριστερὸν βραχίονα Rhen. Verba πλὴν ἐκείνη — σπλῆνα τεινούσης omisit Albertus, qui πάγκρεας *ventrem* vertit.

3. *πρός τε τὴν ῥάχιν*] Ita pro ἀρχὴν ex Med. Rhen. versione Thomae et Alberti scripsi cum Camo. *Hic capitibus renum potius adhaerescunt — velut in litteram lambda* versio Gazae, quasi τὰς ἀρχὰς τῶν νεφρῶν scriptum legisset. Deinceps vulgatum ὥσπερ εἰς λάμβδα ex Rhen. correxi, qui praeterea ἑκατέρα habet. *in litteram a vtraque* versio Thomae.

4. *εὖ μάλα κοίλη*] Versio Thomae: *a corde quidem ducta bene concaua.* Gazae: *ducitur eodem de corde nimirum amplitudine insigni.* Deinceps ἐπιστενωτέρα Vatic. Pro sequenti καὶ R. A. δὲ habent. Postea τείνουσι δὲ καὶ ἀπὸ τῆς inserto καὶ ex versione Thomae dedi, qui *pertenduntur* habet pro τείνουσι.

λεπτοῖς γὰρ καὶ κοίλοις] Rhen. *γὰρ* omittit, et cum Med. Canis. *ποικίλοις* habet, *variis* versio Thomae. Gaza: *quippe quos extenuatos in fibras cauas tamen cessare aduerterimus.* Sequens *τείνει pertenditur* vertit Thomas, vt postea *τείνουσιν*.

καθάπτουσιν εἰς] Albertus vertit *et tangunt ossa.* Deinceps *φέρουσαι* Rhen. Sequens *εἰς* omisit versio Thomae, vt postea nomen *φλέβες*.

διατεταμέναι] Versio Thomae *intentae.* Sequens *καθάπτουσι* Thomas vertit *descendunt*, et sequens vulgo *πάλιν* ante *πρὸς τὴν κύστιν* omittit cum Med. Rhen. Praepositionem *ἐν* ante *τοῖς ἄῤῥεσιν* omittunt Leon. Camotiana. Postea *ταῖς θηλείαις* vulgato *τοῖς θήλεσι* substitui ex Rhen.

6. *Τείνουσι δὲ ἀπὸ*] Reg. *τείνουσαι*. Deinceps pro *ἀπὸ τῶν σχιζομένων* versio Thomae *ἀποσχιζομένων* reddidit *abscissis*, quod recepi. Postea *καὶ ἄλλαι μὲν ἐπὶ τοὺς βουβῶνας* V. Reg.

περὶ τὰς ἰγνύας] Rhen. *συνάπτουσι τὰς ἰγνύας περὶ ταῖς ἑτέραις*. Versio Thomae: *copulantur circa ventres tibiae aliis venis*. Legitne *κοιλίας* scriptum? *ante genua* Albertus vertit.

7. *ἤρτηνται τὰς ἀρχὰς*] Versio Thomae *κατὰ τὰς ἀρχὰς* scriptum reddidit. Deinceps *ἅπασι μὲν τοῖς ἐναίμοις ζώοις οὕτω* ex Rhen. dedi pro *ἅπασι μὲν οὕτω τ. ἐν. ζ.* Postea vulgatum *τὸ μὲν γὰρ ἄλλο* ex Rhen. et versione Thomae correxi.

οὐδὲ ταῦτα πάντα] Ita cum Sylburgio vulgatum *ταῦτα* ex Med. Reg. et versione Thomae Gazaeque correxit Camus. Idem deinceps vulgatum *οὐδὲ ταῦτα μὴν οὐδ' ὁμοίως* ex Med. R. A. correxit. *neque et similiter in omnibus est manifestum* vertit Thomas.

ἐν τοῖς μάλιστα] Ex Rhen. *μάλιστα* inserui, consentientibus Med. Canis. R. A. Post sequens *ἐν* versio Thomae *μὲν* interserit. Postea *ὀχετοῦ τινος* Reg. Deinceps Aldina, Basil. *ἰλύος· εἰσὶ δὲ οἱ ὀλίγας*. Locum Albertus ita vertit:

quod canales sunt similes quasi lineis indiuisibilibus. Rhen. verba ὀλίγας — φλεβῶν ἔχουσιν omisit. Noster de Partibus 3, 5. *καθάπερ οὖν ἐν ταῖς ὀχετείαις αἱ μέγισται τῶν τάφρων διαμένουσιν, αἱ δ' ἐλάχισται πρῶται καὶ ταχέως ὑπὸ τῆς ἰλύος ἀφανίζονται, πάλιν δ' ἐκλιπούσης, φανεραὶ γίγνονται· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τῶν φλεβῶν αἱ μὲν μέγισται διαμένουσιν, αἱ δ' ἐλάχισται γίγνονται σάρκες ἐνεργείᾳ, δυνάμει δ' εἰσὶν οὐδὲν ἧττον φλέβες· διὸ καὶ σωζομένων τῶν σαρκῶν καθ' ὁτιοῦν αἷμα ῥεῖ διαιρουμένων· καίτοι ἄνευ μὲν φλεβὸς οὐκ ἔστιν αἷμα· φλεβίον δ' οὐδὲν δῆλον, ὥσπερ ἐν τοῖς ὀχετοῖς αἱ τάφροι, πρὶν ἢ τὴν ἰλὺν ἐξαιρεθῆναι.* Praeterea ex fine capitis eius huc pertinent sequentia de diuisione duarum venarum magnarum; plura enim ibi non habet Philosophus: *διεστῶσαι δ' ἄνωθεν ἥ τε μεγάλη φλὲψ καὶ ἡ ἀορτὴ, κάτω δ' ἐναλλάσσουσαι συνέχουσι τὸ σῶμα· προϊοῦσαι γὰρ σχίζονται κατὰ τὴν διφυΐαν τῶν κώλων· καὶ ἡ μὲν ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν εἰς τὸ ὄπισθεν προέρχεται, ἡ δ' ἐκ τοῦ ὄπισθεν εἰς τὸ ἔμπροσθεν, καὶ συμβάλλουσιν εἰς ἕν. Ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς πλεκομένοις ἓν γίγνεται τὸ συνεχὲς μᾶλλον, οὕτω καὶ διὰ τῆς τῶν φλεβῶν ἐναλλάξεως συνδεῖται τῶν σωμάτων τὰ πρόσθια τοῖς ὄπισθεν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἀπὸ τῆς καρδίας ἐν τοῖς ἄνω τόποις συμβαίνει.* vbi vulgatum *πλεκομένοις ἐγγίνεται* ex versione Thomae correxi. Plato in Timaeo p. 403. Bipont. *τὸ σῶμα ἡμῶν διωχέτευσαν τέμνοντες οἷον ἐν κήποις ὀχετοὺς, ἵν' ὥσπερ ἐκ νάματος ἐπιόντος ἄρδοιτο· καὶ πρῶτον μὲν ὀχετοὺς κρυφαίους ὑπὸ τὴν ξύμφυσιν τοῦ δέρματος καὶ τῆς σαρκὸς δύο φλέβας ἔτεμον νωτιαίας, δίδυμον ὡς τὸ σῶμα ἐτύγχανεν δεξιοῖς τε καὶ ἀριστεροῖς ὄν. Ταύτας δὲ καθῆκαν παρὰ τὴν ῥάχιν, καὶ τὸν γόνιμον μεταξὺ λαβόντες μυελόν. — μετὰ δὲ ταῦτα σχίσαντες περὶ τὴν κεφαλὴν τὰς φλέβας καὶ δι' ἀλλήλων ἐναντίας πλέξαντες διεῖσαν, τὰς μὲν ἐκ τῶν δεξιῶν ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ τοῦ σώματος, τὰς δ' ἐκ τῶν ἀριστερῶν ἐπὶ τὰ δεξιὰ κλίναντες, ὅπως δεσμὸς ἅμα τῇ κεφαλῇ πρὸς τὸ σῶμα εἴη μετὰ τοῦ δέρμα-*

τος, ἐπειδὴ νεύροις οὐκ ἦν κύκλῳ κατὰ κορυφὴν διειλημμένη· καὶ δὴ τὸ τῶν αἰσθήσεων πάθος ἵν' ἀφ' ἑκατέρων τῶν μερῶν εἰς ἅπαν τὸ σῶμα ᾖ διαδιδόμενον.

CAPVT V.

ἔχει τόνδε τρόπον] Ita Rhen. pro τοῦτον τὸν τρόπον. Camus τόνδε τὸν τρόπον ex Med. Reg. Ambr. dedit. Sequebatur vulgo: τὰ μὲν τελευταῖα καὶ παντελῶς αὐτῆς· ἄκοιλα γάρ ἐστι καὶ τάσιν ἔχει. Gaza vertit: *et quidem postrema eius neruo omnino constant: quippe quae nullo intus cauo distinguantur — applicata ad nodos ossium lubricos.* Thomas: *extrema ipsius et penitus sine profunditate est et tensionem habet.* Is igitur scriptum legit: τελευταῖα αὐτῆς καὶ παντελῶς ἄκοιλά ἐστι, καὶ τάσιν ἔχει. Albertus: *et in his quae extrema eius, in quibus filariter adhaerent cordi, non sunt vacua siue concaua, sed sunt fortia extensa in corde sicut venae quaedam filares: fortia etiam sunt in extremitatibus illis, in quibus elongata a corde tangunt ossa.* In quibus nihil auxilii est ad emendanda verba, quae, vt potui, constitui. Verba τῶν ὀστῶν omittit Rhen.

κανάβοις] Med. Canis. Venet. καράβοις. Versio Thomae *carrabis* vel *cartabis*. Sed in Lipsiensi est *in pictis cartabus*. De Generat. 2, 6. ἐκ δὲ τῆς καρδίας αἱ φλέβες διατεταμέναι, καθάπερ οἱ τοὺς κανάβους γράφοντες ἐν τοῖς τοίχοις· τὰ γὰρ μέρη περὶ ταύτας ἐστὶν, ἅτε γινόμενα ἐκ τούτων. vbi Thomae versio *canabos* habet. Gazae ibi habet: *diductae modo riuorum, qui in parietibus proficiscentes ab eodem fonte pinguntur.* hic vero: *vt in depictis canalibus hoc est fontibus riuo multiplici sparsis.* Ita etiam Scaliger; vterque falsus a Joanne Philopono, qui locum de Generatione interpretatus κιστέρναν posuit. Ineptissime. Contra recte Camus: *La disposition des veines ressemble à celle de ces lignes que les peintres tracent avant de former une figure: elles suivent tellement tout le contour*

du corps etc. Scilicet eum ad verum sensum direxit vsus vernaculi sermonis, qui *canneras* simili notione vsurpat. Hesychius habet *κανάβιον κηρὸν*, quem eum esse ait, quo vtantur statuarii *πρὸς πλάσιν*, ad fingendas formas. Sed statim subiicit: *Κάναβοι, τὰ ξύλα, περὶ ἃ τὸ πρῶτον οἱ πλάσται τὸν κηρὸν τιθέασιν. ὅθεν καὶ οἱ λεπτοὶ καὶ ἄσαρκοι κάναβοι λέγονται.* Canabum ait dici lignum, circa quod statuarii ceram ponentes fingunt formam. Sed Pollux 7, 164. et 10, 189. tradit *κάναβον* dictum lignum illud vel formam, circa quam fingebantur dolia vinaria maiora de luto, quae rotae figulorum imponi et fingi non poterant. Photius Grammaticus: *τὸ πρῶτον ξύλον ὑπὸ τῶν πλαστῶν, περὶ ὃ τὸν πηλὸν τιθέντες πλάσσουσιν.* Igitur a plastica statuariorum et vsu luti et cerae ad formas fingendas transiit vocabulum etiam ad officinas figulorum, denique ad picturas lineares, praecipue in parietibus frequentatas. Festus in *Stipatores — vnde et stipam, qua amphorae, cum extruuntur, firmari solent; etiam stipites, qui ob eandem causam destituantur.* ad quem locum posuit Scaliger locum Tertulliani: *quod simulacrum non prius argilla deformat cruci et stipiti superstructa:* et alibi: *diximus originem deorum vestrorum a plastis de cruce induci.* De ratione doliorum vinariorum extruendorum locus vnicus extat in Geoponicis 6, 3. De statuariorum vsu locus est Suidae a nemine hucusque annotatus, vbi verba *ἀπ' ἀκροφυσίων* Aristophanis interpretans *κιναβεύματα* nominat, addens: *κίνναβος τὸ εἴδωλον, πρὸς ὃ πλάσται καὶ οἱ ζωγράφοι βλέποντες διατίθενται πλάττοντες καὶ γράφοντες.* vbi corrigo *κάνναβος*, quod H. Stephanus non animaduertit, nec Kusterus, nec Brunckius in Fragmentis Aristophaneis. Denique ipse noster de Partibus 2, 9. *ὥσπερ γὰρ οἱ πλάττοντες ἐκ πηλοῦ ζῶον ἤ τινος ἄλλης ὑγρᾶς συστάσεως,* (igitur et ex cera) *ὑφιστᾶσι τῶν στερεῶν τι σωμάτων, εἶθ' οὕτως περιπλάττουσι· τὸν αὐτὸν τρόπον ἡ φύσις δεδημιούργηκεν ἐκ τῶν σαρκῶν τὸ ζῶον.*

οὕτως ὥστ' ἐν] Reg. Ambr. *οὕτως* omittunt. Compara de re ipsa dicta supra Capite 2. et 3. de venarum origine in macilentis corporibus conspicua. Pro *εἰ δ' ἦν* Aldina, Juntina et Camot. *ἵ δ' ἦν* habent.

2. *ἰγνύα*] Versio Thomae: *ignya oppositum genu.* Gazae: *poples dicta.* Alberti: *et maior pars quae conuenit in vnum est in interiori genuum.*

ὁ τένων] Omittit Reg. Ambr. Deinceps *ἐπίτομος* et *ὠμοιαία* Edd. ante Sylburgianam, quae ex Gazae versione, vbi est *attendo et humerarius,* correxit. Med. *ὠμιδία.* Vitiosam scripturam tamen reuocauit Camus. Albertus: *et magis illae quae ex partibus procedunt ad partes dorsi et girationes spatularum.* Thomae: *et alterum seu neruus duplicatus tīī. tringus, et in his quae ad robur auxiliantes, robustusque et humeralis.* Rufus Ephesius p. 43. *αἱ παχεῖαι ἐκ τοῦ ἰνίου ἐκφύσεις, καὶ τὰ εἰς τὴν πτέρναν ἐκ τοῦ μυὸς ἐκφυόμενα τένοντες.* Pertinet igitur nomen *τένων* ad vtrumque genus Rufo, nescio an Aristoteli quoque. Hesychius: *Τένων, τὸ ἐν τῷ τραχήλῳ νεῦρον.* Idem: *Τένοντες, τὰ διατεταμένα νεῦρα ἀπὸ κεφαλῆς ἕως τῶν ποδῶν. καὶ ἡ συνάφεια τῶν νεύρων.* Homerus flexores cubiti *τένοντας* vocat Il. 20, 478. femoris et pedum 4, 521. 5, 307. Sed pluribus in locis, veluti Il. 10, 456. 16, 587. 14, 466. Odyss. 3, 450. *τένοντε* colli vocat. Atque hic est neruus Philosophi *διπτυχής.*

ὅσα ἅπτονται, ἢ] Ex Med. Can. hoc vulgatum correxit Camus. *κάμπτονται* Ambr. Gaza vertit: *siue foris vicissim tanguntur.* Thomas: *se tangunt.* Albertus: *sic enim ossa, quae coniunguntur ad inuicem, sunt ligata cum neruo ligamentali, et in locis omnium ossium talis est multitudo neruorum talium.* Rufus p. 43. *νεῦρα μὲν τὰ μὲν ἀπ' ἐγκεφάλου καὶ νωτιαίου πρακτικὰ καὶ αἰσθητικὰ καὶ προαιρετικά. καὶ τόνοι. Τὰ δὲ περὶ τὰ ἄρθρα συνδετικά.* vbi corrige *τόνοι δὲ τὰ περί.* Sic enim idem p. 37. vbi de collo: *καὶ*

τὰ νεῦρα τὰ ἑκατέρωθεν αὐτοῦ τόνοι, καὶ τὰ ἄλλα αἰσθητικὰ καὶ ἰνώδη τόνοι ὡσαύτως.

3. νεύρων, πλὴν ἐν τῇ κεφαλῇ] Ita pro νεύρων· ἐν δὲ τῇ κεφ. scripsi ex Ambr. πλὴν ἐν δὲ τῇ κεφ. Reg. Deinceps vulgatum περὶ ταῦτα μυξώδης correxit Camus ex Med. αὐτὰ habet etiam versio Thomae, cum qua copulam καὶ ante λευκὴ omisi.

4. πυροῦσθαι] *Neruus ignem non patitur* vertit Gaza, *igniri* Thomas, et sequens διακοπῇ *detruncetur*. Verba καὶ πλευρὰς ex Med. Canis. versione Thomae, Scoti et Alberti adiunxit Camus. Plinius pauca ex hoc capite duxit 11. s. 88. *Nerui orsi a corde, bubuloque etiam circumuoluti, similem naturam et causam habent, in omnibus lubricis applicati ossibus, nodosque corporum qui vocantur articuli, aliubi interuentu, aliubi ambitu, aliubi transitu ligantes. — Neque ii solidantur incisi. — Sine neruis sunt quaedam animalia, vt pisces: arteriis enim constant.*

CAPVT VI.

καὶ διέχουσιν] Gaza: *tendunt a neruis.* Thomas vertit *pertinent.* Ἶνες Alberto sunt *nerui subtiles filo assimilati.* Primum hoc fibrarum genus est, de quo iam supra cap. 4. οἱ δὲ ὀλίγας καὶ ταύτας ἶνας ἀντὶ φλεβῶν ἔχουσιν. Plinius 11. s. 89. *Venae in praetenues postremo fibras subter totam cutem dispersae adeo in angustam subtilitatem tenuantur, vt penetrare sanguis non possit, aliudue quam exilis humor ab illo, qui cacuminibus innumeris sudor appellatur.* Sanguinis fibras nusquam Plinius nominauit. Contra Camus primum hoc genus in Commentario omisit.

βουβαλίδος — οὐκ ἔνεισιν] Ita pro εἰσὶν Rhen. et versio Thomae, qui *bubalae* habet. Plinii locum posui infra ad Cap. 19. De Partibus 3, 2. iunguntur ceruis et δορκάσι, ceu cornutae, sed ibi est βουβάλοις.

στιφρὰ] Camot. στρυφνὰ, Rhen. στρυφνή, Med. στρυφρά. *continua* versio Thomae. Articulum ἡ ante τῶν ἄλ-

λων omisit Rhen. *πλαδῶσα* Thomas vertit *errabunda*, Gaza *fluida*. Deinde negationem ante *ἐμβάλῃ* ex Med. et tribus versionibus addidit Camus. Eius loco est *αἷμα* in V. R. A. Denique Rhen. *τὸ τῶν προβάτων — νεύρων καὶ ἰνῶν* habet; etiam Med. *νεύρων*. Aristotelis obseruationem repetit Galenus de Vtilitate respirationis et Quod mores animi temperamento corporis respondent. Multi multa disputarunt contra Philosophum, qui tamen non plane negat ceruorum et similium sanguinem coagulari, sed multo tardius, quam reliquorum animalium. Nam coagulari contra Aristotelem obseruauit Redi in Experimentis naturalibus. Quaedam pro Aristotele posuit Italus *Rosa, Lettera Vta sopra alcune curiosità fisiologiche*. 1748. Sunt fere ruminantia omnia ista animalia, quorum sanguinem Philosophus difficulter coagulari ait. Horum succus gastricus propter victum vegetabilem acidus est, in carniuoris contra alcalinus. Hinc ruminantia omnia natura inducti salem amant, carniuori contra a sale morbosi fiunt, et falcones facile pereunt. In hac ratione ruminantium sanguinis facilior vel difficilior coagulatio praecipue verti mihi videtur. Habet huc pertinentia quaedam Pallas Spicil. Zool. XII. p. 24.

CAPVT VII.

συνηρτημένα ἐστὶ καὶ συνεχῆ ἀλλήλοις] Ita vulgatum *συνήρτηται καὶ συνεχῆ ἐστιν ἀλλ.* correxi ex versione Thomae et Rhen. Hinc ex Rhen. articulum *αἱ* ante *φλέβες* addidi. Deinceps *ἔχουσιν ὀστοῦν — σφονδύλου* Rhen. Noster de Partibus 2, 9. de ossibus et venis: *ἑκατέρα γὰρ αὐτῶν ἀφ' ἑνὸς ἠρτημένη συνεχής ἐστι· καὶ οὔτε ὀστοῦν ἐστιν αὐτὸ καθ' αὑτὸ οὐδὲν, ἀλλ' ἢ μόριον ὡς συνεχὲς, ἢ ἁπτόμενον καὶ προσδεδεμένον, ἵνα χρῆται ἡ φύσις καὶ ὡς ἑνὶ καὶ ὡς συνεχεῖ, καὶ ὡς δυσὶ καὶ διῃρημένοις πρὸς τὴν κάμψιν.* quem locum integriorem dedi ex versione Thomae et Gazae.

2. *κεφαλῆς ἐστιν ὀστοῦν*] Ita pro *κεφαλῆς ὀστοῦν συν-*

εχές ἐστι τοῖς Rhen. Deinceps πριονωτῶν Rhen. Vulgatum ῥαφὶς ex Med. Rhen. correxit Camus. Postea ὥσπερ κύων — συγκείμενα Rhen. De cane repetiit Aelianus 4, 40. κυνὸς κρανίον ῥαφὴν οὐκ ἔχει. quod in vetulis verum videri potest, quorum cranium durissimum suturarum vestigium non habet. De reliqua obseruatione, quam falsam hodie quiuis anatomiae non plane imperitus agnoscit, lubet apponere locum Rufi Ephesii p. 34. ὧν μία μὲν περιφερὴς ῥαφὴ τόδε βρέγμα περιτέμνεται, ἄλλη δὲ τὸ ἰνίον, ἄλλη δὲ μέσην τὴν κορυφήν· ἔστι δὲ οἷς αὕτη ὑπερβᾶσα τὴν διὰ τοῦ βρέγματος τελευτᾷ εἰς τὸ μεσόφρυον. Coronalem et lambdoideam suturam nuper demum ab Aegyptiis medicis nominatas, antiquis vero innominatas esse addit Rufus.

2. δὲ ἡ κεφαλή] Versio Thomae ἡ κεφαλὴ omittit. Post δύο omittit τούτων Rhen. vt deinceps verba πρὸς τὰ λοιπά. Med. μακρὰ ὡς τὰ λοιπὰ, sed correctum μικρά. Vnde effeci ὡς πρὸς τὰ λοιπά. *scilicet reliquorum comparatione* vertit Gaza. Thomas: *et longa vel parua ad reliqua.* Denique pro verbis κινεῖ τὴν σιαγόνα τὴν ἄνωθεν V. R. A. habent οὐ κινεῖ τ. σ. τὴν κάτωθεν.

3. ἔνεστι τὸ τῶν ὀδόντων] Vulgatum ἐστὶ τῶν ὀδόντων ex Vat. correxit Camus. Margo Rhen. ἔνεστι annotauit, tanquam vulgarem scripturam. Deinceps δυνατὸν reddidit Thomae versio: *et possibile sculpi.*

4. περόνης] Cum Med. Rhen. pro vulgato περόνη habet περωνίς. Aldina, Junt. περώνη. Vulgatum Gaza *fibula* vertit. Camus: *l'os qui supporte la tête vient de l'épine du dos, ainsi que les clavicules.* Quae cum Philosophum ineptiarum damnent, equidem vestigia lectionis Codicum secutus verum mihi indagasse videor comparato loco de Partibus 2, 6. vbi est de medulla spinali per dorsum et collum tendente et continua: διὰ τὸ ἀντὶ περόνης γὰρ γίγνεσθαι, γλίσχρος καὶ νευρώδης ἐστί. Ita columna verte-

bralis et spinalis vice fibulae coniungit et continet reliqua ossa. *κλεῖς* V. Ambr. habent.

ἐπὶ πλευραῖς] Thomas vertens *inter costas* scriptum *μεταξὺ πλευρῶν* legit. Deinceps vulgatum *αὗται μὲν* ex Codd. suis correxit Camus. Noster de Partibus 2, 9. *τὰ δὲ περὶ τὴν κοιλίαν ἀνόστεα πᾶσιν,* addita etiam causa. Crocodili sternum abdominale vnicum hucusque est in hoc genere, quod cognitum habemus. Postea *ἔστι δὲ ἐν τοῖς ὤμοις* scriptum vertit Thomas. Denique *ὅσα ἐν ταῖς χερσὶν* Rhen.

5. *μετὰ τὸ ἰσχίον*] Versio Thomae *apud ventrem*, suprascripto *prope vertebrum*. Deinceps *κατῆνες ὧν μέρος τὰ σφυρὰ* Vatic. *σφυρὰ* Thomae *cauillae*.

πλῆκτρα] Hesychius: *πλῆκτρον — καὶ τὸ μέρος, καθ' ὃ ἡ κεφαλὴ τοῦ μηροῦ τῇ κοτύλῃ προσπελάζει, καὶ διὰ τὸ πεπλῆχθαι τὸν μηρόν*. Quae sunt plane diuersa. Videtur intelligi hic *ὁ ἔξω κόνδυλος, ὃν ἔνιοί φασι τῶν ἰδιωτῶν ἀστράγαλον προσαγορεύεσθαι,* vt ait Rufus p. 70.

ἀναλογίαν μᾶλλον] Ita pro *μόνον* ex Med. Canis. Rhen. et versione Thomae Camus. Deinceps *μεγέθεσι* Rhen. et versio Thomae. Postea *οὐδ' ἂν ἔχει δόξειεν* Rhen. *videbuntur vtique habere* versio Thomae. Denique *ἔχει δὲ καὶ ἐν τοῖς μηροῖς* Rhen.

6. *πάντων μάλιστα*] Ita pro *μάλιστα ὁ λέων πάντων* Rhen. et versio Thomae. Sequens *μικρὸν παραλλάττει* *paulo inter se differunt* vertit Gaza. In superstitibus libris nusquam de hoc discrimine aliquid traditum legi, nisi quod de Partib. 2, 9. *ἔχει δὲ καὶ ὁ δελφὶς οὐκ ἀκάνθας, ἀλλ' ὀστᾶ· ζωοτόκος γάρ ἐστι· τοῖς δ' ἐναίμοις μὲν, μὴ ζωοτόκοις δὲ, παραλλάττει κατὰ μικρὸν ἡ φύσις, οἷον τοῖς ὄρνισιν ὀστᾶ μὲν, ἀσθενέστερα δέ. Τῶν δ' ἰχθύων τοῖς μὲν ᾠοτόκοις ἄκανθα καὶ τοῖς ὄφεσιν ἀκανθώδης ἐστὶν ἡ τῶν ὀστῶν φύσις, πλὴν τοῖς λίαν μεγάλοις· τούτοις δὲ δι' ἅπερ καὶ τοῖς ζωοτόκοις πρὸς τὴν ἰσχὺν ἰσχυροτέρων δεῖ τῶν στερεωμάτων· τὰ δὲ καλούμενα σελάχη χονδράκανθα τὴν*

φύσιν ἐστίν. Plinius 11. s. 86. *de medulla: leoni in feminum et brachiorum ossibus paucis exigua admodum, sed iis in tanta duritia, vt ignis elidatur, velut e silice,* quem locum infra corrigam. Idem s. 87. *Delphinis ossa, non spinae: animal enim pariunt; serpentibus spinae.*

7. ἴδιον δὲ τοῖς] Ita pro δ' ἐν τοῖς Rhen. et versio Thomae. ἀκανθία λεπτὰ sunt, quae Gallus *Gouan* ossa vaga vocauit in piscium sceleto. Post ἀκανθωδεστέρα verbum ἐστὶ omittunt V. R. A. versio Thomae et Camus.

ἐνίοις μὲν — ἐνίοις δ' οὐκ] Versio Thomae ἐν ἐνίοις scriptum vtrobique reddidit. Deinceps vulgatum τοῦ ἔχειν bis correxi. Thomas vertit *vt existunt ad habere partes sic et ad habere.* Legit igitur πρὸς τὸ ἔχειν. Gaza: *Vt enim partes corporis quaeque habentur, ita ossa quoque ad partes accommodata habentur.* Camus: *selon qu'ils ont ou n'ont pas les parties auxquelles ces os appartiennent.* Deinde ὅσα τὰ αὐτὰ μὲν vulgatum ex Medic. correxit Camus. Postea καὶ τὸ μᾶλλον Rhen. Denique vulgatum περὶ τῶν ὀστῶν τοῦτον ex Med. Rhen. et versione Thomae emendaui.

CAPVT VIII.

καὶ οἱ χόνδροι] Ita vulgabatur, sed copulam cum M. V. R. Rhen. et versione Thomae omisit Camus. Sequens ὥσπερ in οἷον mutat Rhen. Deinde σελαχώδεσι Med. Rhen. *cartilagineis* versio Thomae. Postea ἔνεστι δὲ Rhen. Versio Thomae. Denique τοῖς χονδρώδεσιν ἐν οἷς—ζωοτοκούντων καὶ τῶν πεζῶν Rhen. Rectius Med. δὲ καὶ πεζῶν, ex quo copulam inseruit Camus. Cum Rhen. tamen facit versio Thomae. Plinius 11. s. 87. *Cartilaginea aquatilium habent medullam in spina. Vituli marini cartilaginem, non ossa, item omnium auriculae ac nares, quae modo eminent, flexili mollitia, naturae prouidentia, ne frangerentur. Cartilago rupta non solidescit; nec praecisa ossa recrescunt, praeterquam veterinis ab angulo ad suffraginem.* Noster de Partibus 2, 9. ἔνεστι δὲ καὶ ἐν τοῖς ζωοτόκοις

πολλὰ τῶν ὀστῶν χονδρώδη, ἐν ὅσοις συμφέρει (ita vulgatum *διαφέρει* ex Codice Accoramboni, versione Thomae et Gazae corrigo) *μαλακὸν εἶναι καὶ μυξῶδες τὸ στερεὸν, διὰ τὴν σάρκα τὴν περικειμένην, οἷον συμβέβηκε περί τε τὰ ὦτα καὶ τοὺς μυκτῆρας· θραύεται γὰρ τὰ κραῦρα ταχέως ἐν τοῖς ἀπέχουσιν. Ἡ δὲ φύσις ἡ αὐτὴ χόνδρου καὶ ὀστοῦ· διαφέρει δὲ τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον· διὸ καὶ οὐδέτερον αὐξάνεται ἀποκοπέν. Οἱ μὲν οὖν ἐν τοῖς πεζοῖς ἄμυελοι χόνδροι κεχωρισμένῳ μυελῷ· τὸ γὰρ κεχωρισμένον, εἰς ἅπαν μεμιγμένον, μαλακὴν ποιεῖ καὶ μυξώδη τοῦ χόνδρου τὴν σύστασιν. Ἐν δὲ τοῖς σελάχεσιν ἡ μὲν ῥάχις χονδρώδης ἐστὶν, ἔχει δὲ μυελόν· ἀντ' ὀστοῦ γὰρ αὐτοῖς ὑπάρχει τοῦτο τὸ μόριον.* Vides eadem omnia ibi tradi, nec vllum cartilagineorum genus excipi, vt h. l. *τὰ πλατέα*, quae Gazae versio omisit; et recte quidem. Quare suspicor a Philosopho *ἐν τοῖς πρανέσι τὸ κατὰ τὴν ῥάχιν* scriptum fuisse: *id est in prona corporis parte quod in spina respondet ossi.*

CAPVT IX.

παρὰ ταῦτα] Rhen. *περί*. Sequentia verba *ἐν οἷς — τῶν ζώων* non agnoscit Gazae versio, et recte seclusit Sylburgiana eamque secutae Editiones. Nam *ταῦτα τὰ μόρια* omnia non sunt auibus peculiaria. Tacuit Camus.

καὶ σχιστά] Haec omisit Thomas; deinceps *οὐδὲ καμπτὸν οὐδὲ σχιστὸν* Basil. Copulam ante *τῶν κεράτων* omisit Rhen. et versio Thomae, contra *τὴν* ante *τῶν τριχῶν* ex Rheniani libro inseruit.

μελανοδερμάτων] Ita pro *μελάνων δερμάτων* ex M. Canis. dedit Camus. Mallem tamen *μελανοδέρμων* ex more reliquorum compositorum. *τῶν τε γὰρ μελάνων δ. — καὶ χηλαὶ καὶ ὁπλαὶ* Rhen. Deinde vulgabatur *τὰ μὲν πλεῖστα κοῖλά ἐστι, τὸ ἀπὸ τῆς προσφύσεως περὶ τὸ ἐντὸς ἐκπεφυκὸς ὀστοῦν τῆς κεφαλῆς — τὰ στερεά.* Camus ex Reg. laudauit *τῶν δὲ κεράτων τῶν μὲν πλείστων κοῖλον — ἐπ' ἄκρου δ' ἔχει τὸ στερεόν.* In Vat. est *κοῖλον*. Deinde ex Med. V.

R. A. ἐκ τῆς κεφαλῆς ὀστοῦν edidit Camus. In Rhen. est τὰ πλεῖστα κ. ἐστιν ἀπὸ τῆς πρ. Versio Thomae habet: *et adhaerentia circa intrinsecum perueniens ex capite os — soliditatem.* Supra 2. cap. 11. τὰ δ' ἄλλα κοῖλα μέχρι τινὸς, τὸ δ' ἔσχατον στερεόν. Τὸ μὲν οὖν κοῖλον ἐκ τοῦ δέρματος πέφυκε μᾶλλον· περὶ ὃ δὲ τοῦτο περιήρμοσται τὸ στερεὸν ἐκ τῶν ὀστῶν, οἷον τὰ κέρατα τῶν βοῶν. De Partibus 3, 2. τῶν δ' ἄλλων τὰ κέρατα μέχρι τινὸς κοῖλα, τὰ δ' ἄκρα στερεὰ, διὰ τὸ πρὸς τὰς πληγὰς τοῦτ' εἶναι χρήσιμον· ὅπως δὲ μηδὲ τὸ κοῖλον ἀσθενὲς ᾖ, οὗ πέφυκεν ἐκ τοῦ δέρματος, ἐν τούτῳ δ' ἐνήρμοσται στερεὸν ἐκ τῶν ὀστῶν. Gaza nostrum locum vertit: *Cornua parte plurima caua sunt a radice, quatenus ambiunt os, quod ortum a capite cauo cornu inseritur totumque implet, in mucronem tamen exeunt solidum et simplici parte extrema constant.* Qui quanquam plura verba in suo libro scripta reddidisse videatur, consentit tamen cum Rhen. ab initio τὰ πλεῖστα κοῖλά ἐστιν ἀπὸ, quam scripturam reposui. Thomas videtur scriptum legisse: καὶ προσπεφυκότα περὶ τὸ ἐντὸς ἐκπεφυκὸς ἐκ τῆς κ.-ὀ. Ceterum basis cornuum bouillorum et ceruinorum procedit ex ossibus bregmatis; conchas dicunt, in ceruo nostrates *Rosenstock.* Naturam eorum et vasa descripsit Perraltus in anatomia ceruarum Sardarum, bouillorum Malpighius Operum T. II. p. 213. seqq. ceruinorum Daubenton, et Mellin *in Schriften der Berliner Gesellschaft* Tom. II. p. 174.

πολυσχιδῆ] Rhen. πολυσχεδῆ. Deinceps vulgatum μόνον καθ' ἕκαστον correxi ex Med. Rhen. Sequens τὰ δὲ κέρατα — ὀστῷ ad boues et similia genera referendum est. Postea vulgatum ἄλλοθι κινοῦσαι ex Med. Rhen. versione Thomae correxit Camus. Sed Rhen. praeterea habet: διὸ καὶ οἱ ἐν Φρυγίᾳ — ἄλλοθεν. Antigonus c. 81. ex nostro refert ἐν Φρυγίᾳ δὲ βοῦς εἶναι, οἳ κινοῦσι τὰ κέρατα. Plinius 11. c. 37. *cornua mobilia vt aures Phrygiae armentis.* Aelianus H. A. 2, 20. βόες δ' Ἐρυθραῖοι κινοῦσι καὶ κέ-

ρατα ὡς ὦτα. Idem 16, 33. Ἀριστοτέλης γε μὴν φησι τῶν βοῶν τῶν ἐν Λεύκτροις ἐκπεφυκέναι τὰ κέρατα καὶ τὰ ὦτα ἔκφυσιν τὴν αὐτὴν καὶ εἶναι συνυφασμένα. Idem 6, 27. τοὺς δ' ἐν Νεύροις βοῦς Ἀριστοτέλης φησὶν ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχειν τὰ κέρατα. vbi equidem ὕβον καὶ κινεῖν τὰ κέρατα scribendum suspicor. Plinius 8. s. 10. *Carici quoque boues in parte Asiae foedi visu tubere super armos a ceruicibus eminente, luxatis cornibus, excellentes in opere narrantur.* Liceret forte locum comparare ex Descriptione Abyssiniae auctore Lobo T. I. p. 88. de bobus: *Ceux-là n'ont point de cornes, ou s'ils en ont, elles sont si molles et si flexibles, qu'elles leur pendent comme des bras rompus.* Denique de tauris Aethiopicis carniuoris eadem cornua mobilia refert Agatharchides Photii p. 1363. Diodori Siculi T. I. p. 201. et Aeliani H. A. 17, 45. vbi vide annotata. Cosmas Indopleustes de rhinocerote, bicorni Aethiopico eadem plane refert.

ὥσπερ καὶ δακτύλους] Copulam ex Rhen. inserui. Sequentia verba δακτύλους δὲ ὅσα πόδας omisit Camus, rationem hanc edens: *j'ai pensé que ces mots n'étoient ici qu'une mauvaise glôse, qui contenoit une assertion fausse.* At ita debebat simul omittere verba καὶ δακτύλους ἀσχίστους — διηρθρωμένους καὶ, quae ad illa referuntur. Ita statim iterum nimia licentia vaus verba, quae post longiorem parenthesin perspicuitatis causa repetiit philosophus: τῶν δ' ἐχόντων, tanquam inutilia resecuit. Malim tamen τῶν δὴ ἐχόντων. Denique vulgatum αὐτὸς tanquam poeticum ex Rhen. correxi. De elephanto supra 2, 1, 2. τὰ περὶ τοὺς δακτύλους ἀδιαρθρότερα ἔχει. vbi Plinii locum apposui, qui *digitos vngulis, non vnguibus similes* dixit. Vngues difformes habet elephantus, vt annotat Camper *Description* p. 69.

CAPVT X.

τῶν ἀναλόγων] Vulgatum ἀνάλογον aut diuidendum aut ita, vti feci, corrigendum erat. Deinceps

τοῦ δέρματος Rhen. Postea ζωοτόκα. λεπίδας male Rhen. φολίδας ita reddit Albertus: *squammosum et rugosum squammositate quasi punicea.* ψαθυρὸν reddit *gracilia debilis corticis.* ψαδύρον V. R. A. μόνον pro μόνοι Rhen. Plinius 11. s. 94. *quae animal pariunt, pilos habent, quae oua, pennas aut squamas, aut corticem, vt testudines, aut cutem puram, vt serpentes.* De postremis vitiosis nemo adhuc admonuit.

γόγγρος μὲν οὖν] Rhen. γόγγρος ὅλον τοιοῦτον — καὶ λεπτότητες. Postea copulam καὶ ante πλείους omittit cum Rhen. versio Thomae, quam sequor. Reiss dat μακροτέρους, quod habet Rhen. Denique idem ὁ τόπος οὗτος οἷος ἔχειν habet. De Gener. 5, 3. παχύτητος μὲν οὖν καὶ λεπτότητος αἴτιον μάλιστα τὸ δέρμα· τοῖς μὲν γὰρ παχὺ, τοῖς δὲ λεπτὸν, τοῖς δὲ μανὸν, τοῖς δὲ πυκνόν ἐστιν· ἔτι δὲ συναίτιος καὶ τῆς ἐνούσης ὑγρότητος ἡ διαφορά· τοῖς μὲν γὰρ ὑπάρχει λιπαρὰ, τοῖς δὲ ὑδατώδης. Quae deinceps exsequitur atque explicat.

2. περὶ τῶν λεπιδωτῶν] Sylburg ἐπὶ malebat. Articulum ante φολιδωτῶν omittit Rhen. vt ante τρίχας. Pro εὐβοσίᾳ in Rhen. est εὐδίᾳ per compendium scriptum, sed in margine vulgata annotatur hic et vbicunque variatur scriptura. De Generat. 5, 3. ὅσα δὲ τῶν ζώων μὴ ἔχει τρίχας, ἀλλὰ τὸ ἀνάλογον αὐταῖς, οἷον ὄρνιθες μὲν πτερὰ, τὸ δὲ τῶν ἰχθύων γένος λεπίδας, καὶ (ἐπὶ addit versio Thomae) τούτοις συμβαίνει τῶν τοιούτων παθημάτων ἔνια κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον.

Εἰσὶ δ' αὖ—μαλακαί] Haec omnia omisit Rhen. Vulgatum αὖ cum versione Thomae omisi. Pro κεκαμμέναι in Rhen. sic est scriptum: κεκάνμέναι. De Generat. 5, 3. σημεῖον δὲ, ὅτι καὶ σκληρότεραι αἱ οὖλαι τρίχες τῶν εὐθειῶν εἰσι· τὸ γὰρ ξηρὸν σκληρόν· εὐθύτριχα δὲ, ὅσα ὑγρότητα ἔχει πολλήν.

3. φύσις τῶν τριχῶν] Ita pro τῆς τριχὸς ex versione Thomae dedi. Deinceps αἱ τῶν χερσαίων ἐχίδνων Vatic.

Postea vulgatum *ἐνίοις — διαφέρει, διὰ τὴν σκληρότητα τῶν ὀστῶν* Camus ita mutauit, vt ex Med. Rhen. et versione *ἐκ* insereret, et *διὰ* cum Med. omitteret.

4. *λεπτότατον*] Rhen. *χαλεπώτατον*. Hunc locum excerpsit Isagoge in Anatomiam Hominis p. 6. Plinius 11. s. 94. *boum coriis glutinum excoquitur taurorumque praecipuum*. De Generat. 5, 5. *ὅτι λεπτότατον πάντων δέρμα ἔχει ὁ ἄνθρωπος ὡς κατὰ μέγεθος· διόπερ οὐδὲν ἰσχύει πρὸς τὴν τῶν τριχῶν μεταβολήν*.

ἀσαρκότατον] Rhen. *ἀσαρκότητος*. Gaza: *quoniam ibi nulla interposita carne ossi adhaereat*. Albertus: *quoniam in loco illo inter corium et os in quibusdam non est omnino caro*. Recepi igitur Codicis scripturam. Sequens *καθ' αὐτὸ* omisit Rhen. *sine omni tactu carnis* Albertus. Plinius 11. s. 93. *Cutis ipsa sensu caret, maxime in capite: vbicunque per se ac sine carne est, vulnerata non coit, vt in bucca cilioque*. Albertus pro *γνάθου* habet *in lacrymali inferiori in extremo genarum*. *βλεφαρὶς* Thomae est *palpebra*.

ἢ καὶ οἱ κατὰ φύσιν] Vulgatum *ἢ τε οἱ κ. φ.* ex Rhen. correxi, qui deinceps *οἱ* ante *κατὰ τὸ στόμα* recte inserit. Sequens *διήρηται* ex Vat. Ambr. vulgato *εἴρηται* substitui. Gaza: *vbi naturales meatus solent euaporare, — sed sicut distinctum iam est*. Ceterum disputationem de pilorum natura, varietate et mutatione, earum causis post nostrum tractauit *Perrault, Oeuvres de Physique*, Tom. II. p. 391. praecipue vero Pallas Spicileg. Zoolog. XI. p. 73. vbi praecepta Aristotelis examinauit. Huic vero diuersitas pilorum praecipue ad panniculi adiposi et cellulosae telae subcutaneae habitum referenda videtur. Deinde coeli temperiem plurimum in pilis mutandis valere. Schellhammer ad cutis densam et fere nerueam naturam in talpa in frigido aere sub terra degente, ad quam panniculus carnosus firmiter adhaeret, sericeam pilorum mollitiem refert, aitque poros in densa cute minores etiam pilos tenuiores effi-

cere, in Miscellan. Naturae Curios. Dec. II. Ann. I. p. 323. Varietatem pilorum in animalibus anatomice persecutus est Baster Actorum Harlemens. Tom. XIV. Bulbum pilorum magis firmando pilo quam nutriendo seruire suspicatur Blumenbach Physiolog. p. 147. nota. Denique multa de eodem argumento disputauit Hunter in Descriptione Regni Peguani p. 50. versionis germanicae, qui in plurimis cum egregio Pallasio sentit.

5. τὰς χρόας] Ita pro χροιὰς Rhen. Deinceps λευκαίνονται ἐν ἀνθρώπῳ. Versio Thomae: *dealbantur omnibus.* Postea eadem σφόδρα omisit et pro πλὴν ἐν ἵππῳ reddidit *sicut in equo*, ὥσπερ ἐν ἵππῳ. Abhinc ἀπ' ἄκρας male Albertus interpretatur *ab extremo aetatis iam humidae.*

τῶν πολιῶν] Male Rhen. τῶν πολλῶν. Sequens ἡ idem omittit. Deinceps vulgatum οὐ χαυνότης correxi ex Regio, vbi scriptum οὐχαυνότης male interpretatus Camus in οὐκ αὐότης mutauit. Gazae versio *ariditas*, Thomae *siccitas* habet. Diuersam scripturam male interpretatur Albertus: *propter quod albedo pilorum et canities non sunt vna res in ratione caussae.* Legit igitur αὐτότης scriptum Scotus, quem sequitur Albertus. Iam olim veram scripturam coniectura assecutus fuit Septalius ad Problemata T. II. p. 104. Noster de Gener. 5, 5. ὅτι δ' οὐκ ἔστιν αὔανσις, οὐδ' ὥσπερ ἡ ἀπαυαινομένη πόα λευκαίνεται, οὕτω καὶ ἡ θρὶξ, σημεῖον, ὅτι φύονται εὐθὺς ἔνιαι πολιαί· αὖον δ' οὐδὲν φύεται· λευκαίνονται δὲ καὶ ἐπ' ἄκρου πολιαί. vbi pariter cum spiritu aspero scribendum αὔανσις, ἀφαυαινομένη, αὖον, denique ἀπ' ἄκρου. Pro πολιαὶ versio Thomae πολλοὶ reddidit.

ἐξανθήματι] De Gener. 5, 4. ἐν γὰρ τῇ καλουμένῃ λεύκῃ λευκαὶ γίνονται αἱ τρίχες. Deinceps vulgatum πολιαὶ γίγνονται — ἀνέφυσαν ex M. V. A. Rhen. correxit Camus. ἐγένοντο coniecerat iam olim Scaliger. *facti sunt* versio Thomae. ὑγιανθεῖσι V. A. ἀνεφύησαν iam habet Aldina, Junt. Camot. ἀποῤῥυπτισῶν Camot. De Gener. 5, 4. καὶ

γὰρ ἐκ νόσων πολλοῖς πολιαὶ ἀνέφυσαν, ὕστερον δὲ ὑγιασθεῖσι μέλαιναι ἀντὶ τούτων. vbi *μελανθείη ἄν τι τούτων* scriptum Thomas vertit: *nigrescet vtique aliquid horum.*

Γίγνονται δὲ μᾶλλον] Ita pro *τε μᾶλλον* versio Thomae. De Generat. 5, 5. *σημεῖον — τὸ τὰς σκεπαζομένας τρίχας πίλοις ἢ καλύμμασι πολιοῦσθαι θᾶττον· τὰ γὰρ πνεύματα κωλύει τὴν σῆψιν· ἡ δὲ σκέπη ἄπνοιαν ποιεῖ.* vbi versio Thomae *ἄποιον ποιεῖ* reddidit. Deinceps *τῶν ὄπισθεν* Rhen. Idem *καὶ ταῖς βλεφαρίσι*. Articulum ante *ὀφρύσι* omittit Camot. Deinceps *πρῶται, ἔπειτα δὲ αἱ*. Vulgatum *πρῶτον* omittit versio Thomae, equidem propter sequens *τρίται* mutaui. Postea *ἴσοι γὰρ οἱ τόποι — ἐν οἷς ἐγγίνονται αἵ τε — καὶ ὑστερογενεῖς* Rhen. Vulgo erat *ἴσοι γὰρ τόποι*. Margo Rhen. *τόσο* tanquam vulgatam scripturam annotauit.

6. *καὶ μάλιστα καὶ πρῶται*] Med. et versio Thomae *μάλιστα αἱ πρῶται*. Statim *τούτων γὰρ* Rhen. cum Thoma. Deinceps *ἡ μὲν κατὰ κορυφὴν* Rhen. qui vulgatum *ὀφρύας* cum Med. in *ὀφρῦς* recte mutat. Thomae versio *anafalanthiasis* habet. Discrimen a Philosopho annotatum obseruarunt etiam LXX Interpretes Leuitici c. 13. vbi *ἀναφάλαντος* et *ἀναφαλάντωμα* opponuntur *φαλακρῷ* et *φαλακρώματι*. Suidas formam *ἀναφαλαντίας* praefert, qua vtitur Lucianus I. p. 115. vbi conferatur annotatio Hemsterhusii p. 418. Bipont. Latinis est *reburrus* et *recaluaster*.

7. *οὔτε οἱ εὐνοῦχοι*] Vulgatum *οὐδὲ οἱ ἐκτετμημένοι* correxi prius de meo, alterum ex Rhen. Antigonus c. 117. *εὐνοῦχον δὲ φαλακρὸν οὐδένα γίνεσθαι· τὰς δευτερογενεῖς τρίχας τοὺς μὲν ἐκ παιδὸς διαφθαρέντας οὐκ ἴσχειν, τοὺς δὲ ὕστερον ἀποβάλλειν πλὴν τῆς ἥβης.* Similiter noster 9, 50. Hippocrates Sect. VI. Aphorismo 28. vnde Porphyrius de Abstin. p. 233. Plinius 11. s. 87. *Defluuium capillorum in muliere rarum, in spadonibus non visum, nec in vllo ante Veneris vsum, nec infra cerebrum aut infra*

verticem aut circa tempora atque aures. Caluitium vni tantum animalium homini praeterquam innatum. Canities homini tantum et equis, sed homini semper a priori parte capitis, tum deinde ab auersa.

πλὴν ὀλίγαι] Posterius vocabulum omittit Rhen. qui deinceps *στῶσι* dat. Cariae sacerdotes barbatae memorantur ab Herodoto 1, 71. 8, 104. vbi vide annotationes V. D. et Bartholini (Thomae) Epistol. medic. Centur. III. p. 408. Plinius 11. s. 94. *Pubescit homo solus: quod nisi contingit, sterilis in gignendo seu masculus seu femina. Pili in homine partim simul partim postea gignuntur. Congeniti autem non desinunt,* (*eunuchis* addit Harduinus nullo auctore libro) *sicut nec feminis magnopere. Inuentae tamen quaedam defluuio capitis inualidae, vt et lanugines oris, cum menstrui cursus stetere. Quibusdam postgeniti viris sponte non gignuntur. Quadrupedibus pilum cadere atque subnasci annuum est: viris crescunt maxime in capillo,* (*capite* Vincentius habet) *mox in barba. Recisi non vt herbae ab ipsa incisura augentur, sed ab radice exeunt. Crescunt et in quibusdam morbis, maxime phthisi, et in senecta: defunctorum quoque corporibus. Libidinosis congeniti maturius defluunt: agnati celerius crescunt. Quadrupedibus senectute crassescunt, lanaeque rarescunt.*

ἀλλὰ καὶ ἄγονοι] Vulgatum *ἅμα καὶ ἄ.* ex Med. Rhen. correxit Camus. Deinceps *αὐξάνονται — πλέον — εἶτα — πώγωνι* Rhen. Praepositionem *ἐν* ante *πώγωνι* ex Camot. inseruit Sylburg.

ἐπὶ συμφύσει] De Partibus 2, 15. *εἰσὶ δὲ αἱ μὲν ὀφρύες ἐπὶ συνθέσεως ὀστῶν, διὸ καὶ δασύνονται πολλοῖς γηράσκουσιν οὕτως, ὥστε δεῖσθαι κουρᾶς.* Deinceps *αἱ δὲ ταῖς βλεφαρίσι* Rhen. Postea idem *βραδύτεραι* habet. Denique pro *ἀκμῆς* Reg. *ἥβης* habet. Albertus vertit: *ante iuuentutem finitam.*

ἐν τῷ δέρματι — ἡ ποικιλία] Rhen. *ἐν τοῖς δέρμασι* omisso articulo *ἡ*. Sequentem obseruationem de colore cutis lin-

guae consentiente cum superficie repetit infra 6, 19. λευκὰ δὲ τὰ ἔκγονα καὶ μέλανα, ἐὰν ὑπὸ τῇ τοῦ κριοῦ γλώττῃ λευκαὶ φλέβες ὦσιν ἢ μέλαιναι· λευκὰ μὲν, ἐὰν λευκαὶ, μέλανα δὲ, ἐὰν μέλαιναι. Varro R. R. 2, 2, 4. *animaduertendum quoque, linguane nigra aut varia sit, quod fere qui eam habent, nigros aut varios procreant agnos.* Virgilius Georg. 3, 387. *illum autem, quamuis aries sit candidus ipse, nigra subest vdo tantum oui lingua palato, reice, ne maculis infuscet vellera pullis nascentum.* Columella 7, 3, 1. *itaque non solum ea ratio est probandi arietis, si vellere candido vestitur, sed etiam si palatum atque lingua concolor lanae est: nam cum hae corporis partes nigrae aut maculosae sunt, pulla vel etiam varia nascitur proles.* De lingua notas colligit etiam Palladius Iulii 4, 2. Arietum ora spectare iubet Plinius 8. s. 72. *quia cuius coloris sub lingua habuere venas, eius et lanicium est in fetu.* Democritus in Geoponicis 18, 6. ouium praegnantium linguam inspicere iubet, nigra an alba variaue sit; sed titulus falsus esse videtur de oue praegnante, et contra de ariete intelligi debere. Obseruationem ipsam in canibus et ouibus confirmauit Blumenbach de Leucaethiopum oculis. Obiter eandem noster repetit de Gener. 5, 6. de ariete praecipue infra 6, 19. Deinceps vulgabatur οἱ μὴ διγένειοι, quod seruauit Camus. Laemariana omisit negationem cum Gaza: *qui mento sunt bipartito.* Codicum est mira varietas. οἱ μὰ δυγένειοι R. A. sed margo οἱ μὴ διγένειοι habet, quod est in Rhen. ὁμαδη γένειοι Medic. Margo Rhenani οἱ μαδυγέναοι annotat. Venetus a prima manu habet οἱ μαδιγένειοι, a secunda οἱ μὴ διγένειοι. *minus autem fiunt calvi qui mentum et barbam sursum recuruata habent* versio Thomae: *euulsus vero barbam non erit caluus nisi modicum* Scoti. In Codice Lipsiensi Thomae legi scriptum: *qui mentum et barbam sursum reclinati habent.* Equidem dedi, quod scriptum etiam legit et vertit Scotus. Photii Lexicon laudatum ad Hesychii μαδαρὸς habet μαδαγένειον, τὸν μα-

δαρὸν ἔχοντα γένειον. Pollux 1, 88. μαδηγένειος habet, vbi libri scripti habent etiam μαδησιγένειος.

οἷον ἐν ταῖς φθίσεσι] Vulgatum οἷόν τε ταῖς φθισικαῖς correxi ex Med. Rhen. nisi quod vterque ἔν τε ταῖς habet, Rhen. autem δὲ post μᾶλλον omittit. *magis autem in senecta* versio Thomae. Copulam τε post οἷον ex Camotiana addiderat Sylburg, simplex ἐν vertit Thomas. Deinceps Basil. Sylburgiana eamque secutae Edd. habent ἀφροδισιαστικοῖς· αἱ μὲν συγγενεῖς. Nihil mutat Rhen. aut Thomas, nisi quod hic pro γίγνονται θᾶττον *fluunt* vertit.

ἰξίαν] Reg. ἰξίας, Ambr. ἴξια, Aldina et Vat. ὀξεῖαν. Versio Thomae *ixiam* seruauit, Scoti plane a vero aberrauit: *illi qui temperate coeunt, non caluescunt nisi parum, et quidam hominum calui erunt et frequenter coeunt, et oriuntur eis capilli in capitibus.* Sic etiam Albertus. Deinceps καὶ αἱ λεπίδες τοῖς ἰχθύσι omisso δὲ Rhen. De Partibus 5, 3. πρεσβυτέρων γιγνομένων τοῖς μὲν τρίχας ἔχουσι σκληρότεραι γίγνονται αἱ τρίχες, τοῖς δὲ πτερωτοῖς καὶ λεπιδωτοῖς τὰ πτερὰ καὶ αἱ λεπίδες. De capillis mortuorum Synesius in Caluitii laude p. 79. τοῦτο γὰρ ὑπὸ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θεραπευτῶν εἰς πάντας διατεθρύλληται, καί τις ἐν χρῷ κουρίας ἀποθανὼν εἰς νέωτα κόμην καὶ πώγωνα βαθὺν ἤνεγκε. Fabula inepta de Agdesti apud Arnobium 5. p. 166. *succrescere mortuo comas semper* tradit. Cf. Tertulliani de Anima c. 51.

τὰ πτερωτὰ] Vulgatum τὰ πτερὰ τὰ ex Vat. Reg. correxit Camus. Verum habet etiam margo Rhen. Deinceps vulgatum αὕτη δὲ ὡς τεθεώρηται ex Med. Rhen. et versione Thomae correxi. Consentit versio Scoti apud Vincentium 16, 5. *in gruibus color plumae in iuuentute cinereus est, in senectute nigrescit.* Sic item Albertus. Plinius 10. s. 42. *quod in grandiore alitum genere grues tantum: hae enim senectute nigrescunt.* Cautius noster de Gener. 5, 5. μελαντέρας δὲ γίγνεσθαι γηρασκούσας λέγουσι τὰς γεράνους.

μελαντέρων λευκὰ] Vulgo interserta ἢ λευκοτέρων cum

Mediceo, Rhen. et versione Thomae omisit Camus. Praeterea Vat. et Ambr. omittunt etiam λευκά. Gaza vertit: *pennae volucrum unicolores interdum e nigris aut nigriusculis albidiusae in albas transeunt.* Videtur is ex antecedentibus repetiisse πτερά. Mihi vero ἐνίοτε mutandum videtur in ἔνια, quod nomina sequentia κόραξ, στρουθὸς, χελιδόνες postulant. In Rhen. est etiam μελανοτέρων. Distinctius haec tradit de Gener. 5, 6. μονόχροα λέγω, ὧν τὸ γένος ὅλον ἓν χρῶμα ἔχει· οἷον οἱ λέοντες πυῤῥοὶ πάντες — ὁλόχροα δὲ, ὧν τὸ σῶμα ὅλον τὴν αὐτὴν ἔχει χρόαν· οἷόν ἐστι βοῦς ὅλος λευκὸς καὶ ὅλος μέλας. — μεταβάλλει δὲ τὰ ὁλόχροα πολλῷ μᾶλλον τῶν μονόχρων, καὶ εἰς τὴν ἀλλήλων χρόαν τὴν ἁπλῆν, οἷον ἐκ λευκῶν μέλανα; καὶ ἐκ μελάνων λευκὰ καὶ μεμιγμένα ἐξ ἀμφοτέρων. — τὰ δὲ μονόχροα τοὐναντίον· οὐ γὰρ μεταβάλλει, ἂν μὴ (Thomas μεταβάλλοι ἄν, εἰ μὴ reddidit) διὰ πάθος· καὶ τοῦτο σπάνιον· ἤδη γὰρ ὦπται καὶ πέρδιξ λευκὴ καὶ κόραξ (*cornix* Thomae) καὶ στρουθὸς καὶ ἄρκτος.

12. δ' ἔνια τῶν ζώων] Rhen. δέ τινα τ. ζ. Deinceps Thomae versio scriptum τὰ μὲν γὰρ λευκὰ — τὰ δὲ μέλανα reddidit. Postea vulgatum ταῦτα δὲ καὶ περὶ τὰς ὀχείας ἐστὶν ὕδατα Sylburgius scribendum et distinguendum censuerat ita: ταυτὰ δὲ καὶ π. τ. ὀχείας· ἔστιν ὕδατα. quod fecit Camus, nisi quod τὰ αὐτὰ dedit ex V. R. A. ταὐτὰ dedit etiam Laemariana, distinctione vulgari seruata. Locus nondum est persanatus. Aelianus H. A. 8, 21. ex nostro retulit: μεταβάλλει δὲ τὰς χρόας τὰ πρόβατα ἐκ τῆς περὶ τὸ πόμα ἀλλαγῆς κατὰ τὴν τῶν ποταμῶν ἰδιότητα· ἡ δὲ ὥρα τοῦ ἔτους, καθ' ἣν ἅπαντα τοῦτο αὐτοῖς, ὁ τῆς μίξεως καιρός ἐστι. Vnde malim h. l. ταῦτα δὲ μάλιστα περὶ τὰς ὀχείας γίγνεται. Ἔστι γὰρ ὕδατα etc.

τὰ πρόβατα] Haec verba omittunt Med. V. R. A. Rhen. et versio Thomae. Post οἷον ex Rhen. καὶ inserui. Deinceps τῇ ἐπὶ omittunt V. R. A. Versio Thomae postea scriptum ἐπὶ τῇ Τραχείᾳ reddit: *Trachia.* Abhinc Ἀσσυρίτιδι

malebat Sylburg, commemorans ex Stephano Byzantio Astyra Mysiae oppidum ad Troadem. Med. habet Ἀσσηρίτιδι. Pro ἐποίει versio Thomae ἐπίνετο reddit *bibebatur*. Pro ψυχρὸς apud Antigonum c. 84. legi Κοχρύνας monuit Sylburg.

- Ἀντανδρίᾳ] Aldina, Juntina, Camot. Ἀνανδρίᾳ, Basil. Ambr. Ἀντανδρείᾳ. Ex versione Thomae Camus posuit *Atandia*, in Lipsiensi reperi scriptum *Atrandia*. Sequens δὲ omisit Thomas. Videamus nunc locum Antigoni c. 84. Τὸν δὲ ἐν τῇ Χαλκιδικῇ ποταμὸν τὸν ἐπὶ Θρᾴκης τὸν καλούμενον Κοχρύναν πιόντα τὰ πρόβατα ἔχειν τὰ γεννώμενα μέλανα ποιεῖ. καὶ ἐν τῇ Ἀντανδρίᾳ δύο ποταμοὺς εἶναι, ὧν τὸν μὲν λευκά, τὸν δὲ μέλανα γεννᾷν· δοκεῖν δὲ καὶ τὸν Σκάμανδρον ξανθὰ ποιεῖν· διὸ καὶ τὸν ποιητὴν ἀντὶ Σκαμάνδρου Ξάνθον αὐτὸν προσαγορεύειν· καὶ ἐν τῇ Εὐβοίᾳ δὲ κατὰ τὴν Ἰταλικὴν, τὴν συνορίζουσαν τῇ Χαλκίδι, δύο ποταμοὶ Κέρων καὶ Νηλεύς· ὧν αἱ γυναῖκες ἐὰν περὶ τὸ συλλαμβάνειν οὖσαι πίωσιν, ἐὰν μὲν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Κέρωνος, μέλανα τίκτουσιν· ἐὰν δ' ἀπὸ τοῦ Νηλέως, λευκά. Is igitur multo auctiorem legit nostri locum. De Chalcidico enim fluuio addit, eum nigrum ouium colorem potu reddere. Quae annotatio in Aristotele excidit. Nomen fluuii certatim viri docti ex nostro corrigere voluerunt, quibuscum equidem non sentio, quamuis scripturam Antigoni vulgarem veram esse non affirmem. Ecce enim Aelianus H. A. 8, 21. φιλεῖ δέ πως ταῦτα γίνεσθαι περί τε τὸν ἐν Ἀντάνδρῳ ποταμὸν καὶ τὸν ἐν Θρᾴκῃ, οὗ τὸ ὄνομα ἐροῦσιν οἱ πάροικοι Θρᾷκες. Is videlicet nomen barbarum fluuii ponere noluit, igitur tacuit, formula adhibita ea, quam in simili ratione pluribus in locis frequentauit. Deinde verba Antigoni κατὰ τὴν Ἰταλικὴν vitiosa in Ἀττικὴν ineptissime mutari voluit Meursius. Hestiaeotidi assignat vtrumque fluuium auctor a Plinio 31. c. 2. nominatus, quae nihil cum regione Chalcidis per situm habere potuit. Potius Ἐρετρικὴν scribendum, vel in opposito Chalcidis

latere nomen regionis quaerendum. Ex Strabone nihil proficimus; is enim obiter sine nota situs fluuium *Κηρέα* et *Νηλέα* nominauit libro 10. p. 40. ed. Sieb. Antigonum in Aristotelis Codice clausulam hanc additam legisse contextus iste verborum satis docere videtur; contra auctor, qui *θαυμασίοις ἀκούσμασι* narrationem eandem addidit cap. 184. sua potius ex Strabone duxisse videtur, cuius breuitatem dum interpretari conabatur, lapsus est. Is enim breuiter: *ὧν ἀφ᾽ οὗ μὲν τὰ πίνοντα πρόβατα λευκὰ γίνεται, ἀφ᾽ οὗ δὲ μέλανα.* Contra excerptor dedit: *λευκὰ γίνονται· ὃς ὀνομάζεται Κέρβης· ὁ δὲ Νηλεὺς, ὃς μέλανα ποιεῖ.* At Antigonus Nelei aquas colorem album inducere ait, auctore, vt videtur, Aristotele. Scilicet extremo loco mentio Euboicorum fluuiorum excidisse videtur. Sed praeterea aliud vitium vulgatis Philosophi libris haesisse videtur; cuius leue vestigium reperisse mihi videor in Aeliani loco supra nominato, qui vnum Antandriae fluuium nominat, cum vulgati philosophi libri duos nominent. Scilicet verba illa: *ἐν τῇ Ἀσσυρίτιδι* alienum locum occupasse videntur, translocanda post *ψυχρὸς ποταμὸς* ita, vt *καὶ ἐν τῇ Ἀστυρίτιδι καὶ ἐν τῇ Ἀντανδρίᾳ δύο ποταμοὶ* etc. omisso *δὲ* post Antandriae nomen, quod omisit etiam versio Thomae, iungantur, vt in Asiae ora non ita longe dissita sunt sub Ida monte oppida Antandros et Astyra. In vtraque igitur regione erat fluuius; vtriusque mentionem coniunctim posuit Aristoteles. Denique Antigonum in nostro non *τὸν Ὅμηρον* scriptum, sed potius *τὸν ποιητὴν* legisse existimo, eamque scripturam praefero.

13. *καὶ ἵππος ἔχει*] Copulam omisit versio Thomae, vt sequentia *καὶ ὑπὸ τοὺς πόδας.* Edd. pr. praeter Camotianam et Codd. V. H. A. sed reddidit ea Thomas, Scotus, Albertus et Gaza. Plinius l. 11. s. 94. *Dasypodi et in buccis intus pili et in pedibus, quae vtraque Trogus et in lepore tradidit, hoc exemplo libidinosiores quoque hominum hirtos*

colligens. — *Pennarum caules omnium caui: praecisae non crescunt, euulsae renascuntur.* qui verba Aristotelis sequentia de pennis, ἀλλ' ἐκπίπτει· οὐκ ἀναφύεται, aut aliter scripta legit, ita fere: ἀλλ' ἐκτιλθὲν ἀναφύεται· οὐκ ἀναφύεται δ' ἐκτιλθὲν οὔτε; aut hallucinatione sententiam corrupit.

μῦς τὸ κῆτος] Vulgatum μυστίκητος Med. mutat in μυστοκῆτος. Ita etiam Venetus et Rhenani liber. Gaza: *musculus etiam piscis.* Thomae versio *Impistocetus* habet, Alberti *Mastakycor.* Plinius scripturam nostram aperte secutus 11. s. 62. *musculus,* inquit, *marinus, qui balaenam antecedit, nullos habet dentes, sed pro his setis intus os hirtum, et linguam etiam et palatum.* Sed corrupit bonam Philosophi sententiam addendis his, *qui balaenam antecedit.* Confudit enim musculum hunc cum eo, quem 9. c. 62. ducem balaenarum facit; sed idem recte 32. c. 11. *Vt a belluis ordiamur, Balaenae, Pristes, Musculi.* Primus in notitia Philosophi agnouit balaenarum naturam Rondeletius; a quibus diuersae φάλαιναι Aristotelis, vnde tamen Romanorum balaenae ortae sunt, habent in vna tantum maxilla dentes, intra caua alterius recipiendos. Ex vulgata scriptura ortum nomen *Mysticeti* et a Linnaeo maximo sui generis animali assignatum deinde nomenclaturas scriptorum omnium peruagatum est; de quo, vt de historia ipsius animalis, plura dixi in Historia litter. Piscium p. 158. seqq. quae repetere nolo.

ἀλλ' ἐκπίπτει] Versio Thomae habet: *sed excidunt. pennatorum autem euulsa neque apium ala neque quaecunque alia talia — apis, sed moritur.* Legit igitur scriptum: ἀλλ' ἐκπίπτει: τῶν πτερωτῶν δὲ ἐκτιλθὲν οὔτε τῶν μελιττῶν τὸ πτερὸν οὔθ' ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ἄσχιστον — ἀλλ' ἀποθνήσκει. Similem aut eandem scripturam Plinius secutus est, vt supra admonui. Verbum τοιαῦτα omittunt Rhen. Med. Ambr. non male. Denique vulgatum ἀλλ' ἔστιν ὅτε ἀποθνή-

σκει ex Rhen. et versione Thomae correxi. *ἐκ τότε* malebat Sylburg.

CAPVT XI. (vulgo XIII.)

ὅμοιος δ' ἐστιν] Rhen. et versio Thomae *ὅμοιόν ἐστιν*. Pro *τιλτὸν* ex Med. Canis. Rhen. versione Thomae et Scoti reposui *τατὸν*, quod cum graecum esse non putaret Camus, *ἐκτατὸν* reposuit. Thomas *extensibile*, Scotus *neque extenduntur* dixit. Gaza vulgatum interpretatur *euulsile*. Paulo antea verba *καὶ λεπτῷ* omittunt A. Reg. Postea *ὑμὴν* post *καρδίαν* recidit Camus auctoribus Codd. suis nescio an omnibus. *ψιλὸς ὑμὴν* deinde Gazae est *ipsa membrana sincera*. Denique omisso sequenti *καὶ* pergit Rhen. et versio Thomae *ψιλούμενά τε τὰ ὀστᾶ*, *nudatque ossa*. De Partibus 3, 11. *πάντα δὲ τὰ σπλάγχνα ἐν ὑμένι ἐστί* — *ὁ δὲ ὑμὴν τὴν φύσιν τοιοῦτος· πυκνὸς μὲν γὰρ — ἄσαρκος δὲ — λεπτὸς δὲ, ὥστε κοῦφος — μέγιστοι δὲ καὶ ἰσχυρότατοι τῶν ὑμένων εἰσὶν οἵ τε περὶ τὴν καρδίαν καὶ περὶ τὸν ἐγκέφαλον. — ταῦτα δὲ κύρια μάλιστα τῆς ζωῆς.* vbi vulgatur *τοῖς ζῴοις*. Mecum facit versio Gazae et Thomae.

2. *τὸ ἐπίπλοον*] Medic. *καὶ ἐπίπλους ὁ ὑμήν· ἔχει δὲ ἐπίπλουν*. Sequens *ῥαφὴ* male interpretatur Albertus: *et pendentia gyrbi circa intestina assimilatur suturae cuidam*. De Partibus 4, 3. *ἔστι δὲ τὸ μὲν ἐπίπλοον ὑμὴν τοῖς μὲν στέαρ ἔχουσι στεατώδης, τοῖς δὲ πιμελὴν πιμελώδης. — φύεται δὲ τὸ ἐπίπλοον ὁμοίως τοῖς τε μονοκοίλοις καὶ τοῖς πολυκοίλοις ἐκ μέσης τῆς κοιλίας κατὰ τὴν ὑπογεγραμμένην οἷον ῥαφήν.* vbi Codex Accoramboni *ἦρκται δὲ τὸ ἐπίπλοον* habet, quod reddidit Gazae versio; ipse Philosophus paulo postea: *καὶ διὰ τοῦτο ἀπὸ μέσης ἤρτηται τῆς κοιλίας.* vbi Thomae versio et Gazae *oritur* habent, igitur *ἦρκται* scriptum legerunt. Cf. supra 1, 16. Plinius 11. s. 80. *Ventriculus atque intestina pingui ac tenui omento integuntur, praeterquam oua gignentibus.* Postremum vnde habeat, nescio.

3. *ἡ χελώνη μόνον*] Reg. *μόνη*. Vtrumque recte dicitur.

Albertus: *Omnis autem animal non habet vesicam praeter genera lacertarum et praeter animal, quod Caha vocatur; quod etiam vicinum est generi lacertarum, licet sit pigrius illo.* De Partibus 3, 8. πλὴν αἱ χελῶναι τῶν φολιδωτῶν — ὅτι αἱ μὲν θαλάττιαι σαρκώδη καὶ ἔναιμον ἔχουσι τὸν πνεύμονα καὶ ὅμοιον τῷ βοείῳ, αἱ δὲ χερσαῖαι μείζω ἢ κατὰ λόγον. — κύστιν μὲν οὖν ταῦτα μόνον τῶν τοιούτων ἔχει — ἡ μὲν θαλαττία μεγάλην, αἱ δὲ χερσαῖαι μικρὰν πάμπαν. Plinius 11. s. 83. *Infra alvum est a priore parte vesica, quae nulli oua gignentium, praeter testudinem: nulli nisi sanguineum pulmonem habenti: nulli pedibus carentium. — Vesica membrana constat, quae vulnerata cicatrice non solidescit: neque qua cerebrum aut cor involuitur: plura enim membranarum genera.*

ἤδη τοιοῦτόν] Rhen. ἤδη omisit. Deinceps οὖν post μὲν cum Reg. Ambr. omisit Camus. διίησιν Albertus interpretatur *a vesica mortuorum nunquam exit humiditas vrinae.* Postea vulgatum ξηρᾶς σύστάσεις ex Med. correxit Camus. Recte etiam versio Thomae. Albertus: *residet ex vrina superfluitas terrestris sicca glutinosa.* Mihi tamen verbum adhuc deesse videtur ἐγγίγνονται, et ξηραὶ συστάσεις praeferrem, quo sequens ἐξ ὧν referatur. Versio Scoti apud Bartholomaeum 5, 44. *et forte aggregatur in vesica superfluitas sicca, et ex eo contingit lapis.*

ἀναλόγων] Vulgatum ἀνάλογον correxi. Sequens τούτοις repudiant M. V. R. A. vnde ἔχει τοῦτον τὸν τρόπον edidit Camus.

CAPVT XII. (vulgo XVI.)

ἐναίμοις πᾶσιν] Rhen. ἐναίμοις ἐστὶν ἐν πᾶσι μεταξύ.[1] Deinceps vulgatum ἀνάλογον iterum correxi. Pro τοῖς ὀστοῖς Thomae versio τούτοις scriptum vertit. Gazae versionem verborum ἐπὶ μῆκος μόνον, *nec venarum aut nervorum modo in longum secari tantum idonea*, reprehendit Mercurialis Var. Lect. 6. c. 10. Sequens μὲν οὖν τῶν ζώων addito μὲν ex Med. Vat. et versione Thomae dedit Camus.

φλεβία καὶ ἶνες] Haec defendit et explicat Hartmann in Ephemerid. Natur. Curios. Decur. II. anni VII. p. 38. Deinceps *εὐροίᾳ* — *χρωμένη* Rhen. *πιμελὴ* Thomae *sagimen*. Postea *ἔχουσι σάρκας* omisso *τὰς* Rhen. et versio Thomae. Idem Rhen. *αἱ* ante *φλέβες* omittit. Denique *γίγνεται δὲ καὶ τὰ σαρκία* Med. et Rhen. *γίνεται* pro vulgato *γίνονται* ex Regio dedit Camus.

CAPVT XIII. (aliis XVII.)

πιμελὴ] Alberto *pinguedo saginuinis*. Idem *στέαρ θραυστὸν* interpretatur: *quando frioatur manibus, propter sui terrestreitatem et siccitatem puluerizatur, postquam exsiccatus est.* Post *ὑὸς* addit *κυνὸς, porci et canis*. Pro *πήγνυνται* primo loco Aldina, Juntina *πήγνυται*, altero *πύκνηται*, Camotiana altero *πύγνηται* habet. Verbum *ψυχόμενον* Gaza *refrixit* interpretatur, sed noster de Partibus 2, 5. *ἡ οὐ πήγνυται οὐδὲ θρύπτεται ξηραινομένη*. Plinius 11. s. 85. partem ex illo loco, quaedam ex nostro duxit, velut haec: *Concretus hic et cum refrixit, fragilis, semperque in fine carnis: contra pingue inter carnem cutemque succo liquidum.* Videtur is additum aliquod vocabulum in postremo legisse, veluti *χυμῶδες*.

2. *τὸ ἧπαρ ἐν ἐνίοις*] V. R. omittunt verba *τὸ ἧπαρ ἐν*, sed in R. secunda manus addidit. A. *τὸ δὲ σπλάγχνον ἐν ἐνίοις*. Versio Thomae *ἐν* omittit. Deinde *ἀπιμέλωτα* V. R. A.

ἰχθύων στέαρ] Canis. Rhen. *γένος*. Sequens *καὶ* omittit versio Thomae. Albertus: *zyrbum autem piscium quorundam non est separatum, sed mixtum cum pinguedine, quam sagimen vocamus, et ideo cum constat non coagulatur, sed molle remanet.*

πιότητα] Ex V. R. A. *πιμελὴν* dedit Camus. *ποιότητα* Rhen. Sequens *γὰρ* omittit Rhen. et versio Thomae. *αἱ ἐγχέλυες ὀλίγον στέαρ ἔχουσι* Medic. Ceteri Codices ante-

riora variant. Pro ὀλίγον enim Reg. ὅλως, Vat. ὅλαι, Ambr. ὅλα habet. Postea pro πίονα Rhen. πλείονα habet.

3. στεατωδῶν] Med. σταθηνικῶν αὐχμηροί. Voluit dare, vt Rhen. στεατικῶν. Deinceps Aldina, Junt. Camot. ἐπιμελώτερος. De Partibus 3, 9. ἐν πᾶσι δὲ τοῖς ἔχουσι νεφροὺς ὁ δεξιὸς ἀποτέρω τοῦ ἀριστεροῦ ἐστιν — ἐν πᾶσι δὲ τοῖς ζώοις ὁ δεξιὸς ἀπιμελέστερός ἐστιν. Plinius 11. c. 37. *dexter omnibus elatior et minus pinguis.*

κατὰ τὸ μέσον] De Partibus 3, 9. ἀλλὰ κἂν πάνυ πίονα ὦσιν, ἐλλείπει τι, κἂν μὴ κατ ἀμφοτέρους, ἀλλὰ κατὰ τὸν δεξιόν. vbi Codex Accoramboni cum versione Gazae et Thomae inserit ὅμως. Quid sit τὰ μέσον, apparet ex eodem loco, vbi est: ἐκ δὲ τῶν νεφρῶν ἡ γιγνομένη ὑπόστασις διηθουμένων τῶν ὑγρῶν διὰ τοῦ σώματος τῶν νεφρῶν εἰς τὸ μέσον συῤῥέει, οὗ τὸ κοῖλον οἱ πλεῖστοι ἔχουσιν αὐτῶν. Et antea: ἔχουσι δὲ οἱ νεφροὶ πάντες κοῖλον — πλὴν οἱ τῆς φώκης. vnde Plinius l. c. *Vtrique autem* (reni) *pinguitudo e medio exit, praeterquam in vitulo marino.* Vitium apertum est, tamen nemo de eo admonuit. Pro voce *pinguitudo* desideratur vocabulum, quod graeco κοῖλον respondeat.

τὰ στεατώδη] Rhen. τὰ ἀστεώδη καὶ μάλιστα. Sequens post πάντη αὐτῷ cum Med. omittit Rhen. versio Thomae et Camus. De Partibus 3, 9. γίνεται δὲ περίνεφρα τάχιστα τῶν ζώων τὰ πρόβατα πάντων. Ita enim cum Gaza versio Thomae pleniorem locum habet. Deinceps *Leontinum* versio Thomae habet. Post ὀψὲ ex Med. Rhen. ποτε addidit Camus. Denique τῆς τροφῆς Rhen. Plinius 18. s. 21. *Cum centesimo quidem et Leontini Siciliae campi fundunt triticum.* Vnde apparet fertilitas agri Leontini.

4. πάντων δὲ] Versio Thomae *omniumque*, ergo πάντων τε reddidit. Deinceps vulgatum ὅσα ἔχουσι τοῦτο τὸ μόριον ex V. R. A. et versione Thomae correxit Camus. Noster de Sensu c. 2. καὶ τὸ λευκὸν τοῦ ὄμματος ἐν τοῖς ἔχουσιν αἷμα πῖον καὶ λιπαρόν. Plinius 11. s. 85. *Omnibus*

animalibus est quoddam in oculis pingue. Cf. Halleri Physiol. Tom. I. p. 28.

πάντα τὰ πιμελώδη] Ex Rhen. πάντα inserui. Versio Thomae πάντα ὅσα reddidit. Ex eodem Rhen. deinceps vulgatum αὐξάνηται correxi, quanquam is αὔξεται habet. Gaza: *sed praecipue cum iam suae longitudinis ac latitudinis modum adepta, augeri in profundum incipiunt.* Plinius 11. s. 85. *Steriliora cuncta pinguia, et in maribus et in feminis. Senescunt celerius praepinguia.* Noster de Partibus 2, 5. διὸ καὶ γηράσκει ταχέως τὰ λίαν πίονα.

CAPVT XIV. (vulgo XIX.)

ἀλλ' ὑπάρχει] *sed vernaculus atque intimus in omnibus integris atque imputidis* Gaza. Deinceps pro οὐδενὶ Med. οὐδὲν habet. Postea ἁπτόμενον videtur versio Thomae reddidisse *tactus.* Denique ἡ τῆς κοιλίας Med. Rhen. De Partib. 2, 3. καὶ γὰρ διὰ τοῦτο θιγγανόμενον αἴσθησιν οὐ ποιεῖ, ὥσπερ οὐδ' ἄλλο τῶν περιττωμάτων οὐδέν.

οὐκ ἔχει] Negationem omittunt V. Reg. et versio Thomae. Sequens ἁπτομένων iterum Thomas vertit *tactus.* Articulum ante σάρκα omittit Rhen. προκὸς *damarum* vertit Gaza hic et de Partib. 2, 3. vbi eadem traduntur. Versio Thomae *proko* habet, glossa *lepore.*

2. αἱ ἶνες] Edd. pr. οἷον ἶνες. Albertus: *nisi extrahantur ab eo fila per colationem ipsius.* Deinceps τάχα Rhen. Postea τῶν ἐναίμων omisso μὲν V. A. quos sequitur Camus, contra versio Thomae post ταῦτα insertum μὲν reddit. Abhinc vulgatum τὰ καὶ — ζωοτόκα ex Rhen. et versione Thomae correxi. Sequebatur vulgo τῶν ἐναίμων μὲν, ὠοτοκούντων δὲ, nec Codices aliquid variant; Gaza tamen vertit: *mox iis sanguineis quae pariunt oua. Quae autem vel natura* etc. Quare cum sententia manifesto manca sit, posui, quod intelligi potest. In Rhen. tamen est ζωοτοκεῖ, καὶ τῶν ἐναίμων. Denique verba ὥσπερ τὰ πεπωκότα Plinius 11. s. 90. vertit: *Solum hoc in corpore temporarium*

sentit incrementum, siquidem hostiae abundantiorem fundunt, si prius bibêre.

τὰ γὰρ πίονα] Rhen. τὰ δὲ π. Sequens γίγνεται omittit Camotiana. Versio Thomae *facta magis sanguinis habentia. ex sanguine quidem enim pingue.* Deinceps vulgatum τὰ μὲν πίονα ἄσηπτον τὸ αἷμα ἔχει ex Med. Rhen. et versione Thomae correxit Camus.

3. μελάντατον] Rhen. μελανότατον. Deinceps ἐν δὲ τοῖς κάτω μορίοις versio Thomae. De Partibus 2, 2. ἔν τε τοῖς μορίοις τοῦ ἑνὸς ζώου· τὸ γὰρ ἐν τοῖς ἄνω μέρεσι πρὸς τὰ κάτω μόρια διαφέρει ταύταις ταῖς διαφοραῖς. Plinius 11. s. 90. *et inferiore parte pinguior — Taurorum celerrime coit atque durescit: ideo pestifer potu maxime. Aprorum et ceruorum caprearumque et bubalorum omnium non spissatur. Pinguissimus asinis, homini tenuissimus. — Obesis minus copiosus, quoniam absumitur pingui.*

ἐν ἅπασι] Rhen. ἐν τοῖς πᾶσι. Deinceps πάντη ὁμοίως τοῖς ζώοις versio Thomae. Postea vulgatum καὶ ἔστι δὲ τῶν ὑγρῶν μόνον καθ' ἅπαν τὸ — αἰεὶ ex Mediceo correxit Camus, nisi quod ἅπαντα — αἰεὶ dedit. In Rhen. est καὶ ἔστι τὸ ὑγρῶν μόνον — ἀεί. Versio Thomae prius μόνον etiam omisit. Denique vulgatum ἐν τοῖς ζώοις τῇ καρδίᾳ Camus mutauit ex Med. Vatic. in τοῖς ζώοις ἐν τῇ καρδίᾳ. Equidem ordinem dedi, quem versio Thomae expressit: *in corde animalibus.* Albertus: *primum quod causatur e sanguine est cor.*

πρὶν ἤ] Rhen. πρὶν solum habet. Sequens ἐκθνήσκουσι vulgato οὐ θνήσκουσι ex V. R. A. substituit Camus. *plura quidem moriuntur* versio Thomae. *anima deficit* Gazae. Postea διοροῦται Rhen. quod male Thomas *penetrat* vertit. Denique ἴδρωσαν Basil. ἴδισαν cum Leon. et Camot. Sylburgiana. ἴδιαν Junt. ἴδησαν Reg. Rhen. *vt iam quidem visum est cum sanguineo sudore et exiens* versio Thomae. Legit igitur scriptum ὥστε ἤδη μὲν ὦπται σὺν αἱματώδει

ἱδρῶτι. nisi is in ἵδησαν erravit, et *quidam* pro *quidem* scripsit.

ἰξιὸν] Rhen. ἰξιών. Deinceps vulgatum πεττομένων, ἐξ ἰχώρων ex Rhen. et versione Gazae et Thomae correxi. Postea tamen male Rhen. νενοσηκότα. Denique σηπτόμενον γίνεται omisso δὲ, et σπόρος habet Rhen. σπόρος etiam Med. πόρος Aldina, Junt. Camot. *ex sanie virus* versio Thomae. *quo demum concallescente porus id est tofus lapis consistit* Gazae.

4. παχύτερόν τε γὰρ] Rhen. παχύτατον γάρ. Sequebatur vulgo ὁμοίως ἐχόντων πρὸς ὑγίειαν. nullo sensu, quem tamen recte accepit et reddidit Gaza: *dummodo caetera adsint pariter, quae vel ab aetate vel a sanitate proficiscantur.* In Rhen. ἔχον τῶν legitur, quod vitio non medetur, sed ad verum ducit. Albertus: *quando mas et femina fuerunt in bona dispositione sanitatis.* ὑγείαν Leon. Camot. Deinceps ἐπιπολλῆς Rhen. Sequens μὲν omittunt Leon. Camot. et versio Thomae.

ζώων ἡ γυνὴ] Articulum omisit Rhen. Deinceps verba τῶν ζώων ἐν omittunt A. R. sed in A. margine addita sunt. Rhen. ἐν tantum omisit, quem sequor. Pro ῥοῦς versio Thomae *roys* habet, et post νοσηματικῶν additum τινῶν vel ἐνίων vertit. Postea ἐὰν δὲ συμβαίνῃ omisso τι vertit Thomas. Noster de Generat. 1, 19. ὡς γὰρ ἐπιτοπολὺ οὔτε αἱμοῤῥοΐδες γίνονται ταῖς γυναιξὶν οὔτε ἐκ τῶν ῥινῶν ῥύσις αἵματος οὔτε τι ἄλλο, μὴ τῶν καταμηνίων ἱσταμένων· ἄν τε συμβῇ τι τούτων, γίγνονται χείρους αἱ καθάρσεις, ὡς ἀναλισκομένης εἰς ταῦτα τῆς ἀποκρίσεως; vbi praeterea *ixias* versio Thomae, *varices* Gazae commemorauit. Compara etiam dicenda ad libri 7. cap. 10. vel 11. ex vulgari descriptione.

5. διαφέρει δὲ καὶ] Copulam καὶ omittit Rhen. Deinceps ἴηται ἀφροειδὲς R. ἰχὼρ ἀφροειδής Vat. *tenuis et aquosus* Albertus. *saniem trahit* Gaza peius interpretatur.

Postea *πήγνυται παχὺ* Edd. ante Sylburgianam, vel potius *παχὺ δὲ τὸ τ. γ.* Leon. et Camot.

καὶ ἐν τῷ σώματι ἢ ἐπιπολῆς] Gaza vertit: *vel in corpore sanguis, qui per summa est.* Versio Thomae, *etiamsi in corpore sit superficie tenus,* expressit scripturam: *κἂν ἐν τῷ σώματι ᾖ ἐπιπολῆς,* quam etiam Gaza secutus esse videtur. Albertus *καὶ ἐπιπολῆς* reddidit.

γίγνεται τοῦτο] Rhen. *τοιοῦτο — διωρίσθαι.* Posterius est etiam in Medic. *διοῤῥοῦσθαι* Basil. *διωρῶσθαι* V. R. et Edd. pr.

CAPVT XV. (vulgo XX.)

ἐνίοις] Rhen. *ἐν ἐνίοις.* Deinceps *ὥσπερ αἷμα* omisso *καὶ* versio Thomae. Postea vulgatum *ὑμενώδεσι* ex Reg. et versione Gazae correxit Camus. *vasis membranalibus* Albertus. Post *κοιλίαις* additum *γίγνονται* vertit Thomas.

καὶ τούτων ἐνίοις] Rhen. et versio Thomae *τούτων ἐν ἐνίοις.* Post *οὐκ ἔχει* vulgo additum *πάμπαν* cum Codd. suis omisit Camus; meus et versio Thomae habet. Sequens *ἔχει* omisit Thomas, qui statim *ἐλάττων ἔνεστιν ἐν ἐνίοις* vertit. *ἐν* inserit etiam Rhen. Plinius 11. s. 86. *Et medulla ex eodem esse videtur, in iuuenta rubens, et senecta albescens, non nisi cauis haec ossibus: nec cruribus iumentorum aut canum; quare fracta non ferruminantur, quod defluente euenit medulla. Est autem pinguis iis, quibus adeps, seuosa cornigeris, neruosa et in spina tantum dorsi ossa non habentibus, vt piscium generi: vrsis nulla, leoni in feminum et brachiorum ossibus, paucis exigua admodum, sed iis in tanta duritie, vt ignis elidatur, velut e silice.* vbi in postremis scribendum *ceteris enim est tanta duritia* ex Vincentio Sp. nat. 21. c. 6. Cetera duxit Plinius ex loco nostri de Partibus 2, 6. qui cum hoc comparandus est, et supra 3, 7.

CAPVT XVI. (vulgo adhuc XX.)

σύμφυτα] Rhen. *σύμφυλλα.* Deinde *τὸ μὲν καὶ ἀποκεκριμένον* Thomae versio reddit. Postea *ἐν* ante *ἅπασιν* ex

eadem inserui. Articulum τὸ ante γάλα omisit Rhen. Denique ἐνίοις οἷον οἱ καλ. θοροὶ ἐν ἰχθύσιν vulgatum ex Med. Rhen. versione Thomae correxit Camus.

ἔχει τὸ γάλα] Articulum omittit Rhen. Deinde ὅσα ζωοτόκα Vat. Reg. Deinceps δελφὶς καὶ φάλαινα καὶ φώκη meliore ordine scriptum vertit Thomas: *delphis, balaena et bos marinus.* φάλλαινα Med. hic et alibi. Pro γάλα Rhen. male τἄλλα habet. Plinius 11. s. 95. *et balaenae autem vitulique mammis nutriunt fetus.*

οἷον ἰχθὺς καὶ ὄρνις] Reg. ἰχθύες καὶ ὄρνιθες cum Scoti et Gazae versione, quod recepit Camus.

2. ὃ καλεῖται ὀῤῥὸς] Desiderat graecismus ὅς. Deinceps ἡμετέρων Med. Male Casaubonus putabat desiderari post hoc vocabulum aliquid, veluti τὰ μὴ ἀμφώδοντα. Intelligitur enim facile τὸ γάλα. Plinius 11. s. 98. *Caseus non fit ex vtrinque dentatis, quoniam eorum lac non coit. Tenuissimum camelis, mox equis: crassissimum asinae, vt quo coaguli vice vtantur. — Omne autem igne spissatur, frigore serescit. Bubulum caseo fertilius, quam caprinum, ex eadem mensura pene altero tanto. Quae plures quaternis mammas* (i. e. papillas) *habent, caseo inutilia, et meliora quae binas.*

3. πρὶν ἢ ἔγκυον] Ita ex V. R. dedit Camus pro πρὶν μέν. Junt. Camot. Med. Rhen. πρὶν μή. Vatic. hic et vbique ἔγγυον habet. Paulo antea διαῤῥοῦται Med. Reg.

καὶ ὕστερον] Varro R. R. 2, 11, 2. *a mulgendo atque ortu optimum id est, quod neque emunctum longe abest a mulso neque a partu continuo est sumtum.* vbi recte correxit Vrsinus: *a mulgendo, quod optimum est id, quod neque longe abest neque a partu continuo est mulctum.*

ὀλίγον] Ex versione Thomae, vbi *paucum*, vulgatum ὀλίγα correxi. Deinde ἐπιτιθέσθαι Vat. Reg. Postea λαμβάνουσι — τρίβοντες Thomas vertit *accipiunt fricantes*, κνήδην Basil.]

4. ἀνθρώπῳ ὡς ἐπιτοπολὺ οὐ γίγνεται] Vulgatum ἀν-

θρώπῳ ἐν οὐδενὶ μὲν ὡς ἐπιτοπολὺ γίνεται γ. ex V. R. A. et versione Thomae correxit Camus. Deinceps ἔν τισι δὲ γίνεται ex V. R. A. dedit Camus. Postea αἰγὶ ἐκ μαστῶν ex Rhen. et versione Thomae correxi. Pro vulgato ἄῤῥεν indidem ἄῤῥην scripsi et articulum de meo inserui. Post ὀχεύσαντος versio Thomae αὐτοῦ inserit, quod non necesse. Articulum τῷ ante ἐν Λήμνῳ ex Codd. suis et Rhen. inseruit Camus. Camot. μαντευσαμένοις, Med. μαντευομένῳ. Denique χρημάτων margo habet Rhen. pro κτημάτων, quae erat scriptura Edd. pr. excepta Camotiana, et Codd. V. R. A. Antigonus c. 26. ex h. l. retulit ἐν Λήμνῳ ἀμελχθῆναι γάλα τραγου τοσοῦτον, ὥστε τροφαλίδας γενέσθαι. vbi exempla plura collecta annotauit Beckmann p. 49. Similem hircum visum a se testatur Blumenbach Physiologiae p. 435.

5. ἡ — ἐλαιώδης] Med. Rhen. ὃ — ἐλαιῶδες. Versio Thomae scriptum λιπαρότης, καὶ ἐν — ἐλαιῶδες reddidit. Deinceps vulgatum καὶ ὅπου πλεῖον correxi. Med. καὶ ὅπου πῖον habet. *et quibuscunque fit copia caprini* Gazae versio. Aliud scriptum vertit Thomas: *vbi coagulum caprinum miscent.* Igitur πύον aut πυετίαν legit.

πήγνυται δὲ μάλιστα] Rhen. δὲ οὐ μάλιστα τὸ τυρὸν — αὐχμηρότερον. Etiam Thomae versio: *sed quod siccius habet.* Igitur πλέον ante ἔχον non legit, quod cum V. R. versionibus Gazae et Scoti omisit Camus.

μάλιστα μὲν] Rhen. μάλιστα οὖν, omissis καὶ τὸ αἴγειον. Deinde ἵπποιν Aldina, ἵππιον Junt. Camot. καὶ ὄνειον omisso articulo Rhen.

6. Ἔνεστι δὲ] Ita pro Ἔστι dedi ex versione Thomae. Deinceps τρυφαλίδας vulgatum correxi. Miror interpretes, qui hoc tolerarunt, cum supra sect. 4. τροφαλίδας dedissent. Pro μιᾶς δεουσης Thomae versio habet *tympera vna quidem existente.* Igitur μιᾶς μὲν οὔσης scriptum legit.

πλῆθος δ' οὐδὲν οὔτε] Vulgatum πλῆθος δὲ οὔτε correxi ex Rhen. et versione Thomae, vbi est: *multitudinem au-*

tem nullam neque. Deinde δυεῖν dedi ex Rhen. pro δυοῖν. Postea εἰς ἔρια — ἐκπληθῇ idem liber, ex quo vulgatum in fine ἐκπήγνυσι correxi.

6. *θηλαζόντων*] Locum hunc de coagulo, vnde vulgo Caput XXI. exordiuntur inepte, Codices mirum in modum variatum habent. Vulgo erat: *θηλαζόντων ἐστὶν ἐν τῇ κοιλίᾳ· γίνεται οὖν ἡ πυετία γάλα ἔχον ἐν ἑαυτῷ πῦρ, ὃ ἐκ τῆς τοῦ ζώου θ.* Nihil mutauit Camus. In Reg. margo *τυρὸν* habet pro *πῦρ*. Medic. *τυρόν· ἐκ δὲ τῆς* habet cum Rhen. Gazae versio: *est ergo coagulum lac ignem habens intra sese, quod cum animalis tepore concoqueretur, caseum traxerit.* Thomae: *Adhuc autem lactentium est in ventre; fit quidem ergo coagulum lac habens in se ipso caseum: ex animalis autem caliditate decocto lacte.* Albertus vulgarem lectionem reddere videtur. In Rhen. margo tanquam vulgarem lectionem hanc habet: *θηλαζόντων. τοῦτο γὰρ ἐν τῇ κοιλίᾳ γίνεται γὰρ ἡ πυετία γάλα ἔχον ἐν ἑαυτῷ πῦρ·* Thomas scriptum legit: *γίνεται μὲν οὖν.* In vulgata scriptura tentauit quaedam C. Hoffmann Var. Lect. p. 89. sed nihil nisi verborum ordinem mutauit infelix ille Criticus. Addo nunc locum de Partibus 3, 15. *ἔχουσι δὲ τὴν καλουμένην πυετίαν τὰ μὲν πολύκοιλα πάντα, τῶν δὲ μονοκοίλων δασύπους. Ἔχει δὲ τὰ ἔχοντα τῶν πολυκοίλων τὴν πυετίαν οὔτ' ἐν τῇ μεγάλῃ κοιλίᾳ οὔτ' ἐν τῷ κεκρυφάλῳ οὔτ' ἐν τῷ τελευταίῳ ἠνύστρῳ, ἀλλ' ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ τελευταίου καὶ δύο τῶν πρώτων ἐν τῷ καλουμένῳ ἐχίνῳ· ἔχει δὲ ταῦτα πάντα πυετίαν διὰ τὴν παχύτητα τοῦ γάλακτος· τὰ δὲ μονόκοιλα οὐκ ἔχει· λεπτὸν γὰρ τὸ γάλα τῶν μονοκοίλων. Διὸ τῶν μὲν κερατοφόρων πήγνυται, τῶν δ' ἀκεράτων οὐ πήγνυται τὸ γάλα. Τῷ δὲ δασύποδι γίγνεται πυετία διὰ τὸ νέμεσθαι ὀπώδη πόαν· ὁ γὰρ τοιοῦτος χυμὸς συνίστησιν ἐν τῇ κοιλίᾳ τὸ γάλα τοῖς ἐμβρύοις. Διότι δὲ τοῖς πολυκοίλοις ἐν τῷ ἐχίνῳ γίνεται ἡ πυετία, εἴρηται ἐν τοῖς προβλήμασι.* Sed locus Problematis hodie non extat. Ceterum ibi versio Thomae *viridem herbam* interpretata potius *ποώδη πόαν* scriptum

reddidisse videtur. ὀπώδης est succo fici simili succo turgida herba. Acetosellam interpretatur Hartmann de Phoca cap. 8.

καὶ ἡ τοῦ δασύποδος] Versio Gazae: *atque etiam quod leporis est*. Thomae: *et quidem lepusculi*. Legit igitur scriptum καὶ μὲν ἡ τοῦ δασύποδος. Deinceps ἀρίστη δὲ πυετία νεβροῦ Rhen. Plinius 11. s. 96. *Coagulum hinnulei, leporis, hoedi laudatum. Praecipuum tamen dasypodis, quod et profluuio alui medetur, vnius vtrinque dentatorum.*

τὸ πλεῖον ἱμᾶσθαι ἢ ἔλαττον γάλα] Vulgatum τὸ πλέον ἢ ἔλαττον βδάλλεσθαι γάλα correxi ex Rhen. qui tamen τῷ habet. Pro ἐν Φάσει versio Alberti habet *in Epheso*. ἐν Φάσιδι Vatic.

αἱ μεγάλαι] Omisit haec versio Thomae, vbi est: *epyrontae autem vacoas idt*. Deinceps vulgatum βδάλλεται correxi e Rhen. et statim vulgatum γίνεται δὲ ζῶα [οὐ] καὶ τἄλλα μεγάλα τετράποδα ex Med. et tribus versionibus correxit Camus. Vulgatum οὐ ex ὄνου ortum deleri voluerat Sylburg. In versione Thomae est: *Fiunt autem praeter asinum et alia magis empize et quadrupedia.* suprascripto alio vocabulo supra *empize*. Camus ex suo libro posuit *fiunt praeter asinum et alia magna Epira quadrupedia.* In Rhenanii libro lacuna est magna. Copulam post εὐβοσίαν versio Thomae omisit. Ad mentionem canum Albertus haec apposuit: *et dicit Auicenna, quod canes illius terrae sunt maximi et hirsuti: et similiter est apud nos in zelandia, vbi sunt magnae vaccae: ibi enim etiam sunt maximi canes et hirsuti.*

Πυῤῥικὰ—Πύῤῥου] Noster infra 8, 7. διὸ οἱ ἐν τῇ Ἠπείρῳ τὰς καλουμένας Πυῤῥίχας βοῦς ἐννέα ἔτη διατηροῦσιν ἀνοχεύτους καὶ καλοῦσιν ἀποταύρους, ὅπως αὔξωνται. Τούτων δὲ τὸ μὲν πλῆθος εἶναί φασι περὶ τετρακοσίους, ἰδίους τῶν βασιλέων· ἐν ἄλλῃ δὲ ζῆν χώρᾳ οὐ δύνασθαι, καίτοι πεπειρᾶσθαι τινάς. Plinius 8. s. 70. *in nostro orbe Epiroticis laus maxima, a Pyrrhi, vt ferunt, iam inde regis*

cura. Id consecutus est, non ante quadrimatum ad partus vocando. Praegrandes itaque fuere, et hodieque reliquias stirpium durant. At nunc anniculae fecunditatem poscuntur. Obiter Epiroticarum vaccarum meminit Aelianus H. A. 3, 33. Idem 12. c. 11. boues Chaonios memorat, a Thessalis et Epirotis *λαρινοὺς* vocatos, *τῆς σπορᾶς τῆς τῶν Γηρυόνου βοῶν*. Athenaeus 9. p. 376. *λαρινοὺς* dictos ait *ἀπό τινος κώμης Ἠπειρωτικῆς Λαρίνης*, quanquam alii aliter. Scilicet Hercules Geryonae boues ex Erythia abactos dicitur per Epirum et Thesprotiam traduxisse, ex quibus sit orta illa stirps Epirotica. Apollodorus 2, 5, 10. *εἶχε δὲ φοινικᾶς βόας, ὧν ἦν βουκόλος Εὐρυτίων.* Hinc variae gentes stirpem duxisse obiter memorantur. Eosdem boues *κεστρίνους* in Larissa Thesprotiae appellatos fuisse tradunt Scholia ad Aristophanis Aues versu 465. et Pacem versu 924. exscripta a Suida in vocabulo *λαρινοί*. Ex Geryonae stirpe hac deriuabant etiam Syri boues magnos, quos *αἴθωνας, ruso colore,* vocat Oppianus Cyneg. 2, 102. *Πυῤῥικὰς* vel *Πυῤῥίχας* quidam a rege Pyrrho, alii a colore ruso deriuabant. Huc facit, quod Apollodorus Geryonae boues *φοινικᾶς,* Oppianus *αἴθωνας* appellant. Nescio, vnde sumserit Eustathius, quod posuit in Commentario ad Dionysii Perieg. versum 588. in insula Erythia ouium lac non facere *ὀῤῥὸν,* sed misceri aquam, atque ita caseum inde fieri. Varro R. R. 2, 5, 10. *Transmarini Epirotici non solum meliores totius Graeciae, sed etiam Italiae.* Columella 6, 1, 1. *aliae formae sunt Asiaticis, aliae Gallicis, Epiroticis* (bubus) *aliae.* De canibus Varro R. R. 2, 9, 5. *a regionibus appellantur Lacones, Epirotici, Sallentini.* Sunt Athamanes et Molossi, quos iuxta nominat Gratius versu 181. Molossos clamosos vocat Lucanus, tacitis canibus opponit Seneca Hippolyti versu 32.

8. *μηδικῇ*] Versio Scoti *melga* habet. Alberti: *sicut granum rubeum, quod melega vocatur, quod quidam surigum vocant.* Sequens *καὶ* seclusi post *ὄροβοι,* quod

plane omisit versio Thomae. κίτισος Aldina, Juntina, Camot. Codex Ambr.

πρὸς τὴν κτῆσιν] Scripturam κύησιν forte meliorem ita reddidit Thomae versio: *sicut ad ĩ vtõ habere confert et mulgentur.* Deinceps vulgatum βδάλλεσθαι ex Codd. suis et versione Thomae correxit Camus, qui πολὺ ex Med. vulgato πολλὴν substituit.

Γάλα δὲ ποιεῖ καὶ τῶν] Vulgatum πολὺ δὲ γάλα correxi ex versione Thomae, quae praeterea copulam καὶ omisit. Deinceps vulgatum πλῆθος ὀλίγον ὂν correxit Camus, sed omisso οἷον ex Med. et versione Thomae, Scoti, Gazae et Alberti. Χειμέρᾳ Med. καθιέναι Thomas vertit *descendere*, legit igitur κατιέναι. Ceterum quod ait τὰ φυσώδη lac augere, facit eo etiam Herodoti narratio de Scythis 4, 2. ἐπεὰν φυσητῆρας λάβωσι ὀστεΐνους — τούτους ἐσθέντες ἐς τῶν θηλέων ἵππων τὰ ἄρθρα φυσῶσι τοῖς στόμασι, ἄλλοι δὲ ἄλλων φυσεόντων ἀμέλγουσι. φασὶ δὲ τοῦδε ἕνεκε τόδε ποιέειν· τὰς φλέβας ἐμπίμπλασθαι φυσωμένας τῆς ἵππου καὶ τὸ οὖθαρ κατίεσθαι. Similem narrationem de camelis habet Niebuhr Descript. Arab. p. 165. de vaccis Promontorii Bonae Spei Mentzel Tom. II. p. 338. Contra Vcraniae vaccae rapto vitulo lac retinent nec vltra libidini indulgent, non amplius idoneae generationi. Cf. Hammard *Reise* Tom. I. p. 188.

9. πᾶσι τοῖς ἔχουσι] Vulgatum παρὰ τοῖς ἔχουσιν, ἂν ex Med. correxit Camus, consentiente versione Thomae, qui post ἔχουσι additum γάλα legit et vertit. Idem ἀμέλγεται γὰρ καὶ μῆνας ὀκτὼ scriptum vertit.

καὶ αἱ μέλαιναι] Ita vulgatum μέλανες ex Med. et versione Thomae correxit Camus, atque ita fieri voluit iam olim Sylburg. Deinceps vulgatum τροφιμώτατον ex Med. correxit Camus. Sequens ἐλάττονα vulgato ἔλαττον ex emendatione Sylburgii substitui.

CAPVT XVII. (vulgo XXII.)

Ἡρόδοτος] Libro 3. p. 125. quem tamen defendere conatus est Paw *Recherches sur les Americains* I. p. 179.

ἐν δὲ τοῖς πάγοις] De Generatione 2, 2. *τὸ δὲ σπέρμα οὐ πήγνυται τιθέμενον ἐν τοῖς πάγοις ὑπαίθριον, ἀλλ' ὑγραίνεται, ὡς ὑπὸ τοῦ ἐναντίου παχυνθέν.*

καὶ ὅπερ Κτησίας] Copulam omisit versio Thomae. Ex Mediceo Camus ὃ ὁ *Κτησίας* dedit. Noster de Generat. 2, 2. *Ἡρόδοτος γὰρ οὐκ ἀληθῆ λέγει φάσκων μέλαιναν εἶναι τὴν τῶν Αἰθιόπων γονήν.* et paulo antea: *Κτησίας γὰρ ὁ Κνίδιος ἃ περὶ τοῦ σπέρματος τῶν ἐλεφάντων εἴρηκε, φανερός ἐστιν ἐψευσμένος· φησὶ γὰρ οὕτω σκληρύνεσθαι ξηραινόμενον, ὥστε γίγνεσθαι ἠλέκτρῳ ὅμοιον.*

ADNOTATIONES

AD LIBRI IV. CAPVT I.

Ταῦτα πλείω] Ex Med. et versione Thomae ταῦτα inseruit Camus. Antea νῦν Med. Plinius 9, 28. *Piscium quidam sanguine carent, de quibus dicemus. Sunt autem tria genera. In primis quae mollia appellantur: deinde contecta crustis tenuibus: postrema testis conclusa duris. Mollia sunt loligo, sepia, polypus et caetera eius generis. His caput inter pedes et ventrem, pediculi octoni omnibus.*

ἔναιμα τῶν ζώων] Verba duo postrema cum Camot. Med. et versione Thomae addidi, vti Sylb. quae iterum omisit Camus. Deinceps οἷον καὶ τὸ σηπιῶν Med.

2. ἔτι δὲ τὸ] Vulgatum ἓν δὲ τὸ—ἐστιν ὅσα τὸ μὲν στερεὸν ἐκτὸς ἔχουσιν ex versione Thomae emendaui. Medic. τὰ δὲ μαλ. ταῦτα δ' ἐστὶν ὅσων ἐκτὸς τὸ στ. ἐντὸς δὲ μαλακόν.

φλαστὸν] Med. Can. θλαστὸν, Reg. φλαυστόν. *frangibile* versio Thomae. Deinceps τε ante τῶν καράβων ex Codd. inseruit Camus. Cf. ad sect. 10.

Ἔτι δὲ τὰ ὀστ.] Ex Vat. R. A. ἓν δὲ τῶν ὀστρακοδέρμων edidit Camus. *vnum autem ostracoderma* versio Thomae. Deinceps θλαστὸν Med. φλαυστὸν Ambr. *comminuibile et igossa frangibile sed non per inflexionem confringibile* versio Thomae. Postea κοχλίων ex Camot. Med. dedi pro κόχλων. *conchiliorum* Thomas.

3. ἀνόμοια] Ita pro ἀνώνυμα ex Codd. versione Thomae

et Gazae scripsit Camus. Deinde *μηλλολόνϑη* Med. Postea *τὸ δ' αὐτὸ γένος αὐτῶν ἐστι* vulgatum ex Vatic. correxi omisso *αὐτῶν*. De formicis alatis nescio vnde Eustathius ad Odysseam p. 508. ed. Basil. *ἰστέον δὲ ὅτι λέγονται μὲν παρὰ τοῖς παλαιοῖς νύμφαι οἱ μύρμηκες οἱ πτερωτοὶ καὶ οἱ ἐν κήποις δὲ σκώληκες*. Hesychius: *νύμφαι οἱ πτερωτοὶ μύρμηκες καὶ οἱ σκώληκες οἱ πτεροφυοῦντες οἱ ἐν τοῖς τῶν μελιττῶν κυττάροις*. Idem in *νύμφη — καὶ ὁ ἐν τοῖς μελισσείοις σκώληξ*. Photius et Suidas: *νύμφαι, σκώληκες οἱ ἐν τοῖς τῶν μελιττῶν κυττάροις, ὅταν ἤδη πτεροποιεῖν ἄρξωνται· οἱ δὲ ἁπλῶς τοὺς πτερωτοὺς σκώληκας*. Photius idem: *Σέρφοι οἱ πτερωτοὶ μύρμηκες, οὓς ἡμεῖς νύμφας· οὕτω Δίδυμος. Κάσσιος δὲ Λογγῖνος σέρφος πτηνόν τι μακρὸν (μικρὸν) κώνωπι ἐμφερὲς κατὰ τὸ μέγεθος· μετὰ δὲ τοῦ τ στέρφους φασὶν εἶναι τοὺς πτερωτοὺς μύρμηκας.*

πυγολαμπίδες] De quibus iterum infra 5, 19. vbi vide dicenda. Hic *πτερόποδες* Reg. Vat. Ambr. habent. Versio Thomae *picopides*. Camus posuit e suo libro *pikokpis*, in quo *πτερόποδες* etiam, ignotum aliunde nomen, latere videtur.

4. *τάδ' ἐστιν· ἓν*] Ita pro *ταῦτά ἐστιν* ex Mediceo dedi et Vatic. Deinde *ὀνομαζόμενοι* iidem libri. Postea *περιέχει τὰ ἐντὸς* dedi ex Veneto et Camotiana. *τἄντος* Medicei eodem pertinet. Vulgatum *πᾶν τὸ σῶμα* sensum non habet in hoc genere animalium. Recte etiam Gaza: *alueus siue sinus continens interiora.* Hoc annotasse magis ad munus interpretis pertinebat, quam *κέφαλον* in Aldina pro *κεφαλὴν* positum, in quo *κέλυφος* latere suspicabatur Scaliger.

ἔτι δὲ πτερύγια] Leon. Isingr. *ἔστι δὲ πτ.* habent. Deinceps vulgatum *δ' ἐν πᾶσι* ex versione Thomae correxi omissa praepositione *ἐν*.

5. *ὀκτὼ ἔχει*] Vulgo intersertum *πάντα* cum versione Thomae omisi, et sequens *πάντα* vulgato *πάντας* substitui

cum Camo ex Med. versione Thomae et Gazae. πάντας hoc omittunt V. R. A.

τεῦθοι] Ex Camotiana scripsi pro τευθοί. Deinde vulgarem scripturam et interpunctionem μακρὰς ἐπ' ἄκρων, τραχύτητα inserta copula καὶ et commate remoto correxit tacitus Camus. δικότυλον *bifurcatam* vertit Thomas.

ἄγκυραν] Camot. ἀγκύρας. Deinde cum Leon. νεύουσι. Versio Thomae ἀποσαλεύουσι reddit *sub illas mouetur*. Sequens δ' ὥσπερ πτερυγίοις inserto ὥσπερ ex Med. posui: postea ἃ ἔχουσιν ex V. A. dedit Camus. Denique παρὰ τὸ κύτος Vat. Plinius: *Sepiae et loligini pedes duo ex his longissimi et asperi, quibus ad ora admouent cibos, et in fluctibus se velut anchoris stabiliunt: ceteri cirri, quibus venantur.* Athenaeus 7. p. 323. ex nostro retulit: λέγεται δὲ, ὡς ὅταν ὁ χειμὼν γένηται, τῶν πετριδίων ὥσπερ ἀγκύραις ταῖς προβοσκίσι λαμβανόμεναι ὁρμοῦσι.

προσάγεται δὲ ταῖς] Vulgatum προσάγει μὲν οὖν ταῖς ex Med. Canis. versione Thomae correxi. Deinde παράλευκος V. R. A. quod *albicans* reddidit Gaza. Sequentia ἔστι δ' αὕτη ἐπὶ τῇ ῥάχει vertit Gaza *dorsoque adnexum*, Camus *il est placé sur l' épine*: multo ineptius. Plinius 9. c. 29. *Polyporum multa genera, terreni maiores quam pelagii: omnes brachiis vt pedibus ac manibus vtuntur: cauda vero, quae est bisulca et acuta, in coitu. Est polypis fistula in dorso, qua transmittunt mare, eamque modo in dextram partem, modo in sinistram transferunt. Natant obliqui in caput, quod praedurum est sufflatione viuentibus.* Quae sunt plane ineptissima, nisi librariorum error intercesserit. Sed recte monuit L. Th. Gronouius ad h. l. p. 105. scribendum esse *sufflatum viuentibus*. Conr. Gesner recte Hesychii glossam comparauit, qui πρῆθμα interpretatur πολύποδος κεφαλή. ἔνιοι πλεκτάνη. Est a verbo πρήθω, quod inflo et sufflo significat, deriuatum vocabulum. Albertus ita p. 56. a. *pedes autem horum animalium habent extrema valde acuta, sicut extremitates pedum cancri fluuiatilis, et*

color pedum ipsorum declinat ad albedinem, et quilibet eorum est fissus in duo, sicut pedes cancri, vt diximus: et radix siue principium cuiuslibet cruris est in parte spondilis dorsi eius; et in hoc differunt a cancri pedibus: quorum radix est in imo sub ventre; sed in hoc animali non est spondile, sicut in animalibus sanguinem habentibus; quod illa habent dorsum compositum ex multis spondilibus, in hoc autem animali dicitur spondile pleuis (sic) *quae venit per dorsum ipsius.* Male is ad omnes pedes transtulit, quod est de vno apud Philosophum. Male etiam *ῥάχιν* de dorso et superiore eius parte interpretatur, cum in pedibus polyporum sit pars laeuis, inferior vero *τραχύτητα δικότυλον* habeat. Hoc ipsum significare videtur noster, dum ait *οὗ πρόσω αἱ κοτ. εἰσὶ,* quae vertit Thomas *ante quod — sunt.* Camus: *sur le devant de laquelle commencent les cellules.* Vterque igitur anteriorem partem pedis, non inferiorem, interpretatur, quod magis cum vi verbi *πρόσω* conuenit. Sed praeterea mirum, vnde Albertus duxerit *et radix siue principium — est in parte* etc. An legit *ἐστὶ δ' ἡ ἀρχὴ* scriptum? Vulgatum *αὕτη* de positione pedis ipsius respectu corporis interpretari non licet, cum *ῥάχις* sit ipsius pedis pars. Igitur *αὕτη* ad postremum *δικρόαν,* non ad vocabulum *πλεκτανῶν* referendum videtur, vt haec bifurca pars dicatur esse in superiori pedis parte, ante seriem acetabulorum posita. Nemo adhuc tale quid in polypis aut reliqnis speciebus obseruauit. Vide Dissertationem meam de Molluscis p. 20. Sed ipse noster iterum infra 5, 12. de hac parte ita: differt mas polypus a femina corporis proceritate: *καὶ τὸ καλούμενον ὑπὸ τῶν ἁλιέων αἰδοῖον ἐν τῇ πλεκτάνῃ λευκόν.* Sed tertio loco de Gener. 1, 15. est: *ἡ δὲ τῆς πλεκτάνης τοῦ ἄῤῥενος διὰ τοῦ αὐλοῦ δίεσις ἐπὶ τῶν πολυπόδων, ἥ φασιν ὀχεύειν πλεκτάνῃ οἱ ἁλιεῖς, συμπλοκῆς χάριν ἐστὶν, ἀλλ' οὐχ ὡς ὀργάνου χρησίμου πρὸς τὴν γένεσιν· ἔξω γάρ ἐστι τοῦ πόρου καὶ τοῦ σώματος.* Mihi rebus omnibus rite pensitatis in *δικρόα* et sequentibus

mentio duorum magnorum acetabulorum latere videtur, quibus brachium hoc distinguit noster infra 5, 6. (vulgo 6.) Forte igitur scriptum fuit: *καὶ ἐξ ἄκρου δύο κοτυληδόνες μεγάλαι ὑπὸ τῇ ῥάχει· καλεῖται* etc.

μεταβάλλει δὲ τοῦτον] Vulgatum *τοῦτο* ex Med. versione Thomae et Scoti correxi. Deinde *εἰς ἀριστερὰ* Medic. Postea *δὲ τὸν θορὸν* versio Thomae et Scoti. Med. Canis. *ἀφίησι δὲ ἕκαστον θορὸν ταύτῃ. emittunt autem thorum singula hac* versio Thomae. Denique *πλαγίως* Med. *lateraliter* Thomas.

8. *οἵ τε πολύποδες*] Thomae versio *τε* omisit. Post *μαλακίων* Vat. et Ambr. addunt *τὰ τῶν πολυποδίων*. Post *ἐπ' αὐτοῖς* vulgo additum *τούτοις* cum V. R. A. omisit Camus. *ἐν αὐτοῖς* omisso *τούτοις* Med. et versio Thomae.

αὐτῶν δὲ πρὸς αὐτὰ] Intellige *διαφορά ἐστι*. Sed ita sequi solet, vt hic expectabam: *μακρότερόν γάρ ἐστιν*. Deinceps *τεῦθοι* dedi pro *τευθοὶ* cum Med. qui *ἔτι πολὺ* habet. Postea *γίνονται* Leon. et Camot. hic et in seqq. habent, vbi tacitus saepenumero *γ* omissum inserui. Denique *μείζους ἔτι* pro *ἐπὶ* posui ex Med. et versione Thomae, provt scribi voluit Sylburg.

9. *τὸ γένος ὀλίγον*] Conr. Gesner Hist. Aquat. p. 584. *τι γένος ὀλ.* malebat, *paruum quoddam genus*, inductus forte eam in opinionem a Gaza, qui vertit *lolliorum genus pusillum admodum est, et facie quoque a lolligine differt*, cum deberet *rarum*. Deinceps *διαφέρει δὲ τὸ σχῆμα τῶν τευθίδων ὁ τεῦθος* Medic. Postea *ὀξὺ τῶν τευθίδων* Vat. Reg. Denique versio Thomae: *est autem genus paruum teuthorum*. Contra rectius Albertus seu Scotus *modus — rarus habet*.

ἐλλείπει] Hoc in locum glossae *ἔλασσον* restituit Camus ex Med. Canis. *deficit* Thomae versio. Albertus: *in ala sunt diuisiones et vacuitates plures*, inepte, reddit tamen *ἐλλείπει*. Postea *πλάγιον* reddit Thomas *laterale*. Athenaeus quasi ex Aristotele haec posuit 7. p. 326. *Ὁ δὲ τεῦθος*

μόνῳ τούτῳ διαφέρει τῷ μεγέθει· γίνεται δὲ καὶ τριῶν σπιθαμῶν. τὸ δὲ χρῶμά ἐστιν ὑπέρυθρος, καὶ τῶν ὀδόντων τὸν μὲν κάτω ἐλάττονα ἔχει, τὸν δὲ ἄνω μείζονα, ἄμφω δὲ μέλανας καὶ ὁμοίους ῥύγχει ἱέρακος, ἀνασχισθεὶς δὲ κοιλίαν ἔχει ὁμοίαν ταῖς ὑείαις. quae falsa vt sint, videtur in causa esse inscitia excerptoris.

ὀδόντες] De Partibus 4, 5. *ἔχουσι δὲ τὰ μὲν μαλάκια περὶ τὸ καλούμενον στόμα δύο ὀδόντας καὶ ἐν τῷ στόματι ἀντὶ γλώττης σαρκῶδές τι, ᾧ κρίνουσι τὴν ἐν τοῖς ἐδεστοῖς ἡδονήν.* Athenaeus 7. p. 323. ex nostro haec retulit: *τὴν σηπίαν δέ φησι πόδας ἔχειν ὀκτώ, ὧν τοὺς ὑποκάτω δύο μεγίστους, προβοσκίδας δύο, καὶ μεταξὺ αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ στόμα. ἔχει δὲ καὶ ὀδόντας δύο, τὸν μὲν ἄνω, τὸν δὲ κάτω, καὶ τὸ λεγόμενον ὄστρακον ἐν τῷ νώτῳ· ἐν δὲ τῇ μύτιδι ὁ θολός ἐστιν· αὕτη δὲ κεῖται παρ᾽ αὐτὸ τὸ στόμα, κύστεως τρόπον ἐπέχουσα.* Quae rectius leguntur de Partibus 4, 9. de sepiis et teuthidibus: *αἱ μὲν γὰρ τοὺς ἄνωθεν τῶν ὀδόντων ἔχουσι καὶ τούτων τοὺς ἐσχάτους δύο μείζους, τοὺς δὲ λοιποὺς τῶν ὀκτὼ δύο κάτωθεν μεγίστους τούτων — καὶ οἱ ἔσχατοι δύο μείζους τῶν μέσων, ὅτι τούτοις συνυπηρετοῦσιν.* vbi ex Gazae Codice addenda sunt verba *ἓξ μικροὺς* hoc ordine: *ἄνωθεν τῶν ὀδόντων ἓξ μικροὺς ἔχουσι.* Gaza enim vertit: *pedes supra dentes senos exiguos eorumque nouissimos duos maiores.* Veram esse doctrinam Aristotelis docui de Molluscis p. 12. Addam nunc reliqua Athenaei verba ex nostro, vt ait, excerpta: *ἔστι δὲ ἡ κοιλία πλακώδης καὶ λεία, ὁμοία τοῖς τῶν βοῶν ἠνύστροις. Τρέφονται δὲ αἱ μικραὶ σηπίαι τοῖς λεπτοῖς ἰχθυδίοις, ἀποτείνουσαι τὰς προβοσκίδας ὥσπερ ὁρμιάς, καὶ ταύταις θηρεύουσαι.* Vbi vocabulum *πλακώδης* male vertunt *in latitudinem patens.* Aristoteles H. A. 2, 17. echinum ait ruminantium intus esse *τραχὺν καὶ πλακώδη,* contra *τὸ ἤνυστρον* habere *πλάκας πολλὰς καὶ μεγάλας καὶ λείας.* vbi Gaza *concellatum et crustatum,* deinde *cancellis et crustis* vertit. Vide ibi annotata.

ἐγκέφαλον μικρόν] Cf. ad sect. 13. dicenda.

10. *οὐδέν*] Vulgatum, quanquam Atticorum proprium, *οὐδὲ ἓν* ex Med. mutaui; forte *οὐθὲν* scribere debuissem, quo noster saepissime vtitur.

σὰρξ σχιστή] De Partibus 2, 8. *τὰ μὲν μαλάκια σχεδὸν ὅλα σαρκώδη καὶ μαλακά· πρὸς δὲ τὸ μὴ εὔφθαρτον εἶναι τὸ σῶμα αὐτῶν, καθάπερ τὰ σαρκώδη, μεταξὺ σαρκὸς καὶ νεύρου τὴν φύσιν ἔχει· μαλακὸν μὲν γὰρ ὥσπερ σάρξ ἐστιν, ἔχει δὲ τάσιν ὥσπερ νεῦρον· τὴν δὲ σχίσιν ἔχει τῆς σαρκὸς οὐ κατ' εὐθυωρίαν, ἀλλὰ κατὰ κύκλους διαιρετήν. — ὑπάρχει δὲ ἐν αὐτοῖς καὶ τὸ ἀνάλογον ταῖς τῶν ἰχθύων ἀκάνθαις, οἷον ἐν μὲν ταῖς σηπίαις τὸ καλούμενον σηπίον, ἐν δὲ ταῖς τευθίσι τὸ καλούμενον ξίφος· τὰ δὲ τῶν πολυπόδων τοιοῦτον οὐδὲν ἔχει, διὰ τὸ μικρὸν ἔχειν τὸ κύτος, τὴν καλουμένην κεφαλὴν, θάτερα δ' εὐμήκη.* vbi vulgatum *τὴν δὲ φύσιν ἔχει* ex Codice Accoramboni, versione Thomae et Gazae in *σχίσιν* mutaui. Plinius 11. s. 87. *Aquatilium mollibus nulla ossa, sed corpus circulis carnis vinctum, vt sepiae atque loligini.*

μέγαν καὶ περιφερῆ] Vulgatum *παρεμφερῆ ὄρνιθι* ex Med. mutaui, quocum facit versio Thomae: *prolobum magnum et circularem quasi auium. παραφερῆ ὀρνιθώδη* Canis. *ἐμφερῆ ὄρνιθι* Reg. Forte nihil mutandum fuit, quanquam figura rotunda in plurimis adsit. *ὄρνιθι* dictum esse potuit pro *ὀρνιθείῳ*. Sequens *ὅμοιον* ex Med. Canis. dedi pro *ὁμοία*. Indidem est *ἕλικι* pro *ἑλίκῃ*. *reuolutioni* versio Thomae.

οἰσοφάγον — ἔντερον] De Partibus 4, 5. *μετὰ δὲ τὸ στόμα τοῖς μαλακίοις ἐστὶ στόμαχος μακρὸς, τούτου δ' ἐχόμενος ὁ πρόλοβος οἷόσπερ τοῖς ὄρνισιν, εἶτα συνεχὴς κοιλία, καὶ ταύτης ἐχόμενον ἔντερον ἁπλοῦν* (*expansum* Thomae) *μέχρι τῆς ἐξόδου. Ταῖς μὲν οὖν σηπίαις καὶ τοῖς πολύποσιν ὅμοιά καὶ τοῖς σχήμασι καὶ τῇ ἁφῇ τὰ περὶ τὴν κοιλίαν· ταῖς δὲ καλουμέναις τευθίσι δύο μὲν ὁμοίως αἱ κοιλιώδεις εἰσὶν ὑποδοχαὶ, ἧττον δὲ προλοβώδης ἡ ἑτέρα;*

καὶ τοῖς σχήμασιν ἐκείνων διαφέρουσιν; διὰ τὸ καὶ τὸ σῶμα πᾶν ἐκ μαλακωτέρας συνεστάναι σαρκός.

παχύτερον] *grossius* Thomae, *spissius* Alberto, *laxius* Gazae. Scaliger *πλατύτερον* malebat, quod in Vaticano reperit Salvianus.

11. *σπλάγχνον δ' οὐδὲν*] De Partibus 4, 5. *τὰ δὲ καλούμενα μαλάκια καὶ μαλακόστρακα πολλὴν ἔχει πρὸς ταῦτα διαφοράν· εὐθὺς οὐκ τὴν τῶν σπλάγχνων ἅπασαν οὐκ ἔχει φύσιν· ὁμοίως δὲ οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀναίμων οὐδέν. — ἔτι δὲ ὧν ἕνεκεν ἔχουσι τὰ σπλάγχνα τὰ ἔναιμα τῶν ζώων, οὐδὲν ὑπάρχει τοῖς τοιούτοις· οὔτε γὰρ φλέβας ἔχουσιν οὔτε κύστιν, οὔτ' ἀναπνέουσιν, ἀλλὰ μόνον ἀναγκαῖον ἔχειν αὐτοῖς τὸ ἀνάλογον τῇ καρδίᾳ.* etc.

μύτιν] Med. Canis. Venet. *μύστιν — θορὸν* habent. Versio Thomae: *mistim et in hac tholum vel thorum unum nigrum.* Ego in libro Lips. legi *intestini* pro *mistim* scriptum. Scotus: *membrum quod dicitur mastix, in quo est sperma et nigrum.* Vat. *θόλον* habet.

θολόν] De Partibus 4, 5. *πρὸς βοήθειαν δὲ καὶ σωτηρίαν ἔχει ταῦτα τὸν καλούμενον θολὸν ἐν χιτῶνι ὑμενώδει προσπεφυκότα* (*quoddam nigrum — copulatum* versio Thomae) *τὴν ἔξοδον ἔχοντι καὶ τὸ πέρας, ᾗπερ ἀφιᾶσι τὸ περίττωμα τῆς κοιλίας* (male *τὰ ἔντερα* inseruit Thomas) *κατὰ τὸν καλούμενον αὐλόν· Οὗτος δ' ἐστὶν ἐν τοῖς ὑπτίοις. Ἔχει μὲν οὖν πάντα τὰ μαλάκια τοῦτο τὸ μόριον ἴδιον, μάλιστα δὲ ἡ σηπία καὶ πλεῖστον· ὅταν γὰρ φοβηθῶσι καὶ δεδίωσιν, οἷον φράγμα πρὸ τοῦ σώματος ποιοῦνται τὴν τοῦ ὑγροῦ μελανίαν καὶ θόλωσιν. Αἱ μὲν οὖν τευθίδες καὶ πολύποδες ἔχουσιν ἄνωθεν τὸν θολὸν ἐπὶ τῇ μύτιδι μᾶλλον, ἡ δὲ σηπία πρὸς τῇ κοιλίᾳ κάτω· πλείω γὰρ ἔχει, διὰ τὸ χρῆσθαι μᾶλλον. Τοῦτο δ' αὐτῇ συμβαίνει, διὰ τὸ πρόσγειον μὲν εἶναι τὸν βίον αὐτῆς, μὴ ἔχειν δὲ ἄλλην βοήθειαν, ὥσπερ ὁ πολύπους· ὁ γὰρ πολύπους ἔχει τὰς πλεκτάνας χρησίμους καὶ τὴν χρώματος μεταβολήν, ἣ συμβαίνει αὐτῷ ὥσπερ καὶ ἡ τοῦ θολοῦ πρόε-*

σις διὰ δειλίαν. Ἡ δὲ τευθὶς πελάγιόν ἐστι μόνον τούτων. Πλείω μὲν οὖν ἔχει ἡ σηπία παρὰ τοῦτο τὸν θολὸν, κάτω δὲ, διὰ τὸ πλείω. Ῥάδιον γάρ ἐστι προΐεσθαι καὶ πόῤῥωθεν ἀπὸ τοῦ πλείονος. Γίγνεται δὲ ὁ θολὸς, καθάπερ τοῖς ὄρνισιν ὑπόστημα τὸ λευκὸν ἐπὶ τοῦ περιττώματος γεῶδες, οὕτω καὶ τούτοις ὁ θολὸς, διὰ τὸ μηδὲ ταῦτα ἔχειν τὴν κύστιν. Ἐκκρίνεται γὰρ τὸ γεωδέστατον εἰς αὐτόν· καὶ τῇ σηπίᾳ πλεῖστον, διὰ τὸ πλεῖστον ἔχειν γεῶδες. Σημεῖον δὲ τὸ σηπίον τοιοῦτον ὄν. Τοῦτο γὰρ ὁ μὲν πολύπους οὐκ ἔχει, αἱ δὲ τευθίδες χονδρῶδες καὶ λεπτόν.

τοῦτον δὲ πλεῖστον αὐτῶν] Ita ex Med. scripsi pro vulgato τοῦτον δ' ἐπὶ πλεῖστον αὐτόν. Sylburgius iam voluit αὐτῶν scribi. *ad plurimum ipsorum* versio Thomae. αὐτῷ Vat. τούτου δὲ πλεῖστον αὐτῶν Venetus. Photii Lexicon p. 207. h. l. ita excerpsit: Μύστις, ὃ ἔχει ἀντὶ σπλάγχνων τὰ μὴ ἔχοντα σπλάγχνα ζῶα, ἐφ' οὗ τὸν θόλον, ὃν πλεῖστον καὶ μέγιστον ἡ σηπία ἔχει· κεῖται δὲ ὑπὸ τὸ στόμα· διὰ δὲ τῆς μύτιος ὁ στ. τείνει, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ ζώων φησίν.

μύτις] Versio Thomae cum Veneto (μύστις) *mystis*. Deinde vulgatum ἡ δὲ εἰς τὸ ἔντερον ἀνατείνει ex Med. Veneto, versione Thomae et Gazae correxit Camus, et tamen pessime vertit: *Le canal qui vient du reservoir* (mytis) *de l'encre tend en bas vers le même lieu que l'intestin: leurs extremités sont enveloppées d'une membrane commune.* Vulgatam lectionem sequi videtur hic et vbi πόρον pro θολὸν vulgo est. Sed hic *thorum* pro πόρον et deinde pro θολὸν habet versio Thomae. κάτωθεν ὁ θορὸς est in Veneto. Deinde ὑμένι περισχόμενον ἔχει τὸν θόρον idem habet.

12. τεύθῳ] Ita Camot. pro τευθῷ. Deinceps σηπίειον Ald. Med. σηπύειον Canis. *sepimen* vertit Thomas. Postea διαφέρει γάρ· ὅτι τὸ μὲν σήπιον Vat. *differt enim, quia sepimum* versio Thomae. Postea ψαδυρότητα Vat. R. ψαθηρότητα Junt. ψαθηρότητα Ambr.

στερεὸν οὐδὲν] Vulgo intersertum *τοιοῦτον* omisi cum V. R. A. *κεφαλὴν* statim dicit ipsum corpus, *κύτος* in sepiis et loliginibus. Ceterum Athenaeus tanquam ex nostro excerpta posuit haec 7. p. 326. *Ἀριστοτέλης εἶναι φησὶ καὶ ταύτην τῶν συναγελαζομένων, ἔχειν τε τὰ πλεῖστα τῆς σηπίας, τὸν τῶν ποδῶν ἀριθμὸν, τὰς προβοσκίδας. τῶν δὲ ταύτης ποδῶν οἱ μὲν κάτω μικροί εἰσιν, οἱ δ' ἄνω μείζους· καὶ τῶν προβοσκίδων ἡ δεξιὰ παχυτέρα, καὶ τὸ ὅλον σωμάτιον τρυφερὸν καὶ ὑπομηκέστερον· ἔχει δὲ καὶ θολὸν ἐν τῇ μύτιδι, οὐ μέλανα δὲ, ἀλλ' ὠχρὸν, καὶ τὸ ὄστρακον μικρὸν λίαν καὶ χονδρῶδες.* vbi Casaubonus *μύτει* dedit, Epitome Msta habet *μύτι*, Veneta et Basil. *κύστει*, Codex A: *μύστι*. De pedibus quae traduntur, falsa sunt, nisi potius scriptum fuerit olim *κάτω μακροί εἰσιν, οἱ ἄνω δύο ἔσχατοι μείζους*. Ita enim natura habet, et in sepia similia omnia sunt. De proboscide altera crassiore testatur experientia verum esse.

13. *ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου*] Supra sect. 9. erat: *ὧν* (*ὀφθαλμῶν*) *τὸ μεταξὺ μικρὸς χόνδρος ἔχων ἐγκέφαλον μικρόν.* Gaza haec nostra vertit: *meatus ille subditus gulae a cerebello in ima alvei pertendit.* Cum cerebri natura et situs sexu non differant in animalibus, de cerebro *πόρος* intelligi non potest, sed potius de partibus genitalibus, quorum situs et initium designatur verbis *ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου*, *a cerebro*. Cerebrum inclusum annulo cartilagineo medium inclusum et transeuntem habet oesophagum; igitur etiam hinc patet meatum hunc de cerebro non posse intelligi. Cerebrum polypi accuratissime descripsit post Tilesium, qui in sepia enarravit, *Cuvier Leçons d' Anatomie comparée* Tom. II. p. 299. seqq.

πρὸς ὃ τείνει — μαστῷ] Med. *ἔστι δὲ ὃ τείνει — μαστοῦ.* Deinceps *ἐρυθρά τε τὰ σωμάτια* Med. *σώματα* V. A, *rubea vasa continentia oua in feminis, lac in maribus* Albertus. Postea *ἔξωθεν καὶ μέγα* dedi pro *ἔξω δὲ κ. μ.* ex Mediceo. *deforis et magnum* versio Thomae. Denique *χρῶμα δὲ*

λευκὸν vertit Thomas: *color autem albus*, cum glossa in margine ab eadem manu: alias *rubeus*. Quam liber Lipsiensis non habet.

ἀγγεῖον] Plinius 9. s. 74. *Polypi hieme coëunt, pariunt vere oua tortili vibrata pampino tanta fecunditate, vt multitudinem ouorum occisi non recipiant cauo capitis, quo praegnantes tulere.*

14. διαγραφῆς] Supra 1, 17. διαγραφῆς τῆς ἐν ταῖς ἀνατομαῖς. 6, 11. ἀνατομῶν διαγεγραμμένων meminit. De Generat. 2, 7. ἐκ τῶν παραδειγμάτων τῶν ἐν ταῖς ἀνατομαῖς. Galenus Admin. Anatom. libro 6. τοιαῦτα δ' εἰσὶν ἐν ταῖς κεφαλικαῖς ὀνομαζομέναις δέλτοις ταῖς ἀρχαίαις. vnde patet, ipsa instrumenta anatomica fuisse in libris depicta. Cf. Phil. Jac. Hartmann de Peritia veterum anatomica p. 46. et 49.

πάντα δὲ τὰ ἄῤῥενα] Ambr. πάλιν δὲ τ. ἄ, habet. Deinde pro ταῦτα Sylb. malebat ταύτῃ. Postea ὄντα μελάντερα Med. Denique alterum πάντα ante ἔχει omisi cum M. V. et versione Thomae, qui pro τε vertit δέ.

ὀῤῥοπύγιον] Ita pro οὐροπύγιον ex Codd. Cami scribendum, cum ea scriptura in ceteris locis sit sine variatione.

15. ἄλλα τε δύο] Vatic. ἄλλο δὲ ἤ τε κ. teste Saluiano Aquatil. p. 161. b. Deinceps ἐλεώνη Canis. *eleanis* versio Thomae. Hesychius: ἐλεδώνη, ὁ πολύπους. Suidae ἐλεδόνη. Idem: ἐλεδώνη, ἄνθος. Iterum: Δελεδώνη, ὁ μυλαῖος ἰχθύς. Lege ὀσμύλος ἰχθύς. Diphilus Athenaei 8. p. 357. ἡ δὲ χελιδὼν ἡ τῷ πολύποδι ἐοικυῖα ἔχει τὸ ἀφ' αὐτῆς ὑγρὸν εὔχροίαν ποιοῦν καὶ κινοῦν αἷμα. vbi ἐλεδώνη scribendum esse viderunt etiam alii. Idem Athenaeus 7. p. 318. εἴδη δ' ἐστὶ πολυπόδων ἐλεδώνη, πολυποδίνη, βολβοτίνη, ὄσμυλος, ὡς Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ καὶ Σπεύσιππος, ἐν δὲ τῷ περὶ Ζωϊκῶν Ἀριστοτέλης μαλάκια φησὶν εἶναι πολύποδας, ὀσμύλην, ἐλεδώνην, σηπίαν, τευθίδα. vbi Epitome Msta ἐλεδώνη leni cum spiritu scriptum habet, vt editio Wecheliana Aristotelis, cum Duualliana et Editio Cami spiritum asperum cum Edd. Athenaei praeferant. πολυποδίνη sola

Casauboniana contra fidem Codd. habet. Deinde βολβοτύνη Codex A. In loco Epicharmi comici ab Athenaeo ibidem apposito memorantur in apparatu coenae ποταναὶ τευθίδες (volatiles teuthides) χ' αἱ δυσώδης βολβῖτις. vbi nuperus Editor metri causa, vt ait, βολβιτίνη scripsit. Formam ὀσμύλη agnoscit etiam Hesychius, vbi ὀσμύναι interpretatur βολβητῖναι, θαλάσσιοι. vbi scribendum esse ὀσμύλαι monuerunt iam alii. Simul formam βολβιτίνη inde cognoscimus. Idem δελεδώνη, ὀσμυλίας ἰχθύς habet, quod ex ἐλεδώνη vitiato ortum habet. Hinc simul formam ὀσμυλίας accipimus. 'Οσμύλον iuxta polypum vulgarem nominat cum Oppiano Halieut. 1, 305. Aelianus H. A. 5, 44. et 9, 45. Idem Aelianus Suidae in h. v. tradit: ἐλεδώνη εἶδος πολύποδος, ἥτις ἔχει μίαν κοτυληδόνα καί ἐστιν ἑπτάπους. Sed de numero pedum vereor, vt Grammaticus aut scriba recte exscripserit locum; μία κοτυληδὼν vero de vnica acetabulorum serie intelligendum videtur. Denique Artemidorus Oneirocritici 2, 14. inter marina animalia exossia nominat haec: πολύπους, τευθὶς, ἀκαλήφη, ναύπλιος, πορφυρίων, σηπία. vbi Codex Venetus alter habet ἀκαλύφη, ναύπλιος, ἀλήπῶν, πορφυρέων. vbi noua et ignota vox vitii suspicionem facit etiam in porphyrione aliunde ignoto. Suspicor igitur in vitiosis vocabulis latere ἐλεδώνη, πομπίλος.

Iam varietate nominum explicata rem videamus. Rondeletius duo genera Aristotelis pro vno eodemque habet, quod ipse vidisse testatur, longioribus brachiis, quam polypus vulgaris habet, vnicaque acetabulorum serie, et odore moschi, quem siccatum etiam seruet. A Graecis recentioribus μοσχίτην vocari ait, quod nomen in Pselli libro de Diaeta reperitur. Belonius idem sentiens narrat ab Italis *Moscarolo*, *Moscardino* et *Moguntino* propter odorem vocari. Gillius duo genera distinguit, alterum odore foetido, alterum odore grato. Hoc Graecis hodiernis μοσχίτην, Massiliensibus *Musco* vocari, et longitudine tenui bra-

chiorum discerni. Illud, vel ἐλεδώνην, hodie ait *Halidana* appellari. Saluianus Rondeletium sequi videtur; vnum certe genus moschum olens, Italis *Moscardino* et *Moscarolo* vocatum, descripsit. Abhinc recentiores huius generis plane obliti videntur esse, nec Linnaeus vllam eius mentionem fecit. De malo odore polypi marini alicuius traditum legi quidem in libro: *Essai sur l'histoire naturelle de St. Domingue*. Paris 1776. p. 346. *il repand une odeur des plus fetides, même lorsqu'il est vivant.* Sed de acetabulorum seriebus nihil ibi definitur. Nuper Gallus Bosc reperit polypum in mari Chinensi descriptum primum ab egregio Cuuerio in Elementis Historiae natur. p. 381. qui cute rugosa, acetabulis raris et dissitis odoreque moschi distinxit. Contra ipse inuentor in descriptione inserta libro *Actes de la Société d'histoire naturelle de Paris* I. p. 24. corpore granulato et tuberculato descripsit, et seriebus geminis acetabulorum densissimis; quas notas confirmat pictura in Tabula V. fig. 1. 2. proposita. Eandem postea speciem sub nomine Octopodis granulati descripsit et pinxit La Marck in libro: *Mémoires de la Société d'histoire naturelle de Paris. Année 7.* p. 1 — 25. Hic idem Gallus Octopodem cirrhatum descripsit et in Tabula I. fig. 2. pinxit, quem corpore rotundiusculo et laeuiusculo, capite duplo ampliore, brachiis compressis et spiraliter inuolutis, serie vnica acetabulorum distinxit. Praeterea vaginae apertura, quae in reliquarum specierum ventre tantum patet, in hac dorsum etiam ambit, vndique patens et libera. Denique idem La Marck moschatum octopodem veteribus cognitum ibidem descripsit et pinxit in Tabula II. Hunc corpore elliptico laeui, brachiis longis et tenuibus, simpliceque acetabulorum serie distinxit. Corpus magnitudine fere aequale est capiti. Non dubito igitur, hunc ipsum esse Aristotelis *heledonam*, contra vero cirrhosum *bolitaenam* eiusdem, quanquam Gallus moschatum suum cum bolitaena comparauerit. De vita,

moribus atque odore nihil potuit referre Gallus, cum pleraque omnia specimina mortua viderit et descripserit. Videtur vtraque species odorem grauem communem habere.

διαφέρουσι] Med. *διαφέρει*. Deinde *μόνον* vulgato *μόνη* substitui ex M. Vat. Articulum *τῶν* restitui ex Med. *vnius cameraturae* dixit Thomas, qui deinde *bicamerata* habet. Postea *τά τε γὰρ ἄλλα* Vaticanus a Saluiano inspectus.

βολίταιναν] Leon. Camot. *βολέταιναν*. Versio Thomae: *vocant hii quidem bolitenam, hii autem quiolin*: margo habet *alias ossolim*. Lipsiensis habet *bolithenam — quolin.* sic. Pollux 2, 76. *ὀσμύλιας ἰχθύος τι εἶδος, ἡ ὑπὸ πολλῶν ὄζαινα καλουμένη: πολύποδος δέ ἐστιν εἶδος, ἔχον μεταξὺ τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν πλεκτανῶν αὐλὸν δυσώδες πνεῦμα ἀφιέντα.* Hesychius: *ὀσμύλια τῶν πολυπόδων αἱ ὄζαιναι λεγόμεναι.* Plinius 9, 30. *Polyporum generis ozaena, dicta a graui capitis odore, ob hoc maxime muraenis eam consectantibus.*

16. *ναυτίλος*] Libri variant scripturam *καὶ ναυτικός. ὑπ' ἐνίων* deinceps dedit Camus ex Med. et versione Thomae. Med. tamen *πονπῖλος* habet, Thomas *pautilus*. In Lipsiensi reperi: *naution, ab aliquibus autem patilus. Est autem velut polypus.* ita vt vno vocabulo et *ναυτίλος* et *ναυτικὸς* comprehendat. Vulgabatur enim *ναυτίλος καὶ ὁ ναυτικός, ὑπ' ἐνίων δὲ ᾠὸν πολύποδος.* R. et A. *καὶ ναυτικὸς* habent. *ὅ τε καλούμενος ὑπό τινων ναυτίλος, καὶ πομπίλος ὑπ' ἐνίων· ἔστι δὲ οἷον πολύπους* Venetus. Gaza vertit: *quorum alterum nautam aliqui vocant, alterum pompilum siue ouum polypi.* Plinius 9, 29. *inter praecipua miracula est qui vocatur nautilos, ab aliis pompilos.* Vaticanus Saluiani habet *πόντιλος — οἷον πολύπους,* quocum facere ait Med. Camus, qui eum secutus est. Sed Vatic. habet *ὑπό τινων δέ.* Vulgatam Harduinus ad Plinium defendebat loco Athenaei 7. p. 317. F. *ὁ δὲ ναυτίλος καλούμενος, φησὶν Ἀριστοτέλης, πολύπους μὲν οὐκ ἔστιν, ἐμφερὴς δὲ κατὰ τὰς πλεκτάνας.* Sed rectius dixisset Harduinus ineptissimum et philosopho

indignam scripturam ἔστι δὲ οἷον πολύπους, nam ipse antea quartum genus polyporum nautilum dixerat. Mihi verba καὶ ναυτικὸς mera scripturae varietas vel interpretatio grammatici esse videtur ad ναυτίλος adscripta; igitur vncos adhibui. ᾠὸν πολύποδος si non vera est lectio, certe ad veram ducit. Ecce enim Callimachi Epigramma V. in nautili concham dedicatam in templo Arsinoes Aegypti, cuius hoc distichon vitiosum nemo hucusque vel emendare vel interpretari potuit: μηδέ μοι (loquitur concha) ἐν θαλάμαισιν ἔθ' ὡς πάρος (εἰμὶ γὰρ ἄπνους) τίκτει τ' αἰνοτέρης ὤεον ἀλκυόνης. Si τίκτεται — τέρης ὤεον ἀλκυόνος scripseris, credendum, oua halcyonem deponere solitam in testa nautili, partum nautili vulgo ouum halcyonis auis vel etiam Halcyonae habitum fuisse. Quid si istuc Philosophus narrationem intenderit? Satis de nominis varietate dictum; nunc rem videamus. Primum quod habitare ait Philosophus nautilum in ὀστρείοις, Gaza vertit *in conchis*. Sed statim subdit τὸ δ' ὄστρακον αὐτοῦ ἐστιν οἷον κτείς, hoc est, Gaza interprete, *testa iis vt pectunculis*. Alibi ὄστρεα generatim Philosophus nominat testacea biualuia; vocabulum vero ὄστρακον etiam vniualuibus et crustaceis assignatur. Dubitari igitur potest, an hic etiam biualuem testam intelligi voluerit Philosophus, praesertim cum testam pectinum comparet, qui sunt biualues. Sed tertio loco iterum ὄστρεον singulari numero vocat, cum de vno nautilo loquitur, vti antea de genere vtroque coniunctim dixerat habitare ἐν ὀστρείοις. Cardo rei vertitur in comparatione et verbis ei adiectis: κτεὶς κοῖλος καὶ οὐ συμφυής. Quae Gaza vertit: *vt pectunculis concaua, simplex tamen nec ita destinata, vt ei inhaereat.* Qui si substitisset in verbo *simplex*, quanquam ambiguo, probarem; sed addidit ea, quae non formam testae definiunt, sed adhaesionem et coniunctionem animalculi cum testa, de qua Philosophus non loquitur. Camus Gazam quidem, vt alibi, sequitur, sed dum verbum *simplex* omittit, reliqua vero

tenet, grauius etiam peccat: *sa coquille ressemble à celle d' un petoncle qui seroit creuse, et l' animal n' y est point attaché.* Nam Philosophus ipse infra 9, 37. negat de ortu animalis et testae cum eo coniunctae (καὶ συναυξήσεως τοῦ ὀστράκου) constare, nec magis certum esse adhuc, an concha solutum (ἀπολυόμενος) animal viuere possit. Error igitur Gazae et Cami manifestus est. Nunc quaerendum, quid significent verba καὶ οὐ συμφυής. Scilicet infra cap. 4. vbi conchyliorum ordo describitur, de biualuibus est: τῶν δὲ διθύρων τὰ μέν ἐστιν ἀνάπτυχα, οἷον οἱ κτένες καὶ οἱ μύες· ἅπαντα γὰρ τὰ τοιαῦτα τῇ μὲν συμπέφυκε, τῇ δὲ διαλέλυται, ὥστε συγκλείεσθαι καὶ ἀνοίγεσθαι. Addit esse biualuia quaedam, quae ἐπ' ἀμφότερα συμπέφυκεν, οἷον οἱ σωλῆνες. id est, Gaza interprete: *vtroque latere connexa sunt.* In priore loco vertit *parte altera ligata, altera soluta.* Pergit Philosophus: καὶ τούτων τὰ μὲν ῥαβδωτά ἐστιν, οἷον κτείς. quae Gaza vertit: *pectinatim diuisas, vt pectunculi,* imitatus Plinium 9. s. 52. qui concharum quaedam ait esse *pectinatim diuisas*, alias *nodo breui ligatas*, alias *toto latere connexas.* Hodie pectines et similes conchas, quarum superficies strias extantes ordine positas habet, costatas dicunt. Harum valuas vno in latere nodo ligatas et coniunctas συμφυεῖς dicit Philosophus. Dum igitur nautili concham vel testam cum pectine comparat, nihil nisi testae superficiem costatam spectat; ideoque addit, testam illam non esse geminam alteroque in latere connexam, sed velut alteram pectinis testam in profundum excauatam. Atque haec forma plane conuenit testae ei, quam Argonauta Linnaei habitat. De forma pedum infra 9, 37. videbimus, hoc enim in loco comparatione bolitaenae defungitur Aristoteles. Igitur brachia longa et simplicem acetabulorum seriem spectare videtur. Testam tamen non esse adnatam, sed assumi ab animali tegumenti causa, obiter significatur verbis περιπεσόντος τοῦ ὀστρέου, *testa dilapsa*, vt vertit Gaza; manifestius etiam

illis, quibus negat, alteram speciem testa egredi, ἀλλ' ἔνεστι ὥσπερ ὁ κοχλίας, id est, *inest atque inhaeret testae cochlearum more.*

Quod ad animal ipsum attinet vtrumque, varias recentiorum dubitationes fideliter retuli in Libro de Sepiis p. 120. seqq. nec ipse Gallus *La Marck* hos duos testarum habitatores cognitos habuit. Recentissimis demum temporibus, cum Itinerator Peron ex maribus Indicis nouum genus Nautili sepiis simile, Spiram vocatum, retulisset, quod testam suam ipso corporis pallio inclusam gerit, vt sepiae os suum, Gallorum decus, *Cuvier,* reliqua duo genera comparata accuratius etiam descripsit, vnde notas retulit eius discipulus *Dumeril* in annotationibus ad Tabulam C. libri: *Zoologie analytique.* Argonauta igitur sepiae similis loco proboscidum brachiorum par vnum ex aliqua longitudinis parte in membranam oualem expansum habet, quod veli vices gerit, vtpote quod pro lubitu animal conuoluere atque explicare potest. Nautilus pompilus Linnaei item sepiis similis cutem corporis in dorso post caput in cuculli speciem expansam habet, quae veli vices gerit animali natanti, ceterum in testa polythalama abscondito. Os cingunt plures ordines vel circuli tentaculorum breuium marginibus excisis vel lobatis. Denique Nautili Spirulae Linnaei incola corpore postremo in lobos duos cutaneos desinit, quibus testae polythalamae inhaeret. Plura dicentur ad 9. Cap. 25, 12.

Eandem notitiam animalis cum testa sua allati a Gallo Peron posuit, eiusque fabricam et connexionem cum testa ad similia concharum vniualuium polythalamarum genera, veluti cornua Ammonis, discorbes, lenticulas, nummulanas, orthocerata et belemnitarum incolas probabili coniectura retulit Gallus *La Marck* in libro: *Annales du Museum d' histoire naturelle* Tom. 5. p. 180. seqq.

κοῖλος καὶ οὐ συμφυὴς] Med. Venet. *κοῖλον — συμφυές. receptaculum — conclusum* versio Thomae. Deinceps *συμ-*

στινὴς οὗτος· νέμεται δὲ V. A. ὀστρέου *testa* reddit Thomas. παραπεσόντος Vatic. Saluiani.

αὐτοὶ μικροὶ] Med. οὗτοι μικροὶ τὸ εἶδος, item Vat. Salviani et versio Thomae, nisi quod Vat. τῷ δὲ εἴδει. *hic modus non est valde paruus* Albertus, quasi οὗτοι μικροὶ scriptum legisset. Postea ἀλλ' ἔνεστιν ex V. A. versione Thomae dedit Camus pro vulgato antea ἀλλ' ἔστιν. Accedit Vat. Saluiani. ἀλλ' οὐκ ἔστι R. Scaliger totum hoc membrum ἀλλ' — κοχλίας abesse malebat. Huius generis polyporum cum nec testam nec corporis formam accuratius describere dignatus sit Philosophus nec hic neque infra libri 9. c. 25. s. 12. nihil nisi suspiciones ferre possum. Spirulas conchas plures habitant animalia polypis similia, sed numero brachiorum sepiis affinia. Nautilum spirulam Linnaei incolit animal sexu distinctum, pelagium, quod ad littora nunquam accedit: testae spirae instar intortae extremo corpore in filum attenuato inhaeret. Descripsit id et pinxit *Peron* Gallus in Itinerario, *Roissy* (*Histoire naturelle des Mollusques* Tom. V. p. 15. pl. 16. f. 1.) et *Denys de Montfort* (*Conchyliologie Systematique* Tom. I. p. 99. tab. 25.).

CAPVT II.

τούτῳ παραπλήσιον] V. et Reg. τούτου. Voluerunt τούτου dare. Deinceps μὴ ἔχειν malebat Scaliger. Recte. Cf. ad sect. 4. et 9. *eo quod habent telas siue vngulas fissas et alias quasdam* versio Thomae. Postea κύφαι et κράγγονες vulgatum mutaui. De posteriore monuit etiam Sylburg ex Hesychio, qui κραγὼν, εἶδος καρίδος. De re nunc videamus. Astacus est, quem Linnaeus Cancrum gammarum dixit, nostrates *Hummer* vocant. Notas diligenter collectas posuit et explicuit Gallus *Cuvier* in libro: *Annales du Museum d' Histoire naturelle, Annee I. No. XI. p. 368 — 384.* vnde μαλακοστράκων omnium Aristotelicorum nomina cum recentioribus comparata huc translata apponam, ne saepius ad eundem librum ablegans lectorem plura verba facere cogar.

Astacum Aristotelis Plinio elephantum dici demonstrare conatur Cuvier. Ad hoc idem genus pertinet astacus fluuiatilis ab Aristotele memoratus, quem eundem fluvii Europaei omnes alunt, quemque notissimum habent omnes.

Genus καρκίνων facile agnoscitur cauda sub corpus retracta, vnde reliquum corpus rotundius apparet veluti cauda mutilatum. Galli *cancres*, nostrates *Taschenkrebse* vocant. In hoc genere omnium copiosissimo et fere toto marino vel maritimo nondum species omnes ab Aristotele descriptas agnoscere licuit: notas tamen familiarum, quas descripsit Philosophus, accuratius mihi videor explicuisse, quam Gallus Cuvier, in Collectione postea laudanda Opusculorum Berolinensium Amicorum naturae studiosorum p. 174. vnde in posterum facilius agnoscere poterunt viri docti singulas species, quas quidem viuentes in natalibus aquis videre atque obseruare contigerit. Pagurum Aristotelis eum agnouit Cavolini, quem post Belonium et Gyllium pinxit Mathiolus, descripsit Forskolius et Scopoli Entomol. Carniol. no. 1125. quemque hodie Graeci eodem nomine adhuc appellant. Fluuiatilem vero καρκίνον nuper demum in fluuiis insularum maris Graeci et Mesopotamiae repertum descripsit Gallus *Olivier* in Itinerario.

E genere καρίδων seu squillarum tertia species refertur a Cuverio ad cancrum locustam Linnaei, et crangonem. Καρίδας κυφὰς comparat cum cancro squilla Linn. quem Galli *Crevette* vocant, κραγγόνας autem cum cancro digitali Linnaei.

De Carabo postea seorsum dicam, quem nondum satis certo agnoscere mihi quidem licuit. Nomine cancri parui (καρκινίου) comprehendit Aristoteles praeter cancrum Diogenem et eremitam Linnaei plures species in turbinatis et biualuibus conchyliis reperiundas. Libro 4. c. 8. de Partibus memorat καρκίνιον aliquod pedibus postremis latis

instructum, in quo cancrum depuratorem Linn. agnouit Cuvier, et ante eum Rondelet.

2. ἔτι δὲ οἱ ποτάμιοι] R. A. ἔτι δ' οἱ ποτάμιοι ἄλλοι ἐλάττους. Med. ποτάμιοι. Deinceps ἴππους M. Canis. V. R. ἵπποις Ambr. *ippes* versio Thomae. Cf. Plinii 9. c. 31. Belonii Observ. II, 77. δρομίαι dicuntur Aeliano H. A. 7, 24. Postea ταχέως male repetitum ante καταλαβεῖν cum M. omisit Camus. Vtrumque ταχέως omisit versio Thomae.

τοῖς ἀστακοῖς] Versio Thomae ὀστράκοις reddidit.

3. πλακωδέστερα] Versio Thomae *spatia magis habentia.* Deinceps ἔχουσι πέντε, omisso intermedio ἐφ' ἑκάτερα, male ex superioribus repetito, dedit Camus ex Med. Reg. versione Thomae et Gazae.

ὀξεῖς τοὺς] Albertus: *12 pedes, sex hinc sex inde: et duo qui sunt versus caput, sunt valde acuti.* Sequens κραγγὼν vulgato κράγγη substituit Camus ex Canis. et versione Thomae. Post hoc nomen articulum τὸ omisit Med.

4. ἑκάτερα (πλατεῖς)] Posterius vocabulum inserui ex versione Thomae et Alberti, qui *lati* habent. λεπτοὺς vero Albertus *acutos et graciles* reddidit, a Gaza omissos. Deinceps *planum ac leue* reddens Albertus ἁπλοῦν scriptum, non ἄπουν legisse videtur. Ceterum Medic. ἀνάπαλιν sine articulo habet.

καὶ κέρκον] Copulam omisit versio Thomae. Sequens κραγγὼν pro κράγγη ex Canis. dedit Camus, et sic versio Thomae. *cranginis — sunt* Gaza, idem deinde *in crangine* dixit. Postea vulgatur μέσον αὐτῶν ἀκανθώδεις ἀμφότεραι, πλὴν αὗται. Med. habet αὐτῶν ἀμφότεραι ἀκανθώδεις πλὴν αὗται ἄμφω. *medium ambarum* versio Thomae. *quarum pinnarum media vtroque in genere spinulis horrent* Gaza. *medium vero quod est inter pedes extensum* Albertus. Scripsi αὕτη, quod ad κραγγὼν refertur recte etiam in versione Cami. De re nunc videamus. Οὐρὰν, κέρκον et ὀροπύγιον dicit eandem partem postremam corporis. Nondum tamen causam reperi, cur vocabula di-

versa adhibuerit. De Partibus 4, 8. vbi est: *διαφέρουσι δὲ, ᾗ οἱ μὲν κάραβοι ἔχουσιν οὐρὰν, οἱ δὲ καρκίνοι οὐκ ἔχουσιν οὐράν· τοῖς μὲν γὰρ διὰ τὸ νευστικοῖς εἶναι χρήσιμος ἡ οὐρά· νέουσι γὰρ ἀπερειδόμενοι οἷον πλάταις αὐταῖς· τοῖς δὲ καρκίνοις οὐδὲν χρήσιμος, διὰ τὸ πρόσγειον εἶναι τὸν βίον αὐτῶν καὶ εἶναι τρωγλοδύτας — οἱ μὲν οὖν κάραβοι καὶ οἱ καρκίνοι πάντες τὴν δεξιὰν ἔχουσι χηλὴν μείζω καὶ ἰσχυροτέραν.* inde Scaligeri emendationem supra sect. 1. *τῷ μὴ ἔχειν χηλὰς* confirmatam philosophi ipsius auctoritate recepi.

5. *μώνυξ*] Edd. pr. R. A. *μονώνυξ.* Deinceps vulgatum *ὑπτίῳ· ἡ μὲν γὰρ θήλεια μεγάλας ἔχει καὶ ἐπ' ἔλαττον τὰ πρὸς τῷ τρ.* ex Med. et Veneto correxi. Camus partem emendationis dedit relinquens *καὶ ἐπ' ἔλαττον τά.* quare eius versio falsa est. Sequentia etiam corrupit, cum ex Aldina, versione Gazae et V. A. ederet *καὶ οὐκ ἐπ' ἐλάττονα.* Cum Med. facit versio Thomae: *pinnulas — femella quidem magnas habet et permutata apud collum.* Albertus: *alae quae sunt in dorso multa, et versus collum sunt minores.* Veram scripturam ex Codice annotauit etiam Accorambonus. Totum membrum de pinnulis maris in versione Thomae, vt in Codice Niphi, deesse monuit Camus. *Τράχηλον* ex vsu vulgi caudam nominat Philosophus; item faciunt Galli. Ita *κεφαλὴ* polypi corpus dicebatur. Ceterum *πτερύγια* nunc dicit Philosophus non extremas caudae pinnas, sed appendices inferioris caudae, quas in carabis describit infra 5, 17. De Generatione 3, 8. *πλάκας* vocat. Sunt veluti pinnulae hirsutae, quibus oua dispertita racemi instar adhaerent. In carabo agnoscere non potuit adhuc quisquam, cum verum carabum etiamnum ignoremus.

ταῦτα μικρά] V. A. *μικρὰ καὶ ταῦτα λεῖα.* Sequens *ὁμοίως* vulgato *ὅμως* substituit Camus ex Camot. M. Canis. R. versione Thomae. Postea *κέρατα* pro *κεράτια* dedi ex Med. *cornua* Thomas vertit.

6. *πάντων τούτων*] Ex V. A. *τούτων ἁπάντων* dedit Camus.

Post ἐκτὸς additum καὶ cum Med. omisi, ita volente auctore capitis sequentis sect. 1. Deinde vulgatum λαμπρὸν correxi ex Med. Canis. versione Thomae, vbi *subalbidum* legi in Lips. item Alberti versione. Postea διαπεπλασμένον Camot. Med.

ἀνωμάλους δ' αὐτούς] Vulgatum ἀνώμαλος δὲ αὐτοῖς ex Med. et versione Thomae correxi. Deinceps ibidem est καὶ τὸ ἔσχατον. Postea καὶ καρχαρόδοντας dedi ex Med. et versione Thomae, vbi erat ἅπαντας καρχαρόδους. Denique καρχαρόδων altero loco pro κάρχαρόδους posui ex Med.

μέσους ὥσπερ] Ita pro ἐντὸς ὥσπερ scripsi ex Med. Can. versione Thomae. Albertus etiam: *et in radice media forficis grossiores sicut molares.* Idem postea τρεῖς καὶ οὐ συνεχεῖς vertit: *in superiori 4 aliquantulum distantes ab inuicem.*

7. βλαισοὶ] Thomae *curui.* Deinceps τῇ θέσει omisso κάτω ex Med. dedit Camus. Postea vulgatum καθάπερ προτείνειν καὶ πιέσαι, cuius vitium animaduertit etiam Sylburg, ex Med. Canis. versione Thomae, Alberti et Gazae correxit Camus.

βραγχιώδη] Ita pro βραγχιοειδῆ ex M. Canis. A. scripsit Camus. *branchiodea* Thomae versio. Aldina, V. R. βραγχία δή. Deinde addita vulgo verba post προσάγεται, nempe τὸ λεῖχον, cum Codd. et versione Thomae, Scoti et Gazae omisit Camus. Albertus verbosius: *et post hoc sunt auriculae, in quibus coniunguntur duo mandibularis forficis et extremitates illarum auricularum sunt spinosae, et illas quasi semper mouet, forte expellendo aquam a iunctura mobilis partis forficis mandibularis.*

8. μακρὰ, βραχύτερα δὲ] Ita Camot. pro μικρὰ. Ex versione Scoti posuit Camus: *sunt cornua longa, sed breuiora et subtiliora cornibus karaborum.* Albertus habet *longa et gracilia.* Thomas *parua.* κέρατα βραχύτερα καὶ λεπτότερα cum V. R. A. dedit Camus, vti vertit Gaza. Reg. etiam

πολὺ ὁ κάραβος habet cum versione Thomae et Gazae. Postea παχεῖς pro βραχεῖς habet R. V. et versio Gazae. *debiles et parui* Albertus.

9. ἔξωθεν πενταχῆ] V. A. ἔξωθεν πάντα καὶ ἐκτός ἐστι. Versio Thomae: *diuisa sunt quidem deforis omniquaque, extrinsecus est latum vltimum.* Sed in Lipsiensi libro reperi scriptum: *deforis circumquaque, extus autem sextum est latum.* Legit igitur πανταχῆ, ἐκτὸς δὲ τὸ ἕκτον. Deinceps Med. Ambr. πλατὺ καὶ τὸ ἔσχατον. Versio Thomae πλατὺ ἔσχατον reddit. Denique vulgatum προσεντίκτουσιν ex Med. correxit Camus. τὰ δ' ἐκτὸς, εἰς ἃ προσεκτίκτουσιν Ambr. ἐκτίκτουσιν Reg. *in quae pariunt* Thomas.

κάραβος τραχύ] Versio Thomae τραχέα habuit, sed ita etiam λεῖα scriptum oportebat esse. Deinceps ὁπότερα ἂν τύχῃ Med. ὁποτέραν τύχῃ V. A. *quamcunque vtique contigerit* versio Thomae, qui ὁποτεραν οὖν legit. Ceterum miror, cur Philosophus subito nunc χηλὰς nominet, cum supra in descriptione accurata §. 6. μεγάλους πόδας dixerit, et initio Capitis in comparatione cum carabo astacum χηλὰς habere negauisset. Scilicet χηλὰς dici noluit, quia sunt multo latiores et crassiores et denticulati. De Carabo annotandum, eum minime congruere cum cancro homaro Linn. quocum compararunt hucusque viri docti; nec cum cancro elephante Herbstii, quocum ipse Herbstius et postea Gallus *Latreille* comparauit (*Annales du Museum d'histoire naturelle Part. XVIII. p. 391.*) omnia conueniunt. Neque omnino vllus horum virorum curauit aut descripsit sexus discrimina a Philosopho obseruata; vnde instrumenta foeminea ad oua excludenda inferiori caudae parti addita difficile est explicare. Multae tamen carabi notae reperiuntur in cancro elephante Herbstii; eas vero, quae desiderantur, explicui copiosius in Collectione Scriptorum Berolinensium Amicorum naturae studiosorum (*Der Gesellschaft naturforschender Freunde zu Berlin Magazin*

Vol. I. P. III. p. 163. seqq.) vbi totum genus *μαλακοστράκων* duce Cunerio explicare conatus sum.

10. *παρὰ τῷ στόματι*] *per os* Thomas, *ore* Gaza et Camus. Cap. 3. sect. 3. est *παρὰ τὸ στόμα*. Deinceps *ἀφίησι* Sylburg ex Gazae versione mutari voluit in *ἀφιᾶσι δ' ἐπιλαμβάνοντες*. Sequens vulgo *κατὰ μικρὸν* emendaui ex V. A. *eiicit paulatim claudendo os suum* Albertus. Sed Cap. 3. sect. 3. haec paulo aliter traduntur, vtrobique tamen satis obscure. Postea *βραγχιοειδῆ* vulgabatur, quod mutavi bis.

πάντων τούτων ἐστίν] Gaza *τοῦτο* legit et male vertit: *communis enim omnibus branchiarum adnexus est.* De Respirat. c. 12. *ἀλλὰ διὰ τὴν τροφὴν, ὅπως μὴ ἅμα δεχομένοις εἰσρέῃ τὸ ὑγρόν. Τὰ μὲν οὖν μαλακόστρακα, οἷον οἵ τε καρκίνοι καὶ οἱ κάραβοι, παρὰ τὰ δασέα ἀφιᾶσι τὸ ὕδωρ διὰ τῶν ἐπιπτυγμάτων, σηπίαι δὲ καὶ πολύποδες διὰ τοῦ κοίλου τοῦ ὑπὲρ τῆς καλουμένης κεφαλῆς.* Sylburg sequentia vulgo ita scripta, *ἐστίν· ὀδόντας τε πάντ' ἔχει δύο,* corrigebat: *ἐστὶν, ὀδόντας τὰ πάντ' ἔχειν δύο.* Ego versionem Thomae secutus sum. Margo Basil. habet *τὰ πάντ' ἔχειν δύο.* Postea vulgatum *ἐν τῷ στόματι σαρκώδη* ex Med. versione Thomae et Scoti correxi. *ἐν τῷ στόματι σαρκωδέστερον* ex V. R. dedit Camus.

στόματος ἐχομένην] Ita etiam Gaza. Male *στομάχου* M. V. R. versio Thomae, Scoti et Aldina. Deinde *εὐθὺς ἔντερον* V. A. Postea vulgatum *καρκίνοις, ᾗ* (omisit Camot. *ᾗ*) *τὸ ἐπίπτυγμα ἔχουσι, κατὰ μέσον τὸ ἐπίπτυγμα,* emendaui ex Med. Versio Thomae in libro Lipsiensi habet: *qua habent secundum medium epiptygma,* sed margo post *medium* supplet *operculum loco caudae,* quasi legisset *ᾗ τὸ ἐπίπτυγμα ἔχουσιν ἀντὶ οὐρᾶς.*

11. *Ἔτι τὰ*] Scaliger *ὅτι τὰ* maluit. Deinde *μήκονα* Ald. Camot. Reg. *mystenac mekonem* versio Thomae. Deinde pro *κοίλους* V. R. Gaza *καὶ κοιλίαν, ἐν ᾗ ἔνεστι.* Albertus:

dentes magnos profunde infixos. profundos Thomas. Denique καταλλήλως Med. habet.

12. πάντες ἔχουσι] Ita ex M. R. A. Camus dedit pro πάντα, quod sola Camotiana habet. Post καὶ οἱ καρκίνοι vulgo sequebatur: καὶ οἱ καρκίνοι γὰρ ὀδόντας δύο ἔχουσι. quod totum membrum omittunt Edd. pr. habet tamen Med. R. A. versio Thomae. Camus recte Edd. pr. Gazam, Niphum et Scotum est secutus.

τῇ μὲν θηλείᾳ — τῷ δ' ἄῤῥενι] Ita vulgatum τῆς μ. θηλείας — τοῦ δὲ ἄῤῥενος ex Med. et versione Thomae correxi, *Cavolini* de Gener. Cancrorum p. 148. versionis contendit hunc meatum a cerebro esse deriuatum. Postea ἡ τῆς θηλείας dedit ex M. A. addito articulo τῆς Camus.

13. οὕτω τὸ ᾠὸν καὶ] Vulgatum οὗτοι τὸ ᾠόν· καὶ αἱ κ. ex V. R. correxit Camus consentiente Gaza. Deinceps ἰδίᾳ Camot. et versio Thomae.

καὶ ἐν τούτῳ] Versio Thomae καὶ omisit. Deinceps vulgatum τὴν δὲ ἀφὴν ex Med. Canis. V. R. et versione Thomae correxi.

ὥσπερ ἀρπεδόνη] Nimis breuiter Thomas *grossa*. Deinceps ψαθηρὰ Leon. Postea ἐντέρῳ θορικῷ Med. *intestino thori* versio Thomae.

ᾠὰ ἴσχει — ἐρυθρὰ] Ita pro ᾠὸν — ἐρυθρὸν ex Med. Vat. et versione Thomae Camus. Deinceps τὸ σαρκῶδες M. et versio Thomae.

CAPVT III.

τὰ ἐντὸς] Ex R. A. καὶ τὰ ἐκτὸς addidit et vertit Camus, quae habuit etiam Gaza et Thomas. Deinde κοινὰ τούτοις — ἔντερόν ἐστι Vatic. Postea pro στόμαχος edidit Camus στόμα, quod Niphus ait se in libro scripto bono reperisse.

ἰσχυροτέραν] Vide Cap. II. sect. 9. quae pertinent non ad astacum peculiariter. De oculis vide sect. 6. quae vulgo vitiosa legebantur.

ἔν ἐστιν ἀδιόριστον] Ita pro ἔνεστιν ex Med. Camus. *inest determinatum* Thomae versio. Deinceps εἴ τι ante ἄλλο

cum V. R. A. male omisit Camus. *et aliqua alia pars* versio Thomae, quasi *καί τι ἄλλο* scriptum legisset.

2. *ἐγγὺς ἀλλήλων*] Hanc nouam obseruationem de oculis vnam de paucis habet hoc Caput, vt alteram deinde de dentibus cancrorum, *ἀλλὰ μακροί*. Ita enim ex Codd. 4 et 3 versionibus scripsit Camus pro *μικροί*. Ad sequentia *ὧν μεταξὺ* etc. compara dicenda ad sect. 4.

3. *παρὰ τὸ στόμα*] Ita ex Scaligeri emendatione et Codd. 4 scripsit Camus pro *περί*. *secus os* versio Thomae. Supra Cap. 2. sect. 10. erat *παρὰ τῷ στόματι*. Quae de aqua marina emittenda sequuntur, eadem sect. 10. Cap. 2. traduntur: *δέχονται μὲν παρὰ τῷ στόματι πάντα τὰ τοιαῦτα, ἀφίησι δ' ἐπιλαμβάνοντα μικρὸν τούτου μόριον οἱ καρκίνοι*. vbi alii *καταμικρὸν* scribunt.

κατὰ τοὺς ἄνω πόρους τοῦ στόματος] Ita pro *σώματος* ex M. Canis. V. A. versione Thomae et Gazae Camus. Haud scio an superioris Capitis sect. 10. verba *ἀφίησι δ' ἐπιλαμβάνοντα κατὰ μικρὸν τούτου μόριον οἱ καρκίνοι* sint hinc emendanda, atque ibi addendum *ἐπικαλύμμασι*. Sed ita mihi dubitationem facit membrum: hoc *ἀφίησι — εἰσῆλθεν*, cum sequatur de emissione *καὶ ὅταν δέξηται — ἐπιλαμβάνει τὸ στόμα* etc. quasi non *παρὰ τὸ στόμα*, sed ipso ore aqua fuisset recepta. Deinde inepta est tautologia in verbis: *ἐπιλαμβάνων τοῖς ἐπικ. ᾗ εἰσῆλθε*. Deinde in illis: *ἐπιλαμβάνει τὸ στόμα τοῖς ἐπικαλύμμασιν ἀμφοτέροις*.

ἀποπυτίζει] Med. *ἀποπτύει*. *emittit* versio Thomae. Sequens *δικρόα* nouam habet obseruationem.

Ἔχει δὲ τὰ μεταξὺ — ὀδοῦσιν] Ita Med. pro *τὸ* vulgato. V. R. A. *εἶχε δὲ μεταξύ*. Deinde *περὶ τοῖς ὀδοῦσι* Med. *παρὰ τ. ὀ.* Canis. Sed totum hunc locum tanquam male repetitum ex sectione 2. omisit Camus. Ibi erat *ὧν μεταξύ ἐστιν οἷάπερ ὁ κάραβος ἔχει πρὸς τοῖς ὀδοῦσι*.

κύτει — ὠχρὸς] Intelligit, puto, *μύτιν*. Sic enim Cap. 2. sect. 11. de dentibus astaci: *μεγάλους καὶ κοίλους, ἐν οἷς ἔνεστι χυμὸς ὅμοιος τῇ μύτιδι*.

λευκὰ] Med. μικρὰ τὰ προμήκη λεπτὰ — διαπεπλασμένα. *et parua quidem producta alba et ruffa superducta* versio Thomae. *et sunt albae et rubeae partes inuolutae ab invicem et continuae* Albertus. Vterque igitur scriptum legisse videtur λευκὰ καὶ πυῤῥὰ ἐπιειλιγμένα.

τῷ πλάτει] Ita pro πάχει ex Med. versione Thomae dedit Camus. Deinde συνηρεφὲς vulgatum ex M. R. versione Thomae et Gazae correxit idem. *et in se magis concretum* vertit Thomas, qui sequens καὶ omisit. Denique θηλειῶν vulgatum corrigi iussit Sylburg. Nunc mihi clausulam capitis aliquis comparet, τὰ μὲν οὖν — τρόπον, cum clausula praecedentis: Τὰ μὲν οὖν μόρια ὅσα ἐντὸς καὶ ἐκτὸς ἔχουσι (τὰ μαλακόστρακα) ταῦτά ἐστι, et iudicet, an hoc caput cum eiusmodi clausula ab Aristotele profectum et superiori additum fuisse credibile putet. Consideret deinde argumentum capitis; et primum quae ab initio traduntur de defectu viscerum, et de tribus partibus interioribus, oesophago, ventriculo et intestino, quas cum sanguineis animalibus exsanguia habent communes. De visceribus idem monitum iam in mollium historia praecesserat; nec in μαλακοστράκων historia aliquid de visceribus fuit memoratum. Cur igitur haec absoluta vtriusque generis historia demum partim iterum monentur, quae enarrationem interiorum partium antegredi vel comitari debebant? Adde, quod quaedam inepte traduntur, velut illud, sanguinea animalia habere omnia σπλάγχνα τὰ ἔσωθεν, quasi quaedam viscera extus posita habeant. Igitur Gaza et Camus ineptum additamentum τὰ ἔσωθεν praeterierunt. Quod si tres fere obseruationes de positione oculorum, de figura dentium et de bifurco cancrorum ventriculo exceperis, caetera omnia, quae caput continet, ex superiore repetita esse videntur. Itaque suspicor caput hoc totum accessisse ex Epitome Hieroclis vel alia; causam et occasionem erroris quis hodie explicare audeat? Sufficit

ineptias et falsitatem scriptionis argumentis conuincere; coniecturis et suspicionibus alii poterunt indulgere.

CAPVT IV.

ζώων, οἷον οἵ τε] Omissum in V. R. *οἷον* male resecuit Camus. Deinceps *κόγχοι* Canis. hic et infra habet. *kocli et cocliae* versio Thomae, qui postea verba *καὶ κατὰ τὰ ὄστρακα* omisit.

ἀφανῆ πᾶσαν] Versio Thomae *inmanifestam autem omnem* expressit *ἀφανῆ δὲ πᾶσαν*. Sequens *κοκκάλια* vulgato *κωκάλια* substitui ex M. et versione Thomae, qui *στρομβώδη tornata* dixit. Vulgatum *κωκάλια* defensionem non facile reperiet in glossa Hesychii: *Κώκαλον, παλαιὸν, καὶ εἶδος ἀλεκτρυόνος*: nec in nomine regis Siciliae *Κωκάλῳ*, quem in Minois historia celebrauit antiquitas. Contra Hippocratis *Κόκκαλον* Erotianus interpretatur *τὸν πυρῆνα τοῦ στροβίλου*, vel ipsum strobilum. Hesychius: *κόγκαλος, ῥόμβος, στρόβιλος, πεύκη*. vbi vide Interpretes. A forma igitur strobili genus hoc testaceorum terrestre dictum videtur.

2. *τὸ δὲ σαρκῶδες*] Ita pro *τὰ σαρκώδη* dedi ex Med. et versione Thomae. *ἐπιπολὺ* Med. qui *λεπὰς* hic et vbique habet cum Thoma. Ceterum *λέγω δὲ* pro *δὴ* ex correctione Sylburgii tacitus dedit Camus. De lepade Synesii Epistola 4. p. 167. *ἡ δὲ λεπὰς ὄστρεόν ἐστι κοῖλον, ὅπερ ἐπειδὰν λάβηται πέτρας, ἀπισχυρίζεται.*

ὁμοίως δὲ συγκέκλεισται] Hoc vulgato *συμπέφυκεν* ex 5 Codd. et versione Thomae et Aldina substituit Camus. *copulata sunt* dicit Thomas pro *συμπέφυκε*, hic vero *conclusa sunt — solenes*. Noster de Partibus animal. 4, 7. *καὶ τῶν διθύρων τὰ μέν ἐστιν ἀνάπτυκτα, οἷον κτένες καὶ μύες· ἐπὶ θάτερα γὰρ συγκέκλεισται, ὥστε ἀνοίγεσθαι ἐπὶ θάτερα καὶ συγκλείεσθαι· τὰ δ' ἐπ' ἄμφω συμπέφυκεν, οἷον τὸ τῶν σωλήνων γένος.* Infra 4, 8, 18. *δοκοῦσι δὲ οἵ γε σωλῆνες, ἄν τις ψοφήσῃ, καταδύεσθαι καὶ φεύγειν κατωτέρω, ὅταν αἴσθωνται τὸ σιδήριον προσιόν· ὑπερέχει γὰρ*

αὐτῶν μικρὸν, τὸ δ' ἄλλο ὥσπερ ἐν θαλάμῃ ἐστίν. Plinius 10. s. 88. *in marinis ostreis auditum esse non est verisimile, sed ad sonum mergere se dicuntur solenes: ideo et silentium in mari piscantibus.* Idem 11. sect. 52. *et solenes fugiunt admota ferramenta.* Noster 5, 13, 8. *αἱ δὲ κόγχαι καὶ σωλῆνες καὶ κτένες ἐν τοῖς ἀμμώδεσι λαμβάνουσι τὴν σύστασιν· αἱ δὲ πίνναι ὀρθαὶ φύονται ἐκ τοῦ βύσσου.* sect. 10. *τῶν δὲ μὴ μεταβαλλόντων αἱ μὲν πίνναι ἐῤῥίζωνται, οἱ δὲ σωλῆνες καὶ αἱ κόγχαι ἀῤῥίζωτοι διαμένουσιν· ὅταν δ' ἀνασπασθῶσιν, οὐκέτι δύνανται ζῆν.* Byssus radicum vice firmat pinnam: huiusmodi bysso seu radicibus carent solenes et conchae. Verba *ὅταν δὲ ἀνασπασθῶσιν* ad vtrunque genus, an ad pinnas et byssifera tantum genera pertineant, dubitari posse videtur. Ceterum Rondeletius verba nostri *συμπέφυκεν ἐπ' ἀμφότερα* eorumque sententiam tanquam falsam insectatus est, quam interpretatus recte defendit *Réaumure* in *Mémoires de l'Academie des Sc.* 1772. p. 118. Alterum scilicet latus cardine similiter ac reliquae conchae clauditur; reliquam testarum longitudinem vtrinque membrana iunctam ac clausam habet. Habitat semper arenam, in quam carne veluti pistillo immisso penetrat, parte superiore emittit siphunculos duos respiratorios, ad quos vestigia foraminis in arena relicta ducunt. Hos intellige, vbi noster ait *ὑπερέχει γὰρ αὐτῶν μικρὸν,* scilicet *μέρος.* Hos igitur siphunculos cum ferramentum tangit, contrahuntur. Piscatores ergo Gallici eos sparso in foramine arenae sale eliciunt foras. Pictones Galliae *Couteliers* vocant solenes. Diphilus Siphnius Athenaei 3. p. 90. *Οἱ δὲ σωλῆνες μὲν πρός τινων καλούμενοι, πρός τινων δὲ καὶ αὐλοὶ καὶ δόνακες καὶ ὄνυχες, πολύχυλοι καὶ κακόχυλοι, κολλώδεις. Καὶ οἱ μὲν ἄῤῥενες αὐτῶν ῥαβδωτοί εἰσι καὶ οὐ μονοχρώματοι· εἰσὶ δὲ τοῖς λιθιῶσι καὶ ἄλλοις δυσουροῦσιν εὔθετοι· οἱ δὲ θήλεις μονοχρώματοί τέ εἰσι καὶ γλυκύτεροι.* Addit Athenaeus: *σωληνισταὶ δ' ἐκαλοῦντο οἱ συνάγοντες τὰ ὄστρεα ταῦτα.* Distinctius Xenocrates c. 28.

Σωλῆνες ἢ αὐλοὶ ἢ δόνακες, ἄῤῥενές εἰσι καὶ θήλειαι, αἳ καλοῦνται ὄνυχες. Διαφορὰν δ' ἔχουσι· καθαρτικαὶ γάρ εἰσιν αἱ θήλειαι, οὔρων κινητικαὶ, ὑγραίνουσι· σκευάζονται δὲ ἀνοιγόμενοι. Οἱ δὲ πρόσφατοι καὶ μεγάλοι μελανοράβδωτοι κατὰ τὴν ἑτερόχροιαν ἄῤῥενες, ταρακτικοὶ οὔρων. — οἱ δὲ ἐλάχιστοι γλυκεῖς· γλυκύτεραι δὲ αἱ θήλειαι· εἰσὶ δὲ μονόχροαι. Ἀκμάζουσι δὲ θέρους. Plinius 32. s. 53. *solen siue aulos siue donax siue onyx siue dactylus.* Idem sect. 32. *Purgatur vesica et pectinum cibo. Ex his mares alii donacas, alii aulos vocant, feminas onychas. Vrinam mares mouent. Dulciores feminae sunt et vnicolores.* Vbi vox *pectinum* vitiosa est aut excidit vocabulum *solenum*. In Diphilo et Xenocrate obiter animaduerto diverso sensu dici *ῥαβδωτὸς*, quam ab Aristotele. Hic enim sect. 3. cùm dixisset *λειόστρακα*, in quibus etiam solenes, pergit: *τὰ δὲ τραχυόστρακα — καὶ τούτων τὰ μὲν ῥαβδωτά ἐστιν, οἷον κτεὶς καὶ κόγχων τι γένος, τὰ δ' ἀῤῥάβδωτα, οἷον αἵ τε πίνναι καὶ κόγχων τι γένος.* Idem Aristoteles alibi columnarum striaturam *ῥάβδωσιν* dixit. Contra Diphilus et Xenocrates colorum virgas intelligi voluerunt, quo sensu etiam *vestes virgatae* dicuntur. De feminis vnicoloribus Plinius 10. s. 51. ita: *vnguesque veluti igne lucentes in tenebris, etiam in ore mandentium.* et sect. 87. *concharum e genere sunt dactyli ab humanorum vnguium similitudine appellati. His natura in tenebris remoto lumine alio fulgere claro; et quanto magis humorem habeant, lucere in ore mandentium, lucere in manibus, atque etiam in solo ac veste, decidentibus guttis, ut procul dubio pateat, succi illam naturam esse, quam miramur etiam in corpore.* Vngues et dactylos *συνωνύμως* Plinius videtur appellasse; verene an falso, iudicare non possum. Hodie genus hoc pholadem appellant et ad *πολύθυρα* referunt, cum testis duabus cum minore accessoria constet. De luce pholadum narrat et Plinii fidem tuetur Réaumure in *Mémoires de l'Acad.* 1723. p. 287. Idem ibidem anni 1772. p. 126. pholadis

speciem, in prouincia Pictonum *Daile* appellatum, (a latino dactylus, vt videtur) quae duram argillam perforat atque in ea habitat, sed in tenebris non lucet, descripsit eum partibus internis. Contra quae phosphorea luce conspicuae sunt in tenebris, durissimas cautes et saxa perforant, ibique habitant. Coniicere fortasse licebit, hinc fluxisse opinionem vulgi a medicis adoptatam, hoc genus in cibo sumtum τοῖς λιθιῶσι καὶ ἄλλοις δυσουροῦσι commodum esse.

οὐθλιντῆς] Leon. Camot. οὐθενὶ. Deinde τήθεα M. Canis. τήθεια A. hic et alibi. Postea γάλαιες dedi ex M. Canis. versione Thomae pro γαλάδες. Denique τραχυόστρακα pro τραχέα ex Camot. Med. Canis. Ita enim respondet antecedenti λειόστρακα, atque ita esse apud Athenaeum 3. monuit Sylburg.

3. λιμνόστρεα καὶ πίνναι] Ita pro πίννα Med. πίνα Leon. et Basil. bis habet. λιμόστρεα Aldina, Camot. R. A. λημνόστρεα Med. *lemnostrea* versio Thomae. Deinde pro κτεὶς eadem versio *kŷtais* habet. Postea vulgatum λεπτόχειλα — παχύχειλα ex Med. Can. correxi. Denique λειμόστρεα Med. *limostrea* Thomas. λιμόστρεα A. R. In Lampridii Heliogabalo p. 107. *primus fecit de piscibus isitia, primus de ostreis et leiostreis et aliis huiusmodi marinis conchis.* Codicum scripturam *lithostreis* praeferebat Salmasius.

4. οἷον ὁ κτείς] Thomas hic *kteys* habet. Deinceps πετᾶσθαι Med. Canis. τὰς κτένας Med. Versio Thomae *bifnas* nominat. Camus ex suo libro posuit *kifnas*. In margine erat: *alias kikenas.*

ἐκ τῆς προσφυῆς] Haec vulgatis καὶ προσφυῆ substituit Camus ex V. R. A. et versione Thomae. Deinceps πίννη Med. στρομβώδη hic *tornatilia* vertit Thomas. Postea νέεται Canis. pro νέμεται habet.

ἡ λεπάς] Med. et versio Thomae λοπάς. De lepade quae passim noster tradit, nolo hic repetere. Formam eius

speciei, quae in Gallia maritima *Oeil de bouc* vocatur, motum cum instrumentis motus descripsit *Réaumure in Mémoires de l'Academie* 1710. p. 462. Petris tam tenaciter inhaerere, vt ferro abradi debeat, tradit Aelianus de nat. animal. 6, 55.

5. τὸ ἔσχατον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς] Gaza: *vt testae postrema a capite intorqueantur.* Camus: *que l'extremité de leur coquille opposée à la tête est toujours terminée en vis.* Male is sequens ἐπίπτυγμα *enveloppe* vertit, recte Gaza *operculum.*

Ἔστι δὲ πάντα] Libri haec variant. Med. Canis. ἔστι δὲ πάντα τὰ στρομβώδη τῶν ὀστρακοδέρμων δεξιὰ καὶ κινεῖται οὐκ ἐπὶ τὴν ἕλικην, ἀλλ' ἐπὶ τὸ κατ' ἀντικρύ. Ita etiam versio Thomae, qui postrema reddit *et ad id quod e directo.* Vulgatam: ἔτι δὲ πάντα — δέρμων δεξιὰ κινεῖται, οὐκ ἐπὶ — τὴν ἀντικρύ retinuit Camus. Aldina, Iunt. Camot. κεκινεῖται, Basil. cum Cod. Vat. κεκίνηται. Ambr. κεκίνεται. Praesens dedit Sylburg. Equidem fidem librorum scriptorum secutus comparo locum de Incessu animalium c. 4. δεξιὸν δ' ἐστιν, ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεώς ἐστιν. καὶ διὰ τοῦτο τὰ στρομβώδη τῶν ὀστρακοδέρμων δεξιὰ πάντ' ἐστιν· οὐ γὰρ ἐπὶ τὴν ἕλικην κινεῖται, ἀλλ' ἐπὶ τὸ κατ' ἀντικρὺ πάντα προέρχεται, οἷον πορφύραι καὶ κήρυκες. De turbinatis in contrariam partem intortis contra naturam (nostri dicunt *links gewundene Schnecken*) sed raris disputauit bene Chemnitzius noster in Libro *Der Naturforscher* P. XVII. p. 1. sqq. Caussam et rationem huius formae non vbique agnouerunt viri docti, velut in helice cornea Linnaei, quam planorbem rectius appellarunt recentiores. Haec cum spiracula pneumatica atque anum in sinistro latere, atque omnia viscera conuersa habeat in sinistrum latus, quae in aliis dextrum occupant, tum etiam testam, dum incedit, aliter supra corpus collocatam gerit. Qua de re ita docet egregius Cuvier in libro *Annales du Museum d'histoire naturelle* Fascic. 39. p. 294. *Quand l'animal rampe et qu'il porte sa coquille à*

peu près verticalement sur son dos, c' est du côté droit qu' elle est le plus concave. Il étoit naturel de penser que ce côté concave répond à l' ombilic et l' autre à la spire; par conséquent que la coquille est inverse; car la spire des coquilles ordinaires est toujours dirigée à droite, quand l' animal marche. Suspicor tamen aliam notionem inesse motui dextro turbinatorum ei, quem dixit Aristoteles. Is enim spiram testae retro conuersam intelligere videtur, dum animal mouetur, aperturam vero antrorsum spectantem; recentiores vero conuersionem testae ipsius sinistram vel dextram iudicant ex vmbilico et spirae acumine in altervtrum latus conuerso.

6. *στρομβωδῶν*] *στρομβοειδῶν* L. et Camot. hic et statim postea.

δίθυρα] Vulgo erat *δίθυρα· τὰ συγκλειστὰ δὲ διαφοράν.* Gaza vertit: *nec vero multum vniualue ac biualue genus concluslle sibi dissident: quippe quae parum differentiae.* Secutus est igitur scripturam V. R. A. *δίθυρα, συγκλειστὰ δέ. διαφορὰν γὰρ ἔχει.* quam dedit Camus. Contra Med. Canis. *δίθυρα· τὰ πλεῖστα δὲ διαφορὰν μὲν* etc. Et sic versio Thomae: *non multum autem differunt nec monothyra. plurima autem differentiam quidem habent — modicam.* Omisit igitur *καὶ δίθυρα.*

Ἡ δὲ φύσις ἁπάντων] Vulgo post *φύσις* interseruntur verba *τῶν στρομβοειδῶν,* quae versio Thomae omisit.

7. *Ἔχει γὰρ*] Laemar. Ed. male *ἔχει μὲν* habet. Deinceps Med. et versio Thomae *τὰ μὲν ἐξωτάτω ἐν τῷ στόματι τοῦ ὀστράκου σ. στρυφνάν. carnem solidam* Thomas. *in ore testae* Gaza.

πάμπαν μικρὰ] V. A. *πάντα μικρά· ἡ δὲ κεφαλή.*

κοχλίας] De Partibus 4, 5. *οἱ μὲν κόχλοι καὶ ὀδόντας ἔχουσι σκληροὺς καὶ ὀξεῖς καὶ τὸ μεταξὺ σαρκῶδες.* et paulo postea: *οἱ δὲ κόχλοι καὶ ὀδόντας δύο.*

8. *προβοσκίδας*] At de Partibus 4, 5. apibus et muscis tribuit *ἐπιβοσκίδα τὴν ἐξιοῦσαν ἐκ τοῦ στόματος.* ibidem: *καὶ*

τὴν προβοσκίδα — μεταξὺ κέντρου καὶ γλώττης. quae male interpretatur Camus Commentarii p. 473. *une trompe placée entre l'aiguillon et la langue.* Verum in priore loco versio antiqua Guilelmi *proboscadem* habet; igitur etiam ibi προβοσκάδα scriptum legit, et vox ἐπιβοσκὶς auctoritate caret.

οἶστροι, (ᾧ)] Inserui ᾧ ad sensum necessarium. Deinceps malim etiam ἔτι δὲ τὴν ἰσχύν. Vulgo erat ὅτι — ἰσχυρότατον. Correxit Camus ex Med. Canis. versione Gazae et Thomae. De Partibus 2, 17. ταῖς δὲ πορφύραις τοσαύτην ἔχει δύναμιν τοῦτο τὸ μόριον, ὥστε καὶ τῶν κογχυλίων διατρυπῶσι τὰ ὄστρακα, οἷον τῶν στρομβων, οἷς δελεάζουσιν αὐτάς. ἔτι δὲ οἵ τε οἶστροι καὶ οἱ μύωπες οἱ μὲν τὰ τῶν ἀνθρώπων, οἱ δὲ καὶ τὰ τῶν ἄλλων ζώων δέρματα διαιροῦσιν. Postea verba ὁμοία δ' ἐστὶν ἡ κοιλία omisit versio Thomae: contra Gaza cum Canis. omisit verba ὁμοία οὖσα ante τῶν κόχλων vulgo interserta, quae male tenuit Camus.

λευκὰ στιφρὰ] Canis. λεπτὰ στρυφνά. Deinceps ταῦτα ante μᾶλλον omisit versio Thomae. Haec duo λευκὰ στιφρὰ in cochleis non magis quam in sepiis adhuc intelligere potui. Infra sect. 12. nescio an de eadem parte sint intelligenda verba: καὶ τὸ λεγόμενον ᾠὸν τοῖς ἔχουσιν, (μονοθύροις καὶ διθύροις) ὅταν ἔχωσιν, ἐν τῷ ἐπὶ θάτερα κύκλῳ τῆς περιφερείας ἐστὶν, ὥσπερ καὶ τὸ λευκὸν τοῖς κόχλοις· καὶ γὰρ ἐκείνοις τοῦτο ὅμοιον ὑπάρχει. Camus in Commentario p. 475. de glandulis salinalibus Swammerdamio dictis in cochlea interpretatur. Quam interpretationem etsi in sepiis locum habere posse concedam, in bivaluibus tamen ea mihi locum habere non videtur.

9. ἁπλοῦς] Hanc scripturam Med. Canis. Veneti, vtriusque versionis antiquae vulgatae διπλοῦς substituere debebat Camus.

ἑλίκη] Medic. ἕλικι. *reuolutione* vertit Thomas. Deinde περὶ τὴν ἑλίκην Thomas vertit *vsque ad*, sed suprascriptum est *circa*.

οἱονεὶ περίττωμα] Ita Edd. pr. cum Codd. V. R. A. κοιλίας interseruit Camotiana, quod reddidit etiam Thomae versio. οἷον κοιλίας π. ex Canis. dedit Camus. οἷον κοιλία Med. Sequentia Gaza ita vertit: *excrementitia magna sui parte in omnibus testaceis generibus inest. Hinc sursum versus replicans.* Legit igitur scriptum ὀστρακηροῖς ἐπιτοπολὺ, omisso vocabulo αὐτῆς vel in γένεσι mutato. Male Camus: *car le mecon ou au moins sa maiseurè partie, est dans tous — comme la décharge de leur estomac.* Igitur vulgatum τὸ πολὺ, quod cum verbis reliquis non conuenit, mutaui in ἐπιτοπολὺ, et inutile pronomen αὐτῆς seclusi. Thomae versio habet: *ostraceris quidem multum ipsius et hac inflectens sursum.* Legit igitur scriptum: ὀστρακηροῖς μὲν τὸ πολὺ αὐτῆς, καὶ ταύτῃ ἐπικάμψαν.

παρὰ τὴν κεφαλὴν] Ita Camus pro περὶ ex V. R. A. Canis. *secus* vertit Thomas.

10. ἀπὸ τῆς κοιλίας] Ita pro ὑπὸ M. V. R. A. Canis. versio Gazae et Thomae.

ὑμενίῳ μακρὸς] Ita Camus ex Med. Canis. pro ὑμὴν, ᾧ μακρὸς vulgato. V. R. ὑμένι ᾧ dant, quam scripturam Gaza reddidit. *hymene* habet versio Thomae. *et haec via est quasi contexta in vna parte cum stomacho ex parte ventris* Albertus.

ἔχει δὲ ἐντομὰς] Dicere mihi videtur vterum, qualem e terrestribus, marinis et aquaticis cochleis pinxerunt Lister et Swammerdam. Vide inprimis huius Tabulam V. fig. 10. c. c. c. et Redii Tabulam XII. et XIII. p. 40. seqq. Optime omnium hanc partem, quam ipse matricem vocauit, ex helicum vario genere et limacum descripsit et pinxit egregius *Cuvier* in libro *Annales du Museum de l'histoire naturelle* Fasciculi 38. p. 166. et Fasc. 39. p. 191.

ὑμένι — λεπτῷ] Albertus vertit: *sed inuoluitur via ista in tela subtili, et in extremo continuatur intestino et per illud emittit oua sua.*

ταῖς χελώναις] Vitiosa haec mihi videntur. Albertus in-

terpretatur *laha id est cochleas nudas nigras.* Comparatio testaceorum internarum partium cum iisdem partibus testudinum mihi videtur incongrua, nec possum reperire in testudinum vario genere, quae possim dicere τὰ μέλανα τραχέα συνεχῆ, quae iuxta intestina extensa appareant. Verumtamen in Capite sequenti primum ait echinos omnes habere τὰ μέλανα; deinde sect. 3. τὰ δὲ μέλανα ἀπὸ τοῦ στόματος πλείω, καὶ πρὸς μὲν τὸν ἔξω πόρον συνάπτοντα, πρὸς ἑαυτὰ δ' ἀσύναπτα· τούτοις δ' ὥσπερ διειλημμένος ἐστί. Tertio vero loco sect. 6. ἄνω δὲ τὰ μέλανα ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῶν ὀδόντων ἤρτηνται, ἅ ἐστι πικρὰ καὶ οὐκ ἐδώδιμα. Ἐν πολλοῖς δὲ τῶν ζώων τὸ τοιοῦτόν ἐστιν, ἢ τὸ ἀνάλογον· καὶ γὰρ ἐν ταῖς χελώναις καὶ ἐν φρύναις καὶ ἐν βατράχοις καὶ ἐν τοῖς στρομβώδεσι καὶ τοῖς μαλακίοις, ἀλλὰ τῷ χρώματι διαφέρει, καὶ ἄβρωτά ἐστι τὰ τοιαῦτα ἢ πάμπαν ἢ μᾶλλον. Hinc igitur satis defenditur vulgatum χελώναις, sed nihilo magis inde mihi quidem fit manifestum, quam partem dixerit τὰ μέλανα. Conieceram olim τὴν μήκωνα, quae in genere κηρύκων nigra, in neritis rubra esse dicitur, et μύτιν τῶν μαλακίων eandem esse partem, colore tantum diuersam; sed hoc in loco iuxta μήκωνα commemorantur τὰ μέλανα; itaque pars aliqua diuersa a μήκωνι significari videtur. Vtra igitur iecinoris nomine vocanda sit, difficile mihi ad iudicandum videtur esse.

11. οἱ θαλάττιοι κόχλοι] Ita Med. Canis. pro οἱ ἄλλοι κ. habent. Deinceps καὶ post ταῦτα inserui ex Med. Canis. Ambr. et versione Thomae. τὰ λευκὰ omisit Gaza: Scaliger malebat ταῦτα, πλὴν λευκὰ καὶ ἐλάττω.

τῇ μὲν — τῇ δ.'] Ita Medic. et versio Thomae pro πῇ — πῇ.

οὐ δῆλα] Ita pro εὔδηλα ex Medic. et tribus versionibus edidit Camus.

τῷ ἐδάφει] Hoc pro βάθει ex R. Ambr. dedit Camus. Sequens γιγγλυμώδει Thomas vertit *in totali.* λεπάδες Thomae sunt *lopides.*

12. *καὶ τὰ τριχώδη*] Vt in sepiis vocat branchias, ita easdem hic significare videtur.

ἐν τῷ ἐπὶ θάτερα κύκλῳ] Vulgatum *ἐν τῷ κύκλῳ τῆς περιφερείας τῷ ἐπὶ θάτερά ἐστιν* ex Medic. correxi. Deinceps idem Codex habet *καὶ γὰρ ἐκεῖνο τούτοις ὁμοίως ὑπάρχει* cum versione Thomae.

13. *ἔστι γὰρ, πρὸς ᾧ — ἐν ὑμένι.*] Haec tamquam ab aliena manu addita resecuit Camus. Vulgo autem ita scriptum legebatur initium: *ἔστι γὰρ πόρος, ᾗ πορεύεται.* Nostram lectionem habet Med. et versio Thomae. *Foramen enim quo egerant, omnia habent* et reliqua habet versio Gazae. Scoti versio habet: *locus vero exitus superfluitatis in vna parte corporis, et illa superfluitas, sicut diximus superius, in tela retenta.*

οὐκ ἐπὶ ταυτὸ τῷ ἐντέρῳ] Vulgatum *οὐκέτι ταυτὸν τῷ* ex Med. et Canis. correxit Camus. *τῷ ἑτέρῳ* tamen Medic. Consentit versio Thomae et Gazae. *οὐκ ἐπὶ ταυτῷ ἐντέρῳ* Rhen. qui a verbis *Ἡ δὲ τοῦ περιττώματος* iterum incipit.

τὸ δ' ἔντερον] Ita Medic. *τὸ δ' ἕτερον* Rhen. Vulgo *ἔντερον* deest.

λεπάδι] Rhen. *λοπάδι*, versio Thomae *lopadi.* Deinceps *κάτω*, non *ὑποκάτω*, Rhen. *desubtus* Thomas. Deinceps *φανερῶς* pro *φανερὰ* Rhen. Athenaeus 3. p. 88. *Τὰ δ' ὠτάρια (γίνεται δὲ ταῦτα κἀν τῇ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν Φάρῳ νήσῳ) τροφιμώτερα — Ἀντίγονος δ' ὁ Καρύστιος — τὸ ὄστρεον τοῦτο ὑπ' Αἰολέων φησὶ καλεῖσθαι οὖς Ἀφροδίτης.* quod repetiit Hesychius in *Οὖς Ἀφροδίτης.* Xenocrates c. 32. *τὰ δὲ καλούμενα ὠτία γίνονται πρὸς πέτραις.* Videtur esse species Haliotidis Linnaei.

τῇ θέσει]. Medic. Canis. Rhen. *τῇ φύσει.*

14. *τρόπον μέν τινα*] Ex Rhen. *μὲν* interserui. Deinceps *ταῖς ἀράχναις* Medic. Canis. Eandem speciem Oppianus Halieut. 1, 320. et Aelianus de n. a. 7, 31. *καρκινάδα* vocauit. Cancrum Diogenem et Eremitam intelligit, quorum ille sinistram chelam, hic dextram maiorem semper gerit.

Cum araneis comparantur, quum in testa conditi latent protensis pedibus anterioribus; carabis vero similes sunt tota corporis forma, et inprimis asperitate membrorum anteriorum. Reliquam formam explicuit post Reaumurium Swammerdam, qui interiora etiam interpretatus est. Plura vide in Commentatione de cancris, astacis et caridibus Aristotelicis inserta libro: *Der Gesellschaft naturforschender Freunde zu Berlin Magazin für die neuesten Entdeckungen Vol. I. p. 176.*

ἔχει ἐκεῖνο.] Ita pro ἐκείνου Medic. *maius magis habet quam in illo* versio Thomae.

15. κεράτια δύο] Medic. δύο omisit, habet versio Thomae, quanquam id neget Camus.

κατακλινομένους] Ita, vti vulgatum κατακλειομένους voluit corrigi Sylburg, habet Medic. Canis. Rhen. versio Thomae. *oculi longi, non profundi neque pendentes* Albertus.

τριχώδη] Albertus τροχώδη vertit ita: *et inferius versus os coniungunt membra parua rotunda multa in exteriori corporis eius.*

δίκρους] Ita pro δικρόους Rhen. quanquam postea δικρόων sine varietate legitur.

διανοιγόμενον ἔνδοθεν ὠχρόν ἐστιν.] Ita Rhen. pro vulgatis διοιγόμενον ὠχρὸν ἔνδοθεν. *intus est flauum* versio Thomae.

16. εὐαπόλυτον] R. V. A. εὐαπόδυτον habent. Deinceps νηρείταις, νηρειτῶν Rhen. Ex Med. νηρείταις, ex A. νειρίταις posuit Camus. Postea παραπλήσια vertit Thomas. Denique τῶν — δεξιῶν Rhen.

17. κόγχαις τοιοῦτον] Med. Canis. κρόκαις τούτων. Plura mutat Rhen. λαμβάνεται δὲ ἐν ταῖς κρόκαις τούτων, ὧν ἐστιν κροσσφέταις. Articulum ante πρόσφυσις omittit etiam Med. Canis. Deinde κύλλαρον Med. Canis. R. A. Rhen. Venet. quod vulgato σκύλλαρον praetuli. Vocem enim a κυλλὸς deriuo, eaque manum alteram maiorem, alteram cancri minorem et quasi claudicantem vel debilem signifi-

cari puto. *Squillam paruam* vertit Gaza in vulgata lectione. Thomas haec habet: *accipitur autem et in locis marinis vocabilibus horum, quorum est adhaerescentia similis et in aliis.* Ita laudauit verba Camus, Lipsiensis vero Codex prius *et* omittit, deinde habet *notabilibus horum.* Idem Thomas verba τοῦτον δὲ κ. συ. omisit, quae vitiosa etiam videntur. Certe τοῦτο scribendum videtur. Etiam praecedens ὧν non bene cum τοιοῦτον coit, nisi ad κόγχαις referre malueris. Ceterum κρόκαι Hesychio et Photio sunt ψῆφοι παραθαλάσσιοι.

καὶ μέγα] Med. Canis. et Alberti versio μέλαν, plane omisit Thomas. νηρείτης paulo antea Venetus habet.

νεανικῶς] *Leviter* vertit Thomas; male. Athenaei 3. p. 86. προσφὺς ὄκως τις χοιράδων ἀναρίτης, i. e. νηρίτης.

18. νηρῖται προσέχονται] Rhen. νηρεῖται προσέρχονται — λοπάδες, ὡσαύτως δὲ καὶ αἱμοῤῥοΐδες. Thomas *accedunt* vertit et eandem lectionem cum Rhen. Med. et Canis. sequitur, habet etiam *emoreides,* vel, vt est in libro Lipsiensi, *emorroydes* hic et paulo post.

ὥσπερεὶ] Ita Rhen. pro ὥσπερ. Deinceps οἷον τοῖς διθύροις Med. οἷον ἐν τοῖς διθύροις vertit Thomas. Ad ἄμφω intellige θυρίδες. Quod hic ἐπικάλυμμα vocatur, supra erat ἐπίπτυγμα. Iterum de Partibus 4, 5. τρόπον δέ τινα καὶ τὰ στρομβώδη διθύροις ἔοικεν· ἔχει γὰρ ἐπίπτυγμα ἐπὶ τῷ φανερῷ τῆς σαρκὸς πάντα τὰ τοιαῦτα ἐκ γενετῆς, οἷον αἵ τε πορφύραι καὶ οἱ κήρυκες καὶ οἱ νηρεῖται καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον γένος πρὸς βοήθειαν — τὰ δὲ στρομβώδη τούτῳ τῷ ἐπικαλύμματι, ὥσπερ δίθυρα γινόμενα ἐκ μονοθύρων. De nerite concha fabulam narrat Aelianus H. A. 14, 28. de forma pauca addit, vnde nihil arguere licet. Praeter nomen ἀναρίτης aliud habemus in Hesychio: Νήριτος, ὁ νηρίτης, ὅ ἐστι κογχύλιον κοχλιῶδες, ποικίλον. Ex Snida in vocabulo Νηρίτης apparet scripturam in Codd. passim obuiam νηρείτης antiquioribus Grammaticis ignotam fuisse.

19. *αἱμοῤῥοῖσι*] Ita pro *ἀποῤῥαῖσι* Medic. Canis. Rhen. versio Thomae.

τινες κόχλοι] Med. Canis. Rhen. versio Gazae et Thomae *κοχλίαι*.

γίγνονται ἐν τοῖς ποταμοῖς] Intersertum post primum verbum *καὶ* auctore Thomae versione sustuli. Fluuiatilem astacum in insularum Archipelagi et Mesopotamiae fluuiis repertum descripsit *Olivier* in Itinerario; sed hospitem adhuc ignoramus, quem cum eo comparauit Aristoteles.

CAPVT V.

μεγάλα ἐγγίγνεται] Ita Rhen. vulgo *γίνεται*. Deinceps idem cum Med. *μείζονι καὶ ἐλάττονι*, quod recepit Camus Echinorum et asteriarum Linn. ventriculos quinque descripsit et pinxit Gaietanus Torraca in *Mémoires de l'Acad. des Sc. de Turin* Tom. 6. anni 1801. qui sic concludit: *Cet animal* (echinus marinus) *est une veritable étoile à cinq raions, un animal pentagastric, emprisonné dans une theca ou boite ronde qui en garantit la partie molle.* De ouariis echinorum compara Basteri Opusc. subsec. p. 115. et annotationes ad Monroi Physiologiam piscium p. 94.

καὶ μικροὶ] Rhen. *εἰ μικροί*. Deinceps *σπατάγων* vulgabatur, *σπατάγγων* R. V. *σπαταγγίων* Med. Rhen. *spatagiorum* versio Thomae. Codex Theodosianus Tom. V. p. 289. *Spatangium sane in primae qualitatis piscem imputari praecipimus, quod decem librarum pondus sua magnitudine minime excedere videtur.* Plinius 9. s. 51. *Ex eodem genere sunt echini, quibus spinae pro pedibus. Ingredi est his in orbem volui; itaque detritis saepe aculeis inueniuntur. Ex his echinometrae appellantur, quorum longissimae spinae, calyces minimi. Nec omnibus idem vitreus color. Circa Toronem candidi nascuntur, spina parua. Oua omnium amara, quina numero. Ora in medio corpore in terram versa. Tradunt saeuitiam maris praesagire eos, correptisque operiri lapillis, mobilitatem pondere stabi-*

llentes, nolunt volutatione spinas atterere. Quod vbi videre nautici, statim pluribus ancoris nauigia infrenant. In quibus geminum errorem eumque grauissimum Plinii conspicis, primum quidem de echinometris, alterum in ouorum amaritudine, quam Philosophus nigris illis partibus assignat, de quibus postea videbimus. Idem 9. s. 74. *Echini oua pleniluniis habent hieme.* 11. s. 62. *echinis quinos dentes esse, vnde intelligi potuerit, miror.*

2. *βρυττῶν*] Vulgo *βρίσσων*. Reg. *βρύσσων*. Med. Rhen. *βυρσῶν*. *virsorum* Thomas. Hesychius *βρύττων* dedit in voc. *βρύττος* et *ἄμβρυττοι*. quod praetulit etiam Bochart Hieroz. 2. c. 45. Idem Hesychius: *σπατάγγαι, οἱ μεγάλοι ἐχῖνοι οἱ θαλάσσιοι*. Cf. Athenaei 3. p. 91. Idem sub vocabulis laudatis ex nostro varietatem *βρύννος* retulit, et *ἄβρυτοι ἐχίνων θαλασσίων εἶδος*.

μεγέθει μὲν μικρὸν] Verba *μεγέθει μὲν* ex Med. Canis. Rhen. addidi. In versione Thomae *magnitudine paruum* prius verbum punctis suppositis damnatur.

ἀκάνθας δὲ] Vulgo *δὲ* deerat. *ἀκάνθας δὲ μεγάλας ἔχει καὶ σκληρὰς* Med. Canis. Rhen. versio Thomae. De hoc genere est in libro 5. de Generatione 3. *σημεῖον δὲ καὶ τὸ ἐπὶ τῶν Ποντίων* (*pontinis* Thomae versio) *ἐχίνων συμβαῖνον, οἷς χρῶνται πρὸς τὰς στραγγουρίας· καὶ γὰρ οὗτοι διὰ τὸ ἐν ψυχρᾷ εἶναι τῇ θαλάττῃ* (Ponto) *διὰ τὸ βάθος* (*καθ᾽ ἑξήκοντα γὰρ καὶ ἔτι πλειόνων γίγνονται ὀργυιῶν*) *αὐτοὶ μὲν μικροὶ, τὰς δ᾽ ἀκάνθας μεγάλας ἔχουσι καὶ σκληράς*.

ἐν πολλαῖς ὀργυιαῖς] Rhen. *ὀργιαῖς*. *ex multis finibus* Thomae versio; igitur *ἐκ πολλῶν ὁρίων* scriptum legit. Equidem malim *γίγνεται δὲ τῆς θ. ἐν π. ὀρ.* Postea *Τορώνην* habet Rhen.

3. *συνάπτοντα*] Rhen. *συνάπτονται*. *copulantur* Thomas.

πλειστάκις οἱ ἐδώδιμοι] De Partibus 4, 10. echinos ait calidiores oua maiora habere: *ὥστε νέμεσθαι καὶ μὴ μένειν ἑδραίους· σημεῖον δὲ τούτου τὸ ἔχειν τοὺς τοιούτους*

ἀεί τι ἐπὶ τῶν ἀκανθῶν ὥσπερ κινουμένους πυκνά· χρῶνται γὰρ ὡς ποσὶ ταῖς ἀκάνθαις. vbi *ὥσπερ* ex Thomae et Gazae versione inserui. Simul inde vitium vulgatae in nostro loco apparet, vbi erat: *σημεῖον δέ τι ἀεὶ ἔχουσιν ἐπὶ τ. ἀ.* quod correxi ex graecismo. De spinis est ibidem 4, 5. *ὁ δ' ἐχῖνος μάλιστα πάντων ἀλεωρὴν ἔχει· κύκλῳ γὰρ τὸ ὄστρακον συνηρεφὲς καὶ κεχαρακωμένον ταῖς ἀκάνθαις.*

ἀεὶ—ἔχουσιν] Rhen. *ἀεὶ* omisit, sequens *οὖν* etiam cum Thomae versione. Postea *καὶ ἐδώδιμα* omissa negatione Rhen.

4. *τὴν μὲν λεγομένην*] Rhen. *μὲν* omittit, deinde *τῶν ἐχίνων* habet.

λεπάσιν] Rhen. *λοπάσιν*. *lopadibus* Thomas. Deinde *πρὸς τῇ νομῇ* pro vulgato *πρὸς τὴν νομήν*.

5. *πέντε κοίλους*] De Partibus 4, 10. *ἔχουσι δὲ οἱ ἐχῖνοι ὀδόντας μὲν πέντε καὶ μεταξὺ τὸ σαρκῶδες ὥσπερ* (*ὅπερ* Thomae versio) *ἐπὶ πάντων ἐστὶ τῶν εἰρημένων· ἐχόμενον δὲ τούτου στόμαχον, ἀπὸ δὲ τούτου τὴν κοιλίαν εἰς πολλὰ διῃρημένην, ὡσπερανεὶ πολλὰς τοῦ ζώου κοιλίας ἔχοντος· κεχωρισμέναι γάρ εἰσι καὶ πλήρεις περιττώματος· ἐξ ἑνὸς δ' ἤρτηνται τοῦ στομάχου καὶ τελευτῶσιν εἰς μίαν ἔξοδον τὴν τοῦ περιττώματος· περὶ* (*παρὰ* Thomae versio) *δὲ τὴν κοιλίαν σαρκῶδες μὲν οὐδὲν ἔχουσιν, ὥσπερ εἴρηται, τὰ δὲ καλούμενα ὠὰ πλείω τὸν ἀριθμὸν ἐν ὑμένι χωρὶς ἕκαστον, καὶ κύκλῳ ἀπὸ τοῦ στόματος* (*in circuitu corporis* Th. versio, ergo *κύκλῳ τοῦ σώματος*) *μέλανα ἄττα διεσπαρμένα χύδην* (*separatim* Th.) *ἀνώνυμα.—πάντες μὲν ἔχουσι ταῦτα τὰ μόρια, ἀλλ' οὐκ ἐδώδιμα πάντες τὰ καλούμενα ὠὰ καὶ μικρὰ πάμπαν ἔξω τῶν ἐπιπολαζόντων.—εὐθύς τε γὰρ γενόμενοι ἔχουσι καὶ ἐν ταῖς πανσελήνοις μᾶλλον, οὐ διὰ τὸ νέμεσθαι μᾶλλον, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀλεεινοτέρας εἶναι τὰς νύκτας διὰ τὸ φῶς τῆς σελήνης. δύσριγα γὰρ ὄντα διὰ τὸ ἄναιμα εἶναι, δέονται ἀλέας· διὸ καὶ ἐν τῷ θέρει μᾶλλον πανταχοῦ εὐθηνοῦσι, πλὴν οἱ ἐν τῷ Πυῤῥαίῳ*

εὐρίπῳ· ἐκεῖνοι δ' οὐχ ἧττον χειμῶνος· αἴτιον δὲ τὸ νομῆς εὐπορεῖν τότε μᾶλλον ἀπολειπόντων τῶν ἰχθύων τοὺς τόπους κατ' ἐκείνην τὴν ὥραν. Ἔχουσι δὲ οἱ ἐχῖνοι πάντες ἴσα τε τῷ ἀριθμῷ τὰ ὠὰ καὶ περιττά· πέντε γὰρ ἔχουσι· τοσούτους δὲ καὶ τοὺς ὀδόντας καὶ τὰς κοιλίας. vbi vulgatur εὐθηνοῦσιν· οἱ δ' ἐν Πυῤῥαίῳ δ' εὐρίπῳ οὐχί· ἐκεῖνοι δ' οὐχ ἧττον etc. Correxi ex Thomae et Gazae versione. De echinis euripi Lesbici iterum noster H. A. 5, 12. καὶ ὅλως τὰ ὀστρακόδερμα ἔν τε τῷ ἔαρι φαίνεται τὰ καλούμενα ὠὰ ἔχοντα καὶ ἐν τῷ μετοπώρῳ, πλὴν τῶν ἐχίνων τῶν ἐδωδίμων· οὗτοι δὲ μάλιστα μὲν ταύταις ταῖς ὥραις, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀεὶ ἔχουσι, μάλιστα δὲ ταῖς πανσελήνοις καὶ ταῖς ἀλεειναῖς ἡμέραις, πλὴν τῶν ἐν τῷ εὐρίπῳ τῶν Πυῤῥαίων· ἐκεῖνοι δὲ ἀμείνους τοῦ χειμῶνος· εἰσὶ δὲ μικροὶ μὲν, πλήρεις δὲ τῶν ὠῶν. Strabo 13. de Lesbo p. 917. ὑπέρβασιν ἔχουσα εἰς τὸν Πυῤῥαῖον εὔριπον σταδίων εἴκοσιν. Ἵδρυται δὲ ἡ Πύῤῥα ἐν τῷ ἑσπερίῳ πλευρῷ τῆς Λέσβου διέχουσα τῆς Μαλέας ἑκατόν. Noster de Gener. 3, 11. extremo: ἐκ Πύῤῥας τῆς ἐν Λέσβῳ τῶν ὀστρέων διεκόμισαν. Initio disputationis admonet Philosophus haec omnia accuratius intelligi posse, partim ex historiis, alia ex anatomicis delineationibus: τὰ μὲν γὰρ τῷ λόγῳ, τὰ δὲ πρὸς τὴν ὄψιν αὐτῶν σαφηνίζειν δεῖ μᾶλλον. Igitur etiam nos, vbicunque licet, lectorem ad picturam ablegabimus. Sed videamus antea quae Antigonus ex nostro excerpsit c. 137. καὶ τὰ τῶν θαλαττίων δὲ ἐχίνων ὠὰ ταὐτὸ πάσχειν; (cum luna augeri) ἴδιον δὲ καὶ τὸ πάντας αὐτοὺς ἔχειν πέντε καὶ ἴσον ἀλλήλων διεστηκότα καὶ περὶ τὴν περιφέρειαν τοῦ ὀστράκου κύκλῳ, ὥστε ἴσας τὰς ἐκ τοῦ κέντρου προσπίπτειν αὐτῇ. vbi vulgatum κύκλον facile erat in κύκλῳ mutare. De pari interstitio ouorum nullum in Philosophi loco vtroque vestigium hodie extat; denique in extremo deest aliquod vocabulum, veluti διαιρέσεις vel simile. De vitio nihil suboluit postremo Editori.

Recentiores scriptores historiae animalium retinuerunt

diuisionem per tria genera, eorumque notas separatim posuerunt. Primus interiorem structuram descripsit *Gandolphe, Histoire de l'Academie de Paris 1709. p. 33.* Videtur is spatangii speciem ante oculos habuisse; a quo diuersam echini vulgaris speciem post eum descripsit *Reaumure, Mémoires de l'Academie 1712. p. 138.* seqq. qui multa diversa in suo reperit. Abhinc organa motus et generationis descripsit *Baster* Opusc. Subseciv. p. 111. Plurium interiora annotauit *Dargenville* (*Conchyliologie, Partie I. p. 308. Part. II. p. 62.*). Aliud opusculum Galli *Dufay* memorauit Camus in Commentario p. 414. qui prudenter a *partibus nigris* echinorum comparandis atque explicandis abstinuit. Exteriorem et interiorem structuram echini cuiusdam Italici descripsit et pinxit Janus Plancus in Comment. Bononiens. Tom. V. Parte I. p. 236. seqq. Multo accuratius interiora, praecipue vero organa vel respiratoria vel suctoria rimatus descripsit et pinxit *Monro* in Anatomia piscium germanice versa p. 88. Tabula 32. et 33. ex echino esculento Linnaei. Proboscides, quas sugendae aquae marinae inseruire censuit Monro, exsertiles ad motum in aqua perficiendum, aculeos vero seu spinas ad motum per fundum maris vel reptationem accommodauit Spallanzani, ex cuius libro excerptas obseruationes reperi in Collectione: *Leipziger Sammlungen zur Physik* Tom. IV. p. 323. Oua quinque in suo reperit etiam Plancus, sed intestinum in tres ventriculos dilatari dicit; contra tria tantum oua in Spatango purpureo reperit O. Müller Zoologiae Danicae I. p. 11. Oua in echinis quibusdam etiam decem reperiri testatur Cuvier Lect. Anatom. Tom. V. p. 199. vbi generationis organa breuiter describuntur. Dentium structuram et musculos accuratissime descripsit Tom. III. p. 329 — 333. vbi monet speciebus quibusdam dentes nec cauos neque omnino vllos esse, veluti spatangis. Nusquam vero ibi fit mentio partis vllius, quae linguae vicibus fungi possit. Denique quod attinet ad *partes nigras amaras* echi-

norum, equidem ex situ et magnitudine existimo intelligi fasciculos quinque vasculares, quos cum raiarum branchiis comparabat Monro, ex echino esculento pictos in Tabulae 33. f. 13. sub litteris G. G. G. G. G. Eosdem intelligens Cuvier in *Tableau Elément.* p. 645. nominat *cinq paires d'organes branchus, dont les troncs aboutissent vers la bouche et qui sans doute reportent au dehors l'eau introduite par les tubes.* Sed in postremo libro Lection. Anatom. Tom. IV. p. 414—417. confitetur vir egregius, se adhuc dubium haerere de natura et structura organorum respiratoriorum, quae natura in hoc genere cum digestoriis confudisse videatur. Praeterea de fasciculorum istorum quinque colore et gustu nuspiam quicquam annotatum me legisse, fateor.

σῶμα σαρκῶδες] Ita pro *σαρκοειδὲς* tres Cami Codd. Praeterea *στόμα* Vatic.

συνέχουσι — εἰς ἓν] Versio Thomae *εἰς ἓν* omittit et verbum reddit *continui sunt.*

τὸν ἀριθμὸν — ἐν ἅπασι.] Ita Rhen. pro *τῷ ἀριθμῷ ἐν πᾶσι.* Thomas *aequalia numero,* sed *ἐν* ante *ἅπασι* omisit.

ἴσοι τῷ πλήθει] Duo postrema vocabula ex Medic. Rhen. et versione Thomae inserui, qui *numero* vertit.

6. *Ἄνω δὲ τὰ μέλανα ἀπὸ τῆς*] Ita cum Mediceo Rhen. Vulgo erat, quod male Camus tenuit: *ἄνω δὲ τὰ μέλανα. ἀπὸ δὲ τῆς.* Veram tamen scripturam vertendo expressit Camus, qui in Commentario p. 688. ex h. l. retulit haec: *On trouve des oeufs ou du moins des corps qui y ressemblent et des corpuscules noirs dans l'interieur des Grenouilles:* quae plane falsa sunt. De re dixi ad Capitis antecedentis sect. 11.

πολλοῖς δὲ τῶν ζώων] Ita recte pro *ᾠῶν* ex Med. Canis. Rhen. et vtraque versione antiqua Camus. Thomae versio habet *in multis autem animalium tale aut proportionale.*

χελώναις] Thomae versio *torratis*. Alibi *tortucam* vocat testudinem. Deinceps *φρύνοις* Medic. Canis. *phrinis*

Thomae versio. *φρύλοις* Rhen. Hic idem *ἐν* ante *βατράχοις* et *τοῖς* ante *μαλακίοις* omittit. Ceterum *μαλακίοις* scripsi ex consuetudine nostri.

ἐστιν ἐν πᾶσι] Ex Med. Rhen. et versione Thomae duo postrema verba inserui. Deinceps *πάντα ἢ μᾶλλον* vertit Thomas.

συνεχὲς τὸ σῶμα] Med. *συνεχὲς τοῦ ἐχίνου τὸ στόμα*. Pro *λαμπτῆρι* in versione Thomae est *racliacoi*. Deinde vulgatum *ἀπερειδόμενος* ex Medic. correxi. *firmatur* habet versio Thomae.

CAPVT VI.

μόνων] Ita pro *μόνον* ex Canis. Vat. et versione Thomae et Gazae Camus. Sequens *βύρσα cornu* reddidit Thomas. Supra cap. 4. erat: *ἐστὶ δὲ ἃ ὅλα περιέχεται ὀστράκῳ καὶ οὐθὲν τῆς σαρκὸς ἔχει εἰς τὸ ἔξω γυμνὸν, οἷον τὰ καλούμενα τήθυα.* vbi Codd. *τήθεα* habent. Infra c. 9. minime, inquit, omnium olfactum habere videntur *τῶν ἀκινήτων τὰ τήθυα καὶ οἱ βάλανοι.* vbi pariter Codd. *τήθεα* dant. Locum de Partibus postea ponam. In Homeri loco Il. 16, 747. olim non solum *τήθεα*, sed etiam *τήθυα* et *τήτεα* fuisse lectum infra demonstrabitur. Epicharmus comicus poeta Athenaei 3. p. 85. *τηθυνάκια* et *βαλάνους* iuxta nominat. Noster similiter 5, 15. *περὶ δὲ τὰς σήραγγας τῶν πετριδίων τήθυα καὶ βάλανοι.* Denique in cibo tethea Chalcedonica commendauit Archestratus Athenaei 3. p. 92. *Τήθεα Καλχηδών.* Tot igitur auctoritatibus permotus vulgatam omnium librorum scripturam *τήθυα* mutare in *τήθεα* ausus fuissem, nisi genitiuus bis positus *τηθύου* obstitisset, quem in *τήθεος* mutare non sum ausus. In libro de Partibus 4, 5. pariter est: *ἰδίως δ' ἔχουσι τῶν ὀστρακοδέρμων οἵ τ' ἐχῖνοι καὶ τὸ τῶν καλουμένων τηθύων γένος.* vbi Thomae versio *tenthuorum*, Gazae habet *vertibula siue tubera.*

τὸ ὀστρακῶδες] Ita pro *τῷ ὀστράκῳ* Rhen. *testa eius* est in versione vtraque antiqua.

μικροὺς] Rhen. *μικρὸν*. Deinde *ῥαδίως* Medic.

ἀφίησι καὶ δέχεται] Ita cum Rhen. versio Thomae pro vulgato *ἀφίησι τὸ ὑγρὸν καὶ δέχεται.*

τὰ μὲν ὥσπερ ἐχῖνος] Rhen. *τὰ μὲν οὖν ὥσπερ ἐ.* Gaza: *quale in ceteris ostreis vel echinaeum vel quod appellant papauer.* Itaque *τὸ ἐχινῶδες* scriptum legisse videbatur Sylburgio. De echinorum excremento nihil peculiare antea traditum est. *μήκονα* deinde Edd. pr. cum R. habent hic et alibi.

2. *περὶ τὸ ὀστρακῶδες*] Ita pro *σαρκῶδες* ex Med. V. R. Rhen. et tribus versionibus scripsit Camus. *παρὰ* praeterea Rhen.

οὐδενὶ ὅμοιον] Vulgo intersertum *δ' ἐστὶν* cum versione Thomae omisi. Sequens *πᾶσα ὁμοία* ex Med. et versione Thomae recepi pro *πᾶσιν*.

στενώτερον] Junt. Camot. Codex R. *στενότερον*. Med. *στενωτέρα* habet.

3. *μέσον τι συνεχὲς*] Vulgatum *μικρὸν* correxi e versione Thomae, vbi est: *distinguit. Medium quidem continuum.* Deinde *ὑγρότης γίνεται* Leon. et Camot. Comparemus nunc locum de Partibus 4, 5. *τὰ δὲ τήθυα μικρὸν τῶν φυτῶν διαφέρει τὴν φύσιν, ὅμως δὲ ζωτικώτερα τῶν σπόγγων. — Ἔστι δὲ ὅτε καὶ τὰ τήθυα καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον γένος, τῷ μὲν προσπεφυκὸς ζῆν* (*ζῇ* reddidit Thomas) *μόνον φυτῷ παραπλήσιον, τῷ δ' ἔχειν τι σαρκῶδες δόξειεν ἂν ἔχειν τιν' αἴσθησιν. Ἄδηλον δὲ τοῦτο ποτέρως* (Leon. et Camotiana *πότερον*) *θετέον. Ἔχει δὲ τοῦτο τὸ ζῶον δύο πόρους καὶ μίαν διαίρεσιν, ᾗ τε δέχεται τὴν ὑγρότητα τὴν εἰς τὴν τροφὴν, καὶ ᾗ πάλιν διαπέμπει τὴν ὑπολειπομένην ἰκμάδα· περίττωμα γὰρ οὐδέν ἐστι δῆλον ἔχον, ὥσπερ καὶ τἄλλα ὀστρακόδερμα· διὸ μάλιστα καὶ τοῦτο κἂν εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον τῶν ζώων φυτικὸν δίκαιον καλεῖν· — διὰ μέσου δὲ λεπτὸν διάζωμα, ἐν ᾧ τὸ κύριον ὑπάρχειν εὔλογον τῆς ζωῆς.* (*ὑπάρχει εὐλόγως* scriptum vertit Thomas.) Superest nunc locus Xenocratis de Alimento ex aquatilibus capiendo Cap. 29. *Τήθεα γίνονται ἐν βορβόρῳ καὶ φυκιοφόροις ἀ-*

κταῖς, εὑρίσκεται τ' ἐν βρύοις καὶ πράσοις καὶ φυκίοις· ἔοικε φυτῷ θαλαττίῳ μύκητι. δυσέκνιπτον δὲ ταῖς χερσὶν ἐναπολείπει ποιότητα. μάλιστα δ' αὐτῶν τὰ δερματώδη ἀκατέργαστά ἐστιν· ἀρκεῖ δὲ τοῖς νεφροῖς ἢ στόμαχον κακουργουμένοις καὶ τεινεσμώδεσι καὶ ἰσχιαδικοῖς, τῇ τε ἄνω κοιλίᾳ μετὰ πηγάνου διδόμενα. Τέμνεται δὲ καὶ πλύνεται, ὀπῷ τε Κυρηναϊκῷ καὶ πηγάνῳ, ἅλμῃ τε καὶ ὄξει συναρτύεται, ἢ μετ' ὄξους καὶ προτρόπου σὺν ἡδυόσμῳ χλωρῷ. Κάλλιστα δὲ τὰ ἐν Σμύρνῃ τῆς Ἀσίας· Αἴγυπτος δὲ οὐδ' ὅλως φέρει. Quae vulgo vitiosissime scripta emendaui ex versione Rasarii, partim vero ex Codd. scriptis. Ita vulgatum μάλιστα δ' αὐτὰ δερματώδη ex Rasarii versione, vt deinceps quod vulgabatur ἰσχιαδικοῖς τε, τῆς ἄνω κοιλίας — διδόμενος. Postea sequebatur: Πλύνεται δὲ καὶ δίδοται, quod ex Rasarii versione et libro Mosquensi correxi. Denique vitiosum καὶ πρὸ τρόπου — κάλλιστοι δὲ οἱ partim ex Ras. emendaui. Margo Codicis Regii 2290. habet adscriptum Scholion ad vocem Τήθεα, ἁ σβαύρδουκλας. In Lexico Graeco Thomasii vernaculo legitur, annotante Ancora: σβούρδουκλοι, οἱ φοῦσκαι, ἡ ψάρια, sponghe marine, pesci. Nunc videamus Plinium. Is primum 32. s. 30. *lateris dolores leniunt hippocampi tosti sumti, tetheaque similis ostreo in cibo sumta.* Idem s. 31. *Tetheae torminibus et inflationibus occurrunt. Inueniuntur hae in foliis marinis sugentia, fungorum verius generis quam piscium. Easdem et tenesmum dissoluunt renumque vitia.* Sect. 39. *Cachecticis, quorum corpus macie conficitur, tethea vtilia sunt cum ruta ac melle.* vbi Edd. veterum scripturam *tetheae vtiles* Harduinus ex Chiffletiano libro mutauit. Addit Broterius Codicem Regium 3. Contra Editio princeps et Reg. 2. *et ea vtilia sunt* habent. Sunt haec omnia ducta e Xenocratis loco, in quo praeterea νεφροὺς ἢ στόμαχον κακουργουμένους scribendum censeo. Nunc expedita critica ratione accedamus ad naturam ipsam animalis explicandam.

Duae sunt recentiorum sententiae de natura tethyorum

et nomine; altera Listeri de Biualuibus p. 93. altera Bohadschii. Lister nititur his argumentis. Ab Athenaeo τήθεα dici pholadibus et balanis similia, praeterea τὸ τῆθος ἀῤῥάβδωτον, λειόστρακον vocari, et ab Hesychio τήθεα appellari ἄῤῥυγα; hinc putat speciem laeuem pholadis intelligi ex eo genere, cuius concha testulis componitur, et quod in fissuris et rimis rupium viuit. Censet igitur a tubuli respiratorii forma papillari τῆθος animal dictum. In Tabula VII. fig. 3. pinxit pholadem laeuem sub nomine Τῆθος veterum. Videamus nunc singula argumenta. Locus Athenaei est 3. p. 88. vbi post balanorum et pholadum mentionem, (quorum non forma describitur, sed succi qualitas et alimenti, quod inde ad corpus humanum infertur) subiunguntur haec: τὰ δὲ τήθη παραπλήσια τοῖς προειρημένοις καὶ πολυτροφώτερα. Deinde tanquam ex Aristotelis libris de Animalibus excerpta adduntur haec: ὄστρεα, πίννη, ὄστρεον, μῦς, κτεὶς, σωλὴν, κόγχη, λεπὰς, τῆθος, βαλανος — ἔστι δὲ ὁ μὲν κτεὶς τραχυόστρακος, ῥαβδωτὸς, τὸ δὲ τῆθος ἀῤῥάβδωτον, λειόστρακον, ἡ δὲ πίννη λεπτόστομον etc. Sed haec eo quidem ordine in libris superstitibus hodie non leguntur; nusquam autem notitia testae tethyi; nec vsquam singulari numero τῆθος dixit Philosophus. Ex Hesychii loco multo minus arguere aliquid licebit. Is locum Iliadis 16, 747. interpretatur, vbi vrinator dicitur in mari quaerere ad cibum τήθεα διφῶν. Grammaticus igitur primum τήθεα explicat per ostrea; deinde τὰ ἄῤῥυγα ἢ ὄστρεα ζητῶν. Tertio loco habet τήθυα, τενώγη, ἃ προσχέουσιν οἱ ποταμοὶ, καὶ εἶδος ὀστρέων. Idem Grammaticus alibi ἤθεα διφῶν ex eodem Poetae loco positum ὄστρεα ζητῶν interpretatur. Etymologici M. auctor a verbo τητάω, quaero, deriuat in Homerico loco τήτεα, id est ostrea, addens: τήτεα γάρ εἰσιν, ἃ ζητοῦντες καταδύουσιν. Vocabulum ἄῤῥυγα in Hesychio nemo interpretari adhuc potuit; multo igitur minus arguere aliquid inde Listero licuit. Plura habent Grammatici veteres

ad locum Aristophanis Lysistr. 549. quae exscripsit Suidas sub vocabulo *Τήθεα* et *τήθη*, *auia*. Nicander Alexipharmacorum versu 396. in remedio nominat *τήθη τε γεραιόμενα μνίοισι* i. e. delectata muscis, in quibus videlicet habitent. Ad quem locum Interpres graecus: *τὰς ἀγρίας λεπάδας, ἃς ἡμεῖς ὠτία λέγομεν. Ὁ δ' Ἀριστοτέλης ὄστρεα, καὶ Ὅμηρος κοινῶς τὰ ὄστρεα.* Hoc vero loco multo commodius abuti potuisset Lister, vbi agrestes lepades esse dicuntur tethea. Sed grammaticis et ipsi Athenaeo, qui non magis sapuit, credere non licet, sed potius sequenda sunt indicia et argumenta formae et naturae posita ab ipso Philosopho; quod cum facere omisisset Lister, plane a vero aberrauit. De loco Homerico hoc vnum addo, Grammaticos, quibuscum Hesychius *τήθεα* interpretatur *τὰ τενάγη*, *vada*, videri *στήθεα* in Homero scriptum legisse, quod vocabulum eodem modo Hesychius fuit interpretatus.

Altera probabilior est sententia Bohadschii, tethyon esse id genus, quod Linnaeus ascidiam vocauit, cum ascidium debuisset. Speciem vescam veterum esse ascidiam vulgarem Linn. idem sensit; quae ostreis inhaeret et ab accolis maris comeditur, p. 123. Eadem videtur esse species descripta a Bastero Opusc. Subsec. Tom. I. libri 2. p. 25. Ascidium sociale seu intestinale reperit quidem Bohadsch liberum in littore, ideoque illud non adhaerere putabat; sed Gunnerus adhaerentes plures saxis aut fucis marinis vidit, aut vestigia abruptae carnis reperit. Nempe vi maris interdum sede sua abripiuntur et in littus eiiciuntur. Manet ergo sententia Aristotelis, *tethya non moueri*. Postremae speciei generationem vidisse sibi visus est Bohadsch, quam descripsit l. c. Accuratam notitiae Aristotelicae comparationem cum specie ab eo descripta instituit Gunnerus, *Schriften der Drontheimer Gesellschaft*, Tom. III. p. 69. versionis Lipsiensis anni 1767. Poros duos seu foramina tuberibus duobus insita vidit, quae animal pro lubitu retrahit et exserit; pro canalibus sibi habet cum Bohadschio

ἀφίησι καὶ δέχεται] Ita cum Rhen. versio Thomae pro vulgato *ἀφίησι τὸ ὑγρὸν καὶ δέχεται.*

τὰ μὲν ὥσπερ ἐχῖνος] Rhen. *τὰ μὲν οὖν ὥσπερ ἐ.* Gaza: *quale in ceteris ostreis vel echinaeum vel quod appellant papauer.* Itaque *τὸ ἐχινῶδες* scriptum legisse videbatur Sylburgio. De echinorum excremento nihil peculiare antea traditum est. *μήκονα* deinde Edd. pr. cum R. habent hic et alibi.

2. *περὶ τὸ ὀστρακῶδες*] Ita pro *σαρκῶδες* ex Med. V. R. Rhen. et tribus versionibus scripsit Camus. *παρὰ* praeterea Rhen.

οὐδενὶ ὅμοιον] Vulgo intersertum *δ' ἐστὶν* cum versione Thomae omisi. Sequens *πᾶσα ὁμοία* ex Med. et versione Thomae recepi pro *πᾶσιν.*

στενωτέραν] Junt. Camot. Codex R. *στενότερον.* Med. *στενωτέρα* habet.

3. *μέσον τι συνεχὲς*] Vulgatum *μικρὸν* correxi e versione Thomae, vbi est: *distinguit. Medium quidem continuum.* Deinde *ὑγρότης γίνεται* Leon. et Camot. Comparemus nunc locum de Partibus 4, 5. *τὰ δὲ τήθυα μικρὸν τῶν φυτῶν διαφέρει τὴν φύσιν, ὅμως δὲ ζωτικώτερα τῶν σπόγγων.* — *Ἔστι δὲ ὅτε καὶ τὰ τήθυα καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον γένος, τῷ μὲν προσπεφυκὸς ζῆν* (*ζῇ* reddidit Thomas) *μόνον φυτῷ παραπλήσιον, τῷ δ' ἔχειν τι σαρκῶδες δόξειεν ἂν ἔχειν τιν' αἴσθησιν. Ἄδηλον δὲ τοῦτο ποτέρως* (Leon. et Camotiana *πότερον*) *θετέον. Ἔχει δὲ τοῦτο τὸ ζῶον δύο πόρους καὶ μίαν διαίρεσιν, ᾗ τε δέχεται τὴν ὑγρότητα τὴν εἰς τὴν τροφὴν, καὶ ᾗ πάλιν διαπέμπει τὴν ὑπολειπομένην ἰκμάδα· περίττωμα γὰρ οὐδέν ἐστι δῆλον ἔχον, ὥσπερ καὶ τἄλλα ὀστρακόδερμα· διὸ μάλιστα καὶ τοῦτο κἂν εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον τῶν ζώων φυτικὸν δίκαιον καλεῖν·* — *διὰ μέσου δὲ λεπτὸν διάζωμα, ἐν ᾧ τὸ κύριον ὑπάρχειν εὔλογον τῆς ζωῆς.* (*ὑπάρχει εὐλόγως* scriptum vertit Thomas.) Superest nunc locus Xenocratis de Alimento ex aquatilibus capiendo Cap. 29. *Τήθεα γίνονται ἐν βορβόρῳ καὶ φυκιοφόροις ἀ-*

κταῖς, εὑρίσκεταί τ' ἐν βρύοις καὶ πράσοις καὶ φυκίοις· ἔοικε φυτῷ θαλαττίῳ μύκητι. δυσέκνιπτον δὲ ταῖς χερσὶν ἐναπολείπει ποιότητα. μάλιστα δ' αὐτῶν τὰ δερματώδη ἀκατέργαστά ἐστιν· ἀρκεῖ δὲ τοῖς νεφροῖς ἢ στόμαχον κακουργουμένοις καὶ τεινεσμώδεσι καὶ ἰσχιαδικοῖς, τῇ τε ἄνω κοιλίᾳ μετὰ πηγάνου διδόμενα. Τέμνεται δὲ καὶ πλύνεται, ὀπῷ τε Κυρηναϊκῷ καὶ πηγάνῳ, ἅλμῃ τε καὶ ὄξει συναρτύεται, ἢ μετ' ὄξους καὶ προτρόπου σὺν ἡδυόσμῳ χλωρῷ. Κάλλιστα δὲ τὰ ἐν Σμύρνῃ τῆς Ἀσίας· Αἴγυπτος δὲ οὐδ' ὅλως φέρει. Quae vulgo vitiosissime scripta emendaui ex versione Rasarii, partim vero ex Codd. scriptis. Ita vulgatum *μάλιστα δ' αὐτὰ δερματώδη* ex Rasarii versione, vt deinceps quod vulgabatur *ἰσχιαδικοῖς τε, τῆς ἄνω κοιλίας — διδόμενος*. Postea sequebatur: *Πλύνεται δὲ καὶ δίδοται*, quod ex Rasarii versione et libro Mosquensi correxi. Denique vitiosum *καὶ πρὸ τρόπου — κάλλιστοι δὲ οἱ* partim ex Ras. emendaui. Margo Codicis Regii 2290. habet adscriptum Scholion ad vocem *Τήθεα*, *ἁ σβούρδουκλας*. In Lexico Graeco Thomasii vernaculo legitur annotante Ancora: *σβούρδουκλοι, οἱ φοῦσκαι, ἡ ψάρια, sponghe marine, pesci.* Nunc videamus Plinium. Is primum 32. s. 30. *lateris dolores leniunt hippocampi tosti sumti, tetheaque similis ostreo in cibo sumta.* Idem s. 31. *Tetheae torminibus et inflationibus occurrunt. Inueniuntur hae in foliis marinis sugentia, fungorum verius generis quam piscium. Eaedem et tenesmum dissoluunt renumque vitia.* Sect. 39. *Cachecticis, quorum corpus macie conficitur, tethea vtilia sunt cum ruta ac melle.* vbi Edd. veterum scripturam *tetheas vtiles* Harduinus ex Chiffletiano libro mutauit. Addit Broterius Codicem Regium 3. Contra Editio princeps et Reg. 2. *et ea vtilia sunt* habent. Sunt haec omnia ducta e Xenocratis loco, in quo praeterea *νεφροὺς ἢ στόμαχον κακουργουμένοις* scribendum censeo. Nunc expedita critica ratione accedamus ad naturam ipsam animalis explicandam.

Duae sunt recentiorum sententiae de natura tethyorum

ergo se quam maxime rigens, ac praeternatante pisciculo frondem suam spargit complectensque deuorat: alias marcenti similis et iactari se passa fluctu algae vice, contactos pisces attrituque petrae scalpentes pruritum inuadit. Eadem noctu pectines et echinos perquirit: dum admoueri sibi manum sentit, colorem mutat et contrahitur. Tacta vredinem mittit, paulumque si fuit interualli, absconditur. Ora ei in radice esse traduntur: excrementa per summa tenui fistula reddi. Postrema sumta sunt ex libri 8. c. 2. vbi vrticis, vt ostreis, in superiore parte πόρον esse ait, quo excernatur cibus assumtus. Hinc interpretaberis verba supra posita: περίττωμα δὲ φανερὸν οὐδὲν φαίνεται ἔχουσα. Caute loquitur Philosophus: excrementa nulla apparent; habet tamen meatum, vt ostrea, excrementis emittendis idoneum. Quaedam Plinius vel potius is, quem sequitur, egregie explicauit, veluti *carnosae frondis natura — frondem suam spargit*, quae Philosophus obscurius significauit comparatione polypi: καὶ προσέχεται καθάπερ ὁ πολύπους ταῖς πλεκτάναις οὕτως etc. Similes igitur cirrhos vrticis tribuit brachiis polypi. Sed aliunde admiscuit et noua Plinius haec: *contrahit — rigens*: deinde: *alias marcenti — algae vice*: postea: *colorem mutat et contrahitur*: denique: *paulumque — absconditur*. Fabulae similiora videntur esse illa: *attrituque petrae — pruritum*. Aelianus H. A. 7, 35. a bruma magis esui esse vrticas monet, etiam pruritum a tactu annotans. Apparationem ad cuenam et vires medicas docet Xenocrates cap. 16. Diphilus Athenaei 3. p. 90. pruritum excitare affirmat, qui illas colligunt, nisi manus antea vnguento munierint. Medusae Linnaei os in inferiore parte, Actiniae in superiore parte habent. Cf. Gronouius ad Plinii IX. p. 160. Fistulam excrementi reperire non potuit *Réaumure Mémoires de l'Acad. 1710. p. 467.* qui omnes vrticas motu progressiuo sed lento gaudere contra Aristotelem asserit. Viuiparas vidit idem eas species, quas incolae prouinciae Pictauiensis *culs*

de chevaux et cule d'anes appellant. Pruredinem in nulla expertus est. Verum is Actinias potius quam Medusas Linnaei vidisse et descripsisse videtur.

CAPVT VII.

συγγενικοῖς] Rhen. *γενικοῖς*. Deinde vulgo *ἀνθρίνη* erat. *ἀνθρήνη* Med. Rhen. *ἀρθρίνη* Vat. Versio Thomae *antrebana* habet. Postea *πᾶσι* ante *τοῖς τοιούτοις* ex Med. et versione Thomae inserui.

κολεῷ] Rhen. *κουλεῷ*. Sequens *κάραβος* pro vulgato *κάνθαρος* ex Ald. M. Canis. R. Rhen. versione Thomae dedit Camus. *fullo* vertit Gaza.

κανθαρὶς] Medic. *κάνθαρος*. Sequens *ἄλλα* ex Medic. et Rhen. addidi. Postea *καὶ περὶ τὴν κοιλίαν* omisso *τὸ* Rhen.

τὸ νῶτόν ἐστιν] Rhen. *τὸ* et *ἐστιν* omisit; idem deinceps *μικρὰ* habet.

ταῖς ἐντομαῖς] Rhen. articulum omisit. *entomis* vertit Thomas. Sequens *πλὴν ὅσα* pro *πλὴν ἃ* ex Rhen. dedi, qui postea simplex *ψύχεται* habet.

2. *καὶ ἡ κεφαλὴ*] Rhen. copulam *καὶ* omisit, sequens *ζῇ* prius versio Thomae. Postea negationem ante alterum *ζῇ* tollit Rhen.

ἐπὶ τὴν τομὴν] Gaza cum Scoto vertit *caput versus*, vnde eum *κεφαλὴν* scriptum legisse suspicabatur Scaliger: *προτομὴν* malebat Robertus Constantinus: *incisionem* vertit Thomas.

Notitia scolopendrae huius terrestris paulo accuratior est in Nicandri Theriacis versu 812. vbi *ἀμφικαρὴς* vocatur. Ad quem locum auctor Scholii: *Ψευδῶς δέ φησιν· οὐ γάρ ἐστιν (δικέφαλος), ἀλλ' ὡς Ἀριστοτέλης φησὶν, εἰς τοὐπίσω πολλάκις ἕρπει, καὶ παρέχει δόξαν τοῦ δικέφαλος εἶναι.* Nicandrum contra graeci interpretis criminationem defendere suscepit Robertus Constantinus, medicus Geneuensis doctissimus, in Dissertatione de scolo-

pondra, inserta Lexico Crispini, quod vulgo deinde etiam Septemuirale dici coepit, sub hac voce, quam totam ad verbum transcripsit, partim contraxit H. Stephanus in Thes. Gr. Lat. sed non nominauit auctorem, quod tanto viro indignum erat. Hinc in vulgus peruenit opinio a Constantino proposita, eamque etiam Gallus Camus in Commentariis secutus est. Itaque postulat hic locus, vt in eandem disputationem descendam atque opinionem Constantini accurate perquiram atque examinem. Quod attinet igitur ad locum Nicandri, hic tanquam poeta vulgi superstitiosa et falsa opinione potuit impune abuti. Sed graecus eius interpres, quod errorem poetae et vulgi annotasset, reprehensionem non merebatur, sed laudem. Locus Aristotelis, quo ille nititur, hodie non extat. Similem poetae locum explicat Hesychius in voce *Ἀμφὶ δὲ σφάγανον. ζῶόν τι πολύπουν, σκολόπενδρα καλούμενον.* In locis Aristotelicis omnibus, vbi scolopendrae fit mentio, nulla nota peculiaris editur, vnde animal agnoscere liceat. Vide histor. 1, 5. 2, 14. 4, 7. 9, 37.

Scolopendrae naturam vt explicaret obscuram, Rob. Constantinus confugit ad etymologiam, et vocabulum a voce *σκόλοψ* et *ἕδρα* arcessit, vt animal sit, quod palum vel aculeum in sede vel ano infixum gerat, *σκολοπέδρα*, atque inserta littera *ν*, *σκολόπενδρα*. Omnium igitur primum insectum illud, quod inter tithymalos saepius reperitur, octipes, dorso laeui et variegato, aculeoque in extera corporis parte eminente armatum, hoc nomine appellatum fuisse putauit. Est autem larua papilionis in esularum vel euphorbiarum genere habitans, cui similes aculeatae in aliis plantis reperiuntur. Atque ad hoc genus refert locum Theophrasti corruptum et lacunosum historiae plantarum 7, 11. vbi de radice gladioli est: *πολλὰς δὲ εὑρίσκουσι ταῖς σκολοπκίαις· χαίρει γὰρ καὶ συλλέγει τὸ ζῶον.* quae Gaza vertit: *Permultas iuxta eam scolopendras reperiunt; gaudent enim ea herba, frequentesque congregan-*

tur in eam. Constantinus ibi εὑρίσκουσι τὰς σκολοπίας — συλλέγεται scribi voluit. Sed ne sic quidem vel sanatus est, vel versioni Gazae accommodatus. Heinsius edidit, nescio quo auctore, εὑρίσκουσι παρὰ ταῖς σκολοπίαις — συλλέγεται, qua scriptura sensus etiam magis et obscuratur et peruertitur. Mihi quidem recte Conr. Gesner. παρὰ ταῖς σκολοπιαῖς interpretatus esse videtur *cubilibus vel cumulis talparum.* Nam talpam σκόλοψ Atticis vocatam fuisse, aliunde constat. Compara dicta in Lexico Gr. Vt vero a μύρμηξ venit μυρμηκιὰ, sedes et cubile formicarum, ita a σκόλοψ pariter est σκολοπιά. Huius scolopendrae morsum venenatum facit Constantinus. Alterum genus scolopendrae facit simile priori corporis forma notisque dorsi rubris, ex erucarum genere, hirsutum, multipes et arcuatim repens, etiam vitibus noxium, quod a Gallis *chatte velue* vocetur. Hanc scolopendram etiam ἴουλον vocatam fuisse narrat. Tertiam scolopendram terrestrem esse eam, quae proprie μυριόπους, latine *millepeda* vocetur, corpore oblongo, lato, plano, tergore squammatim compacto, breuiter, quae etiam hodie scolopendra apud naturae curiosos audit. Hanc tertiam speciem ait a Nicandro in loco supra posito descriptam; secundam vero nomine ἰούλου ab illo significatam esse. Errorem viri docti, qui putauit huic tertiae et primae scolopendrae geminum esse os et caput, facile temporibus iis, quibus ista scripsit, condono. Sed nescio, quomodo potuerit ad secundum genus referre hunc Aristotelis locum. Scolopendram denique marinam a secundae similitudine vocatam censuit, et ad eam refert picturam a Rondeletio positam. Herbam autem scolopendrion a similitudine scolopendrae terrestris secundae appellatam voluit, quoniam habet folia laciniata, et incisa more polypodii, subter autem notulis rubris distincta atque hirsuta, oblonga, flauescentia. Equidem in tota hac viri docti disputatione vti subtilitatem et sagacitatem ingenii in vestiganda nominis etymologia admiror et

laudo, ita scriptorum graecorum et Grammaticorum auctoritatem desidero, denique infantiam studii rerum naturalium agnosco atque excuso. De marinis scolopendris quid mihi videatur, dicam infra ad 9, 24, 4. Terrestrium nullam equidem diuersitatem descriptam vel manifesto notatam reperio; sed agnosco genus a Linnaeo etiam vetere nomine appellatum, cuius plures sunt species, quarum indigenas Graeciae nondum cognitas habemus.

οἷον γλῶτταν] Ex Med. et versione Thomae et Alberti inserui *οἷον*. Deinceps *εἰς αὐτὴν* dedi ex Rhen. pro *αὐτὸ*; ex eodem et versione Thomae post *μαλακὸν* addidi verbum *ἐστί*.

3. *καὶ οἱ μύωπες δὲ*] Ex Rhen. *δὲ* inserui. *moipes istri* habet versio Thomae.

ἐν ἅπασι — ὀπισθοκέντροις] Contra de Part. anim. 4, 5, vbi est de linguiformi *ἐπιβοσκίδι*, addit: *ὅσα δὲ μή ἐστιν ἐμπροσθόκεντρα, ἐν τῷ στόματι ἔχει τὸ τοιοῦτον μόριον, οἷον τὸ τῶν μυρμήκων γένος, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον.* Vitium est manifestum; formicae enim feminae et operariae aculeum posticum habent. Itaque scribendum *ἐμπροσθόκεντρα ἐν τῷ στόματι, ὄπισθεν ἔχει*, aut *ἐμπροσθόκεντρα, ἐν τῷ ὄπισθεν ἔχει*.

4. *καὶ μόνον δὴ τοῦτο*] Vulgatum *καὶ μόνον δὴ τ. ἐντόμων τοῦτον* ex Rhen. correxi.

μακρόκερκον] Vulgatum *μακρόκεντρον* ex quatuor Codd. versione Scoti correxit Camus. Addo Rhen.

ἔτι δὲ χηλὰς] Rhen. *ὅτι τε χηλὰς — τοῦτο καὶ τὸ* habet. Male Medic. *ἔτι δὲ χολὴν ἔχει.*

σκορπιῶδες] Phalangium scorpioides Linnaei.

οὐδὲν δ' ἐστιν ὀπισθόκεντρον δίπτερον μόνον] Ita vulgatam scripturam *οὐδὲν δέ ἐστιν δίπτερον ὀπισθ.* ex Med. Rhen. et versione Thomae correxi. Plinius: *nullum, cui aculeus in aluo, bipenne est.* Idem antea: *nullum, cui telum in ore, pluribus quam binis advolat pennis.*

ἀνορροπύγιος] Rhen. *ἀνωρροπύγιος*. Post *ὀμμάτων* ex

Med. et Rhen. ἔχει inseruit Camus. *habent quaedam* versio Thomae.

5. ψυχαὶ καὶ κάραβοι] *Papilioni et fulloni* Gaza, qui et supra κάραβον *fullonem* interpretatus est. Albertus haec omisit. Thomae versio habet *plinchae et carabi*. Camus *Psycha* retulit ex ea versione in Indice nominum, quibus vtitur. Thomas in nominibus graecis reddendis. In Vatic. margo κάνθαροι adscriptum habet.

ὅσα δὲ] Rhen. ἃ δὲ. Deinde idem καμπτόμενα. Hesychius: πηδάλια, τῶν ἀκρίδων οἱ ὀπίσθιοι πόδες.

διαφορὰς] Malim διάφορα. Deinde vulgabatur οὕτως σαρκώδης. Rhen. οὔτε σαρ. dedit. *intra ostracodea fit carnea* versio Thomae, quae scriptum sequitur οἷον τὸ ἐντὸς τῶν ὀστρακοδέρμων γίγνεται σαρκῶδες, quam scripturam equidem praefero.

6. διὸ καὶ οὔτε ἄκανθαν] Rhen. et versio Thomae καὶ omisit. Deinceps οὔθ' οἷον σηπίειον Med. *setpium* est in versione Thomae.

οὐδὲν δεῖται] Ita pro οὐ προσδεῖται Med. Rhen. nisi quod Med. οὐθὲν habet.

ταῦτα καὶ τοιαῦτά ἐστιν] Ita pro vulgatis τοιαῦτα καὶ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον Medic. et Thomae versio. Contra Rhen. τοιαῦτα omissis reliquis habet. ταῦτα καὶ τοῦτον ἔχουσι τὸν τρόπον Vatic.

7. ἐντὸς δ' εὐθὺς] Ita pro vulgatis ἐντὸς δὲ τοῦ σώματος ex Medic. Rhen. et versione Thomae dedit Camus. *intra sinum* Gaza. Post ἔντερον interiectum ἐστιν omittunt Med. R. A. Rhen.

ὀλίγοις] Ald. Junt. ὀλίγος, Bas. ὀλίγαι, vulgo ὀλίγον, quod ex Canis. R. A. Rhen. versione Thomae et Gazae correxit Camus, addens locum Plinii 11. c. 4. *nihil intus nisi admodum paucis intestinum implicatum*. Addo Scoti vel Alberti versionem. Ceterum pro ἔχει Rhen. et versio Thomae ἔχον habent.

σπλάγχνον] Thomae versio σπλάγχνα *viscera* reddidit.

ἢ ἁπλοῦν ἢ εἰλιγμένον] Medic. alterum ἢ omisit; Rhen. vtrumque, et praeterea ἐλιγμένον habet. Idem articulum ante ἀκρίδες omisit. Albertus vertit: *intestinum plenum aliquantulum inuolutum sicut locusta.*

ἄλλων ζώων] Vulgo intersertum δὲ auctore Rhen. omisi.

ὀπισθοκέντροις] Hoc vulgato ἐμπροσθοκέντροις Camus ex Canis. Reg. substituit. Plinius 11. s. 32. *vnum hoc ex iis quae viuunt et sine ore est. Pro eo quiddam aculeatorum linguis simile et hoc in pectore, quo rorem lambunt; pectus ipsum fistulosum: hoc canunt achetae, vt diximus. De cetero in ventre nihil est. — Iisdem solis nullum ad excrementa corporis foramen.* Postremum de suo addidit Plinius falsum, cetera bene interpretatus, inprimis situm τοῦ γλωττοειδοῦς in pectore bene addidit, cum Philosophus naturam tantum eius dixerit, μακρὸν, συμφυὲς καὶ ἀδιάσχιστον. Gaza vertit *prolixum, compactum indiuisumque.* Vereor ne in συμφυεῖ reddendo aberrauerit. συμφυὲς enim alibi in balanis dixit, quod vndique cohaeret clausum; quare potius hic fere συνώνυμον vocabulo ἀδιάσχιστον esse videtur. *Compactum* certe non est. Camus contra: *continue à sa tête et d'une seule piece,* propius a vero. Ortum enim e collo rostrum pectori asseritur. Hinc αὐχενορυγχωτὰ vocauit Gallus Dumeril hunc insectorum ordinem. Noster de Partib. 4, 5. τὸ δὲ τῶν τεττίγων γένος,— τὸ αὐτὸ μόριον ἔχει στόμα καὶ γλῶτταν συμπεφυκὸς, δι' οὗ καθαπερεὶ διὰ ῥύγχους δέχεται τὴν τροφὴν ἀπὸ τῶν ὑγρῶν. Ceterum Sylburgius scriptum malebat τούτῳ μακρὸν, quod equidem probo. De natura et partibus cicadarum vide dicenda ad 5, 30. et infra ad 4. c. 9.

ἀχέτας] Rhen. ἀσχέτας, deinceps cum Medic. Canis. διάζωμα dedit pro vulgato ὑπόζωμα. Versio Thomae τεττιγόνια vertit *cicadalia.*

8. τινές φασι] Rhen. φασί τινες habet, deinde rectius cum Medic. Canis. ἐμπειρικῶν pro vulgato ἐμπορικῶν, quod recepit etiam Camus. *expertorum* versio Thomae. Ceterum

Casaubonus in sequentibus legi malebat *ἕτεροι δὲ — ἄλλοι δὲ*, quo melius apodosis initio *οἱ μὲν* responderet.

δοκίοις, μέλανα] Vulgatum *δοκοῖς* ex M. Canis. Rhen. correxi. Praeterea *ἀμέλανα* M. Rhen. Deinceps *στρογγύλα δὲ* Rhen. cum versione Thomae.

καὶ ἀσπίδιν] Ex Rhen. copulam *καὶ* inserui. *scutis* vertit Thomas. Idem Rhen. postea *καὶ ἄλλα ὅμοια — πτερύγια ἔχει* cum versione Thomae habet.

λαβέσθαι] Thomas *capi* vertit. Post *ἄκρῳ* Rhen. *αὐτοῦ* additum habet, versio Thomae *summitate ipsa*, igitur *αὐτῷ* expressit.

ζώων ἁπάντων] Ita Rhen. pro *πάντων* cum Med. Deinceps verba *τά τ' ἐντὸς καὶ τὰ ἐκτὸς* ita contrahit Medic. *τά τ' ἐκτὸς καὶ περὶ ἕκαστον γένος ἰδίᾳ καὶ κοινῇ*. Etiam Rhen. copulam ante *ἰδίᾳ* omittit.

CAPVT VIII.

ὑπάρχουσιν] Rhen. *ὑπάρχει — ἐλάττους εἰσίν· εἰσὶ δέ*. Deinceps vulgatum *καὶ ἔτι πρὸς τούτοις* ex eodem correxi et Med. et versione Thomae. Postea vulgatum *φαίνονται* ex M. V. R. Rhen. emendauit Camus. Denique *γένος ἓν* Med. Can. Rhen.

2. *τοῦτο γὰρ*] Ita pro *τοῦτο μὲν γὰρ* scripsi ex Rhen. Deinceps vulgatum *ὀφθαλμοὺς μὲν γὰρ ἐν τῷ φανερῷ* correxi ex Med. et Rhen.

πάντα ἔχοντες] Male Rhen. *πάντες*. Sequens *κυκλώπιον* Thomas vertit: *et quod in circuitu pingue*, suprascripto *album*. Postea *ταῦτα πάντα* pro *ταῦτα* dedi ex Med. Canis. et versione Thomae. Denique vulgatum *ἔξω τούτων οὐδὲν σημαίνει* ex Rhen. et versione Thomae correxi.

ἐν τῇ γενέσει] Praepositionem *ἐν* omittit Rhen. Deinceps *πληρουμένης* dat cum Med. *γεννήσει* Reg. *orbata natura* versio Guilelmi habet. Postea vulgatum *ᾗ συνάπτει τὸ νεῦρον* ex M. Canis. Rhen. Veneto et versione Thomae correxi. *τῷ νεύρῳ* Vat.

τοὺς ἄνω χαυλιόδοντας] Aelianus H. A. 11, 37. *χαυλιόδοντα τὰ ὑποφαίνοντα ἔξω τοὺς ὀδόντας, ὡς ὁ ἄγριος, σπάλαξ.* Suidas in τυφλότερος ἀσπάλακος haec habet: *φησὶ δ' αὐτὸν Στησίμβροτος ὑπὸ τῆς Γῆς τυφλωθῆναι διὰ τὸ φθείρειν τοὺς καρπούς· ἔχει γὰρ ὀδόντας μακροτάτους, καὶ ῥύγχος ὥσπερ γαλῆς* (forte *μυγαλῆς*) *καὶ πόδας ὡς ἄρκτου.* Quae exscripsit Apostolius Prov. 19, 65. Nunc de re videamus. Oculos in vulgari nostra talpa quanquam minutos, manifestos tamen, si paulum pilos dimoueas, agnosces. Igitur merito genus aliud intelligi suspicari oportebat, quod in Syria demum repertum descripsit Gallus Olivier in Itinerario et cum Aristotelico comparauit nomine graeco appellatum. Hoc enim oculos manifestos non habet, sed sub cute latentes. Quod ad duos neruos crassos attinet, quos e vicinia medullae oblongatae ortos ad maxillae superioris dentes exsertos tendere iuxta oculorum sedes ait Philosophus, videtur ille quidem negare vsum opticorum neruorum aspalaci; nihilo tamen minus suspicari licet, in hoc etiam genere, velut in vulgari talpa, propter viciniam vtriusque neruorum paris spectatorem facile falli. Zinn in Comment. Goett. Tom. IV. p. 192. de oculo talpae ita: *Neruus opticus talpae longus et gracillimus ortus communi origine cum neruo maximo proboscidem adeunte, cranio egressus longo itinere obliquus super musculum proboscidis introrsum et paulum extrorsum fertur, et oculi parti posteriori sphaericae, multa carne obductae, in axi fere opticae inseritur.*

3. καὶ τὰ αἰσθητήρια] Gaza vertit: *ergo in nonnullis vel ipsae sensoriae partes latissime patent.* Camus importunum καὶ non reddidit, quod equidem tollendum et deinceps τὰ μέντοι τῶν ὀμμάτων scribendum suspicor.

τὴν γλῶτταν ἔχουσαν] Rhen. verbum omisit.

4. τὴν γλῶτταν ἔχουσι μὲν] Med. Rhen. τὴν γλ. omittunt. Iidem κυπρίοις habent. Praeterea Rhen. ὀστώδη γὰρ — ἀπολελυμένην ἔχουσιν dedit, vbi vulgo ἔχουσιν

deerat, et τε post ὀστώδη insertum legebatur. Ceterum in verbis excusabis ἀνακολουθίαν structurae. De re ita Obseruationes anatomicae Collegii priuati Amstelod. Part. I, p. 40. *Id quod lingua vulgo dicitur, proprie non est lingua; nam in superiori palato haeret, ita ut cibus sub ea transeat; sed est glandulosa quaedam substantia alba, mollis, humida, et quae puncta aut alio modo laesa se miro modo commouet.* Ex cyprino pinxit eam *Collins*, sed irritabilitatem nemo alius annotauit. In Gadis eodem in loco glandulae duae sitae sunt, quas *Monrous* cum humanis tonsillis male comparauit.

μὴ ἀναπουμένοις] Temere scripturam Med. V. R. Rhen. Ven. et versionis Thomae μὲν recepit Camus. Deinceps πολλοῖς χαίρει Med. *propriis enim multis* versio Thomae, sed suprascripto α et syllaba *is* punctis suppositis damnata. Rhen. plane omisit vocabulum. Deinde ἀμυίας Camot. Postea vulgatum καὶ τὸ πῖον τῶν ex Med. Rhen. correxi. Versio Thomae: *genus amiae capiunt magis esca, et quidem pinguium piscium.* Legit igitur scriptum τὸ τῆς ἀμίας γένος λαμβάνουσι δελέατι καὶ μὲν τῶν πιόνων ἰχθύων.

ἐν τῇ γεύσει] Ex Rhen. ἐν inserui; idem sequens ἐν τῇ omittit. Deinde ὃ γάρ τις εἶναι Rhen. τις etiam ex M. Canis. R. A. annotauit Camus, et ἃ pro ὃ ex M. Canis. *quod enim utique aliquibus esse videbitur* Thomae versio.

5. τυφλὰ] Foramina narium in plurimis piscium loco solito adsunt et neruos suos recipiunt. Quae vero foramina cum branchiis habere communionem ait, forte intellexit ea, quae post oculos squalorum et raiarum posita aquam marinam emittunt. Sed haec narium locum non occupant consuetum.

τριηρῶν] Thomas *galearum* vertit. Sequens ὅμως vulgato ὁμοίως ex Med. Rhen. et Thoma substituit Camus. Postea vulgatum ἀθρόον ex Med. et Thoma in ἀθρόους mutauit Camus; equidem ἀθρόως Canis. Rhen. recepi. Alia est ratio in sequenti ἀθρόους. Denique ἐξακείλειν

Rhen. ἐξοκέλλειν Med. *attelebare* Thomas, qui praeterea συμβαίνει ἐπὶ omisso καὶ legit, μονοξύλοις *fustibus* vertit, denique *sonantes multos ex ipsis* vertens legit ψοφοῦντες πολλοὺς ἐξ αὐτῶν.

7. πολλοὺς ἀθρόους] Thomas *multos valde* vertit. Deinceps τῆς ῥύμης dedi ex Rhen. Vulgo τῆς deest. κώπης *remi*, ῥύμης *motus scafae* vertit Thomas. Postea vulgatum συγκυκλώσωνται mutaui. Med. κυκλώσωσι dat cum Rhen. συγκυκλώσωσιν Canis. *quousque vtique circumdederint* Thomas. In Rhen. est ὅτε ἂν βούλωνται, deinde λίθους. Albertus habet *percutiunt asseres.*

8. περιβάλλονται] Rhen. περιβάλλεται. Deinceps vulgatum συγκλεῖσαι ex Rhen. correxi. *circumcludantur* Thomae versio.

9. ἐκ πάνυ πολλοῦ] Rhen. εἰς π. π. male. Sequens ἄττα ex Med. Canis. inserui. Postea κόττους ex Gazae versione substituit Sylburgius. Antea enim erat βοίτους. Aldina cum R. A. κοίτους dat. κόττους Venetus, Med. Can. Rhen. Versio Thomae: *cottos hos venantur.* Gesner p. 476. malebat βοΐτους, quos gobiones fluuiatiles interpretabatur. Post κόττους vulgo intersertum καὶ omisi cum Thoma.

τὰ δ' ἐκπίπτει] Ita Med. ἐμπίπτει Rhen. Vatic. ἐκπίπτουσι Junt. Camot. ἐσπίπτει Reg. Vulgo ἐμπίπτουσι. Deinceps περιφερόμενα Rhen. *egrediuntur delati* versio Thomae.

10. ὀξύκόους] Ita cum M. Rhen. hic et paulo post ὀξύκοοι. Contra suadente Sylburgio ex V. R. ὀξυηκόους vtrobique dedit Camus. Deinceps τοὺς ἰχθῦς vulgato ἰχθύας substitui ex Rhen. Ceterum post φανερὸν Albertus haec addit: *Audiunt non per instrumentum auditus, quod non habent; sed forte sub branchis expanditur tympanum auditus eorum, quod immutatur a sonis.* Sed fefellit hominem coniectura. Tympanum non magis adest, quam meatus externus, sed ductus semicirculares cum sacco lapillos includente, qui ossiculorum auditus vicem gerunt. Sonus igitur per ossa percussa capitis propagatur eo vsque.

ἐκ τοῦ διατρίβοντας] Vulgatum *λέγειν δὲ τοῦτο τοὺς διατρ.* ex Rhen. correxi. Med. *λέγειν δὲ τοῦτο ἐκ τοῦ διατρ.* Post *θάλατταν* vulgo interserta *διὰ τὸ* omittit vterque Codex.

χρέμψ] Vatic. *χρὲψ*. Med. cum Rhen. omittit. *Kiremis* versio Thomae. Albertus tria tantum nomina posuit, in iisque est *jeremys*. Deinceps *σάρκη* Rhen. cum Veneto. Postea *χρέμις* Rhen. Medic. *χρομὶς* Vat. sed supra *ο* scripto *ε*. Denique *μάλιστα* pro *μᾶλλον* Rhen. Audiamus nunc Aelianum H. A. 9, 7. *Ἀκοὴν ἀγαθὸν καὶ ὀξύτατον τὸν λάβρακα Ἀριστοτέλης εἶναί φησι, καὶ μέντοι καὶ τὸν χρόμιν καὶ τὴν σάλπην καὶ τὸν κεστρέα. Πυνθάνομαί τε τὸν λάβρακα σαφῶς εἰδέναι, ὅτι ἄρα ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ λιθίδιόν ἐστι, καὶ χειμῶνος τοῦτο ψυχρότατον γίνεται καὶ λυπεῖ αὐτὸν ἰσχυρῶς· ταύτῃ τοι καὶ κατ' ἐκείνην τὴν ὥραν τοῦ ἔτους ἀλεαίνειν αὐτὸν, καὶ ἐπινοεῖν τῇ ψύξει τῇ ἐκ τοῦ λίθου φάρμακον τοῦτο καὶ μάλα γε ἀντίπαλον. Καὶ χρόμιν δὲ τὸ αὐτὸ ποιεῖν καὶ φάγρον καὶ σκίαιναν πέπυσμαι· ἔχειν γὰρ τὸν ὅμοιον λίθον καὶ ταῦτα.* cuius loci altera pars ducta est ex nostri H. A. 8, 19. vbi *χρωμὶς* edebatur. De nomine plura dixi in Histor. litter. piscium p. 98. H. l. simul vides vestigia veritatis a veteribus agnitae in vsu lapillorum capitis ad auditum. Vides praeterea piscem *χρέμψ* pariter omissum ab Aeliano et scripturam *χρόμις* ab eo firmatam. Plinius 10. s. 89. *pisces quidem auditus nec foramina habent: audire tamen palam est. — Itaque produntur etiam clarissime audire mugil, lupus, salpa, chromis, et ideo in vado viuere.* Postrema sunt aut mutila aut ineptissimo loco addita.

11. *ὀσφρήσεως ἔχει*] Verbum omisit Rhen. Deinde vulgatum *τῶν ἰχθύων οἱ πλεῖστοι* mutaui ex Rhen. ordinem. Postea ex Med. Canis. Rhen. et versione Scoti inserui verba *οἱ δ' ἄλλοι τούτων ἧττον*. Denique *τοῖς τε δελέασι* dedi ex Rhen. cum vulgo esset *τοῖς δελέασί τε*.

ἡ σάλπη] Vatic. *οἱ σάλποι*. Deinde post *πολλοὶ* V. R. A.

omittunt verba *τῶν ἰχθύων*. Postea *σπηλαίῳ* Med. Abhinc vulgatum *προσκαλέσασθαι* ex Rhen. correxi. *prouocare* versio Thomae. Denique vulgatum *εἰς τὴν ἄγραν* ex Rhen. Can. correxi. Med. *προσκαλ. εἰς τὴν θήραν*.

ἐπαλείφουσι] Ita pro *περιαλείφουσι* Rhen. *circumungunt frixurae odoribus* Thomae versio. Deinceps *ἡ ἐγχέλη* Med. *τιθέασι δὲ* Rhen. Postea *ἠθμὸν* vulgato *ἰσθμὸν* substitui ex M. Rhen. et versione Thomae. Denique vulgatum *πάντες φέρονται μᾶλλον* ex Rhen. correxi. *φέρονται θᾶττον* Med. Canis. Pro *ὅλως δὲ* Thomas *ὅλως δὴ* legisse videtur *vtique* vertens. Plinius: *quosdam et speluncis latentes salsamento illitis faucibus scopuli piscator expellit, velut sui cadaueris agnitionem fugientes*. De quo loco indicauit bene Victorius Var. Lect. 9, 1. Albertus habet: *vase enim testeo salsa accepto a piscatoribus et posito in aqua ante cauernam, in qua habitat, intrabit in vas*. Idem pro salpa alios nominat pisces ita: *vt barbelli per cadauer et cancri per carnem retro ad nauim suspensam*. Addit: *et Aristoteles dicit, quod illi qui cerebri vocantur siue ceribiae capiuntur per branchos, quum foetidis imbuti fuerunt*.

12. *ἢ τῆς κνίσσης*] Rhen. *τῆς* omisit. Deinceps *ῥύακες* Rhen. *ryades* Thomae, *vanareys* Alberto. Cf. infra 8, 13. et ad Aeliani H. A. 9, 46. Postea vulgatum *πλύσμα* ex Med. Can. Rhen. correxi. *πτίλωσμα* Edd. pr. et Vaticani Sylburg primus mutauit. *πόλισμα* Reg. Verum habuit Gaza. *lauatura piscium* Alberto. Denique vulgatum *ἐγχυθείσης* ex Vat. Rhen. versione Thomae (vbi est *hauratorio effuso*) et Gazae emendauit Camus, et ante eum Sylburgio suadente Duval.

13. *τάχιστ' ὀσφραίνεσθαι*] Ita pro *ταχὺ* Rhen. versio Thomae. Pro *γένηται αἷμα* Casaubonus *χέηται* malebat: *sanguis effusus est* Gaza vertit. Deinceps vulgatum *ὅλως μὲν ἐὰν σαπρῷ — δελεάσῃ εἰς τὸν κύρτον* ex Med. Canis. Reg. correxit Camus. *totaliter autem si quis — in venatione ad hamum* versio Thomae. In Rhen. vulgatam reperi, sed is praepositionem *εἰς* solus recte omisit.

14. *οὐκ ἔχουσι φανερὸν*] Ita pro *οὐδὲν* Rhen. Deinceps vulgatum *οὐδὲ δὴ* correxi ex versione Thomae: *neque autem.* Sequens *οὖν* ante *πάντας* omittit Rhen. Postea *ταῦτα* pro *ταύτας* dedit Camus ex Med. Rhen. versione Thomae, Scoti et Gazae. Denique vulgatum *ζώων, ἐπειδὴ τέτταρα δ. εἰσὶ γένη* ex Med. Canis. Rhen. versione Thomae correxit Camus. Editio Laemariana tamen *ζώων εἰς τέτταρα* habet. V. R. *ἐπεὶ μὲν εἰς τέτταρα.*

15. *τούτων δὲ — ἔντομα*] Haec verba omisit Rhen. uti *καὶ γεῦσιν* Medic.

ἔντομα ὄντα] Additum *ὄντα* desiderari aliquod vocabulum arguere videtur, sed non sum ausus ex Med. et Rhen. *πεζὰ* addere; nam sequens *ἄπτερα* ea ipsa significat. Deinde ex Rhen. vulgatum *αἵ τε μέλιτται* correxi. Idem cum Med. *αἱ κνῖπες* habet. Gazae *culices dicti muliones* secuto Plinium 11. s. 19. et 30. s. 53. Sed is *κνῖπας* Theophrasti h. pl. 4, 17. interpretatus est plane diuersos et in lignis viuentes. Nostri sunt e formicarum genere. De Sensu c. 5. *Καὶ τὸ τῶν μικρῶν μυρμήκων γένος, οὓς καλοῦσί τινες σκνῖπας.* In libro Kyranidum p. 87. formicarum genera enumerantur; in his sunt: *aliae vero sunt tenues et graciles et rubrae, quae dicuntur zinyphes.* quae videntur mihi esse hae ipsae *σκνῖπες.* Forte lectio Codd. *αἱ κνῖπες* vera est.

περιπαττομένων λείων] Verba *καὶ θείου* Ambr. omisit. Contra Rhen. *περιπλαττομένων* habet. *λείων puluisculo* Gaza, *puluerisatis* vertit Albertus. Deinde *μυρμηκωνίας* Rhen. et *στήρακος.* Med. *στόρακος.*

16. *Ἔτι δὲ αἱ σηπίαι*] Ita pro *αἵ τε σηπίαι* ex Med. Rhen. correxi, sed Med. *αἵ τε* tamen habere dicitur. Mecum facit versio Thomae. Sequens *προσέχονται* vulgato *προσέρχονται* substitui ex coniectura Scaligeri et versione Alberti, qui ita: *tam immobiliter adhaerent.* Sed is male fumum storacis ad capiendum polypum adhiberi narrat. Plinius 10. sect. 90. *Conueniuntque ex alto etiam ad quosdam odo-*

res, vt sepiam vstam et polypum; quae ideo coniiciuntur in nassas. Sentinae quidem nauium odorem procul fugiunt, maxime tamen piscium sanguinem.

ἀποσπᾶσθαι] Vulgato *ἀποσπασθῆναι* substitui ex Med. Rhen. vt statim *τεμνόμενοι* vulgato *ἀποτεμνόμενοι* ex eodem Rhen. *detruncati* tamen est in versione Thomae. Postea *κόρυζαν* habent Aldina, Canis. Rhen. Ex versione Thomae posuit Camus: *cornimam*, et ex margine: *herba est sine foliis.* In libro Lipsiensi reperi scriptum *cornybam*, suprascripto *m*, vt esset *cornymam.* Albertus *kabora* habet, addens: *quidam autem eam vocant venciam.* Plinius l. c. *non potest petris auelli polypus: idem cunila admota ab odore protinus resilit. Purpurae quoque foetidis capiuntur.*

εὐθέως ὀσμώμενοι] Vulgato *εὐθὺς ὀσφραινόμενοι* substitui ex Rhen. qui male sequens *ἀφιᾶσιν* omisit, vt paulo antea verba *ὥς φασι.* Statim sequebatur vulgo *ἐνίοτε γὰρ τήν τε τροφήν.* Sed Rhen. cum versione Thomae verba *ἐνίοτε γὰρ* omittunt. Igitur *γὰρ* necessarium post *τήν τε* inserui. Denique *προσιζάνει* dedi pro *προστρέχει* ex Med. Rhen. *insident* Albertus, *accedit* Thomas. Articulum *τὰ* ante *γλυκέα* tacitus addidit Camus, et habet Rhen. *οἱ κώνωπες* pro *ὁ κώνωψ* eidem Rhen. debetur. Plinius l. c. *Cornus ceruini odore serpentes fugantur, sed maxime styracis: origani aut calcis aut sulphuris formicae necantur. Culices acida petunt, ad dulcia non aduolant.*

17. *ὅπερ καὶ πρότερον*] Credo fuisse *ὥσπερ κ. πρ.* quae est nostro formula fere solemnis.

οἷον ἐπὶ] Reg. *οἷον* omittit, non male. Deinceps *τοιοῦτον* pro *τοιοῦτο* dedit Rhen. Sequens *ἔχουσι* versio Thomae *habentia* reddit; igitur *ἔχοντα* legit. Idem Rhen. *ἐκ τῶν αὐτῶν* pro *διὰ τ. α.* habet. Postea Thomas scriptum *προσέρχονται δὲ διὰ τὰς ὀσμὰς καὶ προσέρχονται κρίναντα ταῦτα χαίρει οἷς χυμοῖς ἕκαστον* vertit: *accedunt autem propter odores et aduenìunt discernentia haec gaudent qui-*

bus s. s. Medic. Rhen. προσέρχονται κρίναντα habent. καὶ ante τοῖς χυμοῖς omittit Rhen. et ἕκαστον praefert.

18. στόμα ἔχει] Rhen. στόματα. Ex eodem τῆς ante ὄψεως inserui. σωλῆνες Thomae *solines*, Alberto *solinete*. Sequens προσιὸν pro προσφερόμενον ex Med. Rhen. dedi. Versio Thomae: *ferrum accedens seucestas. expedit enim ipsorum parum.* Expressisse igitur potius videtur ὑπάρχει, quod habet Med. quam ὑπερέχει. De re vide dicta supra ad cap. 4. s. 2. Pro ὥσπερ ὁρῶντες male Rhen. habet προσορῶντες.

19. νηρίτας] Rhen. νηρείτας. Deinceps προσιόντας ex Mediceo et Rhen. recepit et male vertit Camus. Sequentia Gaza vertit: *quoties escam persequuntur,* dubia sententia. Male Camus: *qui vont à la pêche des nerites avec des appas.*

οὐδὲ φθεγγόμενοι] Rhen. μὴ φθ. Sequens ὡς male omisit Med. Deinceps vulgatum ἀκινήτων, οἷον τὰ τήθυα, correxi ex Med. Rhen. τήθεα Rhen. *balana* versio Thomae. Vtrumque genus infra 5, 15. iungit, vbi de ortu eorum tradit. Balani tamen notitiam nusquam dedit in libris superstitibus. Plinius semel balanum nominauit. Sed Athenaeus 3. p. 88. ex perdito libro aliquo Philosophi refert haec: λεπὰς δὲ μονόθυρον καὶ λειόστρακον, συμφυὲς δὲ μῦς· μονοφυὲς δὲ καὶ λειόστρακον σωλὴν καὶ βάλανος· κοινὸν δ' ἐξ ἀμφοῖν κόγχη. quae vertuntur: *patella vero vniualuis, testa laeui. Cohaerentibus testis constat musculus: in vnam concreta eaque laeui solen et glans: communis ex ambabus naturae est concha.* Quae versio vitio non caret omnino. Nam noster hist. an. 4, 4. τὰ δὲ δίθυρα μέν ἐστιν, ὁμοίως δὲ συμπέφυκεν ἐπ' ἀμφότερα, οἷον οἱ σωλῆνες· ἔστι δὲ ἃ ὅλα περιέχεται τῷ ὀστράκῳ καὶ οὐθὲν τῆς σαρκὸς ἔχει ἐς τὸ ἔξω γυμνὸν, οἷον τὰ καλούμενα τήθυα. quae aliis etiam in locis repetiit, nulla balanorum mentione iniecta. Vertenda igitur potius erant verba Philosophi: *coniunctis valuis constat musculus, vtrinque et quasi in vnam coniunctis solenes et balani, iisque lae-*

vibus. Denique Diphilus Siphnius medicus apud Athenaeum 3. p. 91. hoc indicium formae posuit: *αἱ δὲ βάλανοι καλούμεναι ἀπὸ τῆς πρὸς τὰς δρυΐνας ὁμοιότητος*. Vocatae igitur sunt a similitudine glandium. Xenocrates c. 17. *βαλάνων μὲν ἄριστοι οἱ θερείας λαμβανόμενοι, ἐπιτήδειοι πρὸς βρῶσιν, οἳ γίνονται, ὅπου ἐπιμίγνυται γλυκὺ ὕδωρ· τρόφιμοι δ' εἰσὶ καὶ γλυκεῖς, πλέον δ' εἰσὶν ἐντρεφόμενοι πέτραις· ἥδιστοι γάρ. — αἱ δὲ μὴ ἐν πέτραις δριμεῖαι καὶ φαρμακώδεις*. Ita locus iste scribendus, vbi Editiones multis locis genus foemineum praeferunt, quod adhibuit etiam in nomine *βάλανος* cum Diphilo Hicesius Athenaei p. 87. Similitudinem glandis quercinae ad asperitatem valuarum referre, vt in chamarum aliquo genere asperarum fecit Xenocrates, non licet, si verum ex Aristotele Athenaeus *λειόστρακον* retulit. De ostracodermis nusquam adhibuit Philosophus verbum *μονοφυὴς*, sed de visceribus est de Partibus 3, 7. *τῶν σπλάγχνων τὰ μὲν μονοφυῆ, καθάπερ καρδία καὶ πνεύμων, τὰ δὲ διφυῆ, καθάπερ νεφροί*. vbi Gaza *simplicia* — *bipartita* vertit. Rectius, puto, *indivisum* vel *indiuiduum* interpreteris. Theophrastus similiter de palmis: *ἔστι δὲ φοῖνιξ μονοστέλεχες καὶ μονοφυές· οὐ μὴν ἀλλὰ γίγνονταί τινες διφυεῖς καὶ τριφυεῖς*, id est, palmae sunt vno et simplice caule, quaedam tamen etiam gemino et tergemino diuiduntur. Licebit igitur etiam solenes *μονοφυεῖς* dicere, licet biualues sint, quoniam valvae vtrinque iunctae sunt. Similiter etiam balanos, qui plerumque quinis plane coniunctis integuntur. Nec tamen existimo Aristotelem ipsum vocabulo *μονοφυὴς* vsum fuisse de solenibus et balanis, sed potius Athenaei excerptoris imperitiae assignandum puto vsum vocabuli improprium, et ab Aristotelico alienum. Balanum primus agnouit Rondeletius eo quidem facilius, quod maris mediterranei accolae Galli speciem balanorum aliquam glandem marinam appellant, sed non edulem, quam *Poussepied* vocant. Haec est Linnaei Lepas balanus. Similitudinem glandis

quercinae aliis exquirendam relinquo et commendo, qui plures species generis vinas viderunt. Suspicor eam in forma plurimorum conica aut basi carnea, cui quaedam species insident, latere. De balanorum interiore structura et historia compara Tilesii *Jahrbuch der Naturgeschichte* 1802. p. 223 seqq. inprimis vero Cuverium Lection. Anatomic. Tom. II. p. 312 seqq.

CAPVT IX.

Φωνὴ καὶ ψόφος] Vulgo intersertum *δὲ* cum Rhen. omisi. Sic etiam vertit Thomas, qui *tertium ab his* habet, ergo *τρίτον ἀπὸ τούτων* legit scriptum. Deinde Rhen. *ἔστι καὶ ἡ τῆς γλώττης.*

τὰ δ' ἄφωνα] Ita Rhen. et versio Thomae pro *ὅσα δ' ἄφωνα.* Articulum ante *χείλη* ex eodem inserui. Postea vulgatum *οὔτε φωνεῖ οὔτε διαλέγεται* recte correxit Camus. Librarius hinc ad sequentia aberrauerat; argumento est liber Rhen. qui totum locum hunc, *ψοφεῖν* — *διαλέγεται,* omisit, vt versio Thomae. Similiter Thomas scriptum vertit *γλῶτταν ἔχει μὴ ἀπολελυμένην.*

2. *τῷ ἔσω*] Rhen. *οὐ τῷ ἔσω πνεύματι, ἀλλὰ θύραζε.* Deinde *βομβεῖ* Thomae versio, quod praeferebat Sylburg. Postea vulgatum *τεμνόμενοι ὑπὸ τὸ ζῶμα* ex Med. Camis. Rhen. versione Thomae, V. R. correxit Camus. *membrana septo transuerso subdita, qua praecinctum corpus distinguitur* Gaza.

ὅσων διῄρηται] V. R. *ὅσον* cum Edd. pr. Gazam *ᾧ* scriptum vertere putabat Sylburg, qui primus *ὅσων* coniecit. *ὑπόζωμα* etiam Ambr. Deinceps vulgatum *οἷον τὸ τῶν τεττίγων γένος* ex Med. correxi. Intelliguntur enim soli *ἀχέται.* Postea vulgatum *αἴροντε* — *συστέλλονται* ex Med. Vat. versione Thomae et Alberti emendauit Camus. *ποιοῦσι* post *τρίβουσαι* sola Camot. cum Codd. habet additum.

Noster de respiratione cap. 9. *ὅσα δὲ μακροβιώτερα τῶν ἐντόμων* — *τούτοις ὑπὸ τὸ διάζωμα διέσχισται,*

ὅπως διὰ λεπτοτέρου ὄντος τοῦ ὑμένος ψύχηται. — καὶ τἄλλα δέ, ὅσα βομβεῖ, οἷον σφῆκες καὶ μηλολόνθαι καὶ τέττιγες: καὶ γὰρ τὸν ψόφον ποιοῦσι πνεύματι, οἷον ἀσθμαίνοντα· ἐν αὐτῷ γὰρ τῷ ὑποζώματι τῷ ἐμφύτῳ πνεύματι αἴροντι καὶ συνίζοντι συμβαίνει πρὸς τὸν ὑμένα γίγνεσθαι τρίψιν· κινοῦσι γὰρ τὸν τόπον τοῦτον ὥσπερ τὰ ἀναπνέοντα ἔξωθεν τῷ πνεύματι — καὶ τῇ τρίψει τῇ πρὸς τὸν ὑμένα ποιοῦσι τὸν βόμβον, ὥσπερ λέγομεν, οἷον διὰ τῶν καλάμων τῶν τετρυπημένων τὰ παιδία, ὅταν ἐπιθῶσιν ὑμένα λεπτόν. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τῶν τεττίγων οἱ ᾄδοντες ᾄδουσι· θερμότεροι γάρ εἰσι, καὶ ἔσχισται αὐτοῖς ὑπὸ τὸ ὑπόζωμα, τοῖς δὲ μὴ ᾄδουσι τοῦτ᾽ ἔστιν ἄσχιστον. Sed est tertius locus nostri infra 5, 30. ὁμοίως δὲ ἔν τε τοῖς μικροῖς καὶ ἐν τοῖς μεγάλοις οἱ μὲν διῃρημένοι εἰσὶ τὸ ὑπόζωμα οἱ ᾄδοντες, οἱ δ᾽ ἀδιαίρετον ἔχοντες οὐκ ᾄδουσι. καλοῦσι δὲ τοὺς μὲν μεγάλους καὶ ᾄδοντας ἀχέτας, τοὺς δὲ μικροὺς τεττιγόνια. ᾄδουσι δὲ μικρὸν καὶ τούτων οἱ διῃρημένοι. vbi Gaza *praecinctu diuiduas et indiuiduas* dixit. Loca nunc videamus ceterorum scriptorum. Strabo libro 6. p. 736. sq. vbi causam reddere conatur, cur cicadae in regione quadam Locrorum non canant, ita: τὸ αἴτιον εἰκάζουσιν, ὅτι τοῖς μὲν παλίσκιόν ἐστι τὸ χωρίον, ὥστ᾽ ἐνδρόσους ὄντας μὴ διαστέλλειν τοὺς ὑμένας, τοῖς δ᾽ ἡλιαζομένοις ξηροὺς καὶ κερατώδεις ἔχειν, ὥστ᾽ ἀπ᾽ αὐτῶν εὐφυῶς ἐκπέμπεσθαι τὸν φθόγγον. Contra Meleager aliam canendi rationem indicat Epigrammate 111. ἠχήεις τέττιξ δροσεραῖς σταγόνεσσι μεθυσθεὶς — ἄκρα δ᾽ ἐφεζόμενος πετάλοις πριονώδεσι κώλοις αἰθίοπι κλάζεις χρωτὶ μέλισμα λύρας. Sed is male ad cicadam transtulit rationem eandem, quam in locusta praedicat Epigrammate 112. ἀκρὶς — λιγυπτέρυγε — κρέκε μοί τι ποθεινὸν ἐγκρούουσα φίλοις ποσσὶ λάλους πτέρυγας. Scilicet, vt ait Plinius 11. s. 51. *Locustae pennarum et feminum attritu sonare creduntur sane.* Poeta tamen nescio quis lyricus apud Demetrium de Elocutione sect. 142. de cicada pariter dixit πτερύγων δ᾽ ὑπο κακχέει

λιγυρὰν ἀοιδάν. Cetera non tango vitiosissima, quibus sanandis non suffecit ingenium Jacobsii ad Antholog. Tom. I. p. 122. Contra recte Mnasalcas Epigr. 10. locustae πτέρυγας λιγυφθόγγους tribuens ait: ἐκ πτερύγων ἀδὺ κρέκουσα μέλος — κατ' εὐκάρπους αὔλακας ἑζομένα. Idem Epigr. 11. ἀκρίδα μελεσίπτερον vocauit, vt Phaennus Epigr. 2. Meleagrum imitatus Archias Ep. 39. male dixit de cicada: ἔκρεκες εὐτάρσοιο δι' ἰξύος ἀχέτα μολπάν. Pariter Nicias Epigr. 8. comparato Pamphili Epigr. 2. Bianor Epigr. 3. λαλίστατος ἡνίκα τέττιξ φθέγξαιτο διγλώσσῳ μελπόμενος στόματι. vbi os bilingue cicadae tributum cum non intelligeret postremus Editor, φθέγξατ' ἐν αγλώσσῳ scribi maluit comparans Simmiae Epigr. 6. vbi est: τερπνὰ δι' ἀγλώσσου φθεγγομένα στόματος. Sed hic locus est de locusta cauea inclusa, non de cicada, quam vir doctus vbique in annotationibus eam locustis confudisse videtur. Denique Apollonides de cicada Epigr. 25. νηδὺν ῥαπίζων δαιδαλ' αὐτουργῷ μέλει ἡδὺς κατωργάνιζε τῆς ἐρημίας. i. e. verberans ventrem varium et natiuum cantum effundebat in solitudine. In hoc, vt in Bianoris carmine, insunt vestigia notitiae accuratioris et peritiae naturae insecti. Ceteri poetae naturae inscitiam prodiderunt. Cuius culpae non minus affinis est Aelianus H. A. 1, 20. vbi ait: οἱ δὲ τέττιγες κατὰ τὴν ἰξὺν εἰσι λαλίστατοι, vbi versio habet: *circa cinctum loquuntur.* Ferri tamen hoc potest magis, quam Archiae εὐτάρσος ἰξὺς supra posita. Recentiorum primus instrumenta vocis enarrauit Koenig in Ephemerid. Naturae Curios. Decad. II. Ann. IV. p. 84. Ait esse membranam plicatilem ad instar ventilabri feminei, cui sub alis annectatur tendo longiusculus cum musculo, qui dum contrahitur, plicari faciat membranam maxime siccam, vt sonus edatur, quem etiam post mortem tractione tendinis imitari possimus. Organa musica cicadae pinxit Julius Casserius in opere anatomico. Sed omnium accuratissime enarrauit Jul. Pontedera in Epistola ad Sherardum adiecta Compendio Tabularum botanicarum edito

Patavii 1718. vbi p. XV. loca Aristotelis accurate persecutus est, ita tamen, vt cauillatione non abstinuisse videatur. Veluti cum Philosophus ὑμένα dicit φανερὸν cicadae, is contra affirmat duplicem esse; deinde organa musica ista in maioribus cicadis squammis esse tecta, in minoribus non esse tecta; denique organa ista, quae tympana vocat Pontedera, non esse ὑπὸ τὸ ὑπόζωμα, sed in thorace, et talem ὑμένα in aliis insectis praeter cicadas non reperiri. Quae quidem crimina omnia benigniore interpretatione facile eludere possumus. Verum in eo maxime iniuriam fecit Pontedera Aristoteli, quod in opere historico desiderabat eam notitiam partium, quam puto philosophum posuisse in anatomica partium descriptione, ad quam multis in locis lectorem ablegare solet. Postremo loco Plinii locum addo, quem ex Philosopho simpliciter translatum non magis dicere licet, quam alterum de voce ranae maris. In libri 11. s. 112. *Alia cum tractu stridorem, vt cicadas. Recepto enim vt duobus sub pectore cauis spiritu, mobili occursante membrana intus, attritu eius sonare.* vbi Pintianus pro *cum tractu* malebat *attritu* scribi, deinde *recepto etenim duobus* etc. Plinius etiam in hoc loco et in altero de ranae maris voce non ipsum Aristotelem ante oculos habuit, sed potius interpretationem Nigidii, vt in permultis aliis, secutus est, quod iam in Historia litteraria Piscium p. 76. monui.

3. οὔτε γὰρ] Med. οὐ γὰρ δή. Canis. Rhen. οὕτω δή. Etiam R. δὴ habet. Sequens τριγμοὺς pro τρισμοὺς ex Med. Rhen. dedi. *trigmos quos dicunt vocem* versio Thomae. Reddidit igitur φωνή, quod est in Rhen. Postea χρῶμις Thomas *kromis*. Denique τρυγλισμὸν Rhen. τρυλλισμὸν Med. *glyrasmum* versio Thomae addens *nomen soni est.* Alberto λύρα καὶ χρόμις sunt *lauda* et *iecorus*.

ὁ κάπρος] Rhen. οὐ κάπρος. Deinde χαλκεὺς dedit pro χαλκίς. Postea omisso articulo κόκκυξ· ἡ μὲν γὰρ—τρυγὼν—ὄνομα ἔχειν. Etiam Med. Can. ἡ μὲν γὰρ habent, quod scribi

voluerat Sylburg referendum ad nomen *χαλκίς*. In Med. est *συριγμὸν*, in A. V. *στριγμὸν*, versione Thomae *velut brigmon*, vbi praeterea est *calkis et kokux*, Alberto *halyz et koky*. Pro *κόκκυγι* Thomas habet *cochuzani*, quasi *κοκκύζοντι* scriptum legisset. Noster de Anima 2, 8. *ἀλλ' οἱ λεγόμενοι φωνεῖν, οἷον οἱ ἐν τῷ Ἀχελώῳ ἰχθύες, ψοφοῦσι τοῖς βραγχίοις ἢ τινι ἑτέρῳ τοιούτῳ*. quae latina fecit suo more auctor libri de natura rerum apud Vincentium Sp. natur. 4, 21. Aeliani H. A. 10, 11. *λύρα μὲν γρυλλίζει καὶ χρόμις καὶ κάπρος, ὡς Ἀριστοτέλης φησί· χαλκεὺς δὲ συρίττει· κόκκυξ δὲ ἄρα τὸν ὁμώνυμον ὄρνιν τῇ φωνῇ μεμιμημένος φθέγγεται παραπλήσια*. vbi vulgatum *σαῦρα* et *χαλκὶς* emendauerat Gesner. Ceterum vulgatum *τριγμὸν* correxi. Plinius 11. s. 112. *sed et ceteri pisces, quamuis pulmone et arteria careant, non in totum sine vllo sono sunt. Stridorem eum dentibus fieri cauillantur: et is qui caper vocatur in Acheloo amne, grunnitum habet et alii, de quibus diximus.*

τὴν δοκοῦσαν] Rhen. *τῶν*. Quae sint *τὰ περὶ τὴν κοιλίαν ἐντὸς*, difficile est coniicere, nisi vesicam aëream significare voluit, cuius exitus est in oesophago, vnde exeuntes bullas aëreas per aquam obseruaui in cobitide, quae vesicam eam osseam habet.

4. *σελαχωδῶν*] Ita pro *σελάχων* Rhen. *selacheorum* Thomas. Sequens *ἐπερειδόμενοι* pro *ἀπερ.* ex Rhen. Canis. dedi: praeterea *φέρωνται* pro *φαίνωνται* ex Med. Canis. *cum ferantur firmati humido* versio Thomae, quae *ῥοιζοῦσι* reddit *trizant*.

ὁμοίως γὰρ καὶ αὗται] Vulgatum *καὶ γὰρ αὗται* correxi transposita copula et inserto *ὁμοίως* ex Rhen. Deinceps *μικρὰ* habent M. Can. Venet. Rhen. Albertus. Postea *ὥσπερ γὰρ* vertit Thomas. Verba *τοῖς πτέρυξι* omittit Rhen. Abhinc *οὐ φωνεῖ, οὕτως*; denique *οὐδενὸς* Codd. omnes cum versione Thomae, sed M. R. A. *ἀφίησιν* addere et geminare dicuntur.

ὅταν ἐξέλθῃ] Rhen. *ἔλθῃ* — *ὁμοίως τοῖς εἰρημένοις*.

ὅπως διὰ λεπτοτέρου ὄντος τοῦ ὑμένος ψύχηται. — καὶ τἄλλα δέ, ὅσα βομβεῖ, οἷον σφῆκες καὶ μηλολόνθαι καὶ τέττιγες: καὶ γὰρ τὸν ψόφον ποιοῦσι πνεύματι οἷον ἀσθμαίνοντα· ἐν αὐτῷ γὰρ τῷ ὑποζώματι τῷ ἐμφύτῳ πνεύματι αἴροντι καὶ συνίζοντι συμβαίνει πρὸς τὸν ὑμένα γίγνεσθαι τρῖψιν: κινοῦσι γὰρ τὸν τόπον τοῦτον ὥσπερ τὰ ἀναπνέοντα ἔξωθεν τῷ πνεύματι. — καὶ τῇ τρίψει τῇ πρὸς τὸν ὑμένα ποιοῦσι τὸν βόμβον, ὥσπερ λέγομεν, οἷον διὰ τῶν καλάμων τῶν τετρυπημένων τὰ παιδία, ὅταν ἐπιθῶσιν ὑμένα λεπτόν. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τῶν τεττίγων οἱ ᾄδοντες ᾄδουσι· θερμότεροι γάρ εἰσι, καὶ ἔσχισται αὐτοῖς ὑπὸ τῷ ὑπόζωμα, τοῖς δὲ μὴ ᾄδουσι τοῦτ᾽ ἔστιν ἄσχιστον. Sed est tertius locus nostri infra 5, 30. *ὁμοίως δὲ ἔν τε τοῖς μικροῖς καὶ ἐν τοῖς μεγάλοις οἱ μὲν διῃρημένοι εἰσὶ τὸ ὑπόζωμα οἱ ᾄδοντες, οἱ δ᾽ ἀδιαίρετον ἔχοντες οὐκ ᾄδουσι. καλοῦσι δὲ τοὺς μὲν μεγάλους καὶ ᾄδοντας ἀχέτας, τοὺς δὲ μικροὺς τεττιγόνια. ᾄδουσι δὲ μικρὸν καὶ τούτων οἱ διῃρημένοι.* vbi Gaza *praecinctu diuiduas et indiuiduas* dixit. Loca nunc videamus ceterorum scriptorum. Strabo libro 6. p. 736. sq. vbi causam reddere conatur, cur cicadae in regione quadam Locrorum non canant, ita: *τὸ αἴτιον εἰκάζουσιν, ὅτι τοῖς μὲν παλίσκιόν ἐστι τὸ χωρίον, ὥστ᾽ ἐνδρόσους ὄντας μὴ διαστέλλειν τοὺς ὑμένας, τοῖς δ᾽ ἡλιαζομένοις ξηροὺς καὶ κερατώδεις ἔχειν, ὥστ᾽ ἀπ᾽ αὐτῶν εὐφυῶς ἐκπέμπεσθαι τὸν φθόγγον.* Contra Meleager aliam canendi rationem indicat Epigrammate 111. *ἠχήεις τέττιξ δροσεραῖς σταγόνεσσι μεθυσθεὶς, — ἄκρα δ᾽ ἐφεζόμενος πετάλοις πριονώδεσι κώλοις αἰθίοπι κλάζεις χρωτὶ μέλισμα λύρας.* Sed is male ad cicadam transtulit rationem eandem, quam in locusta praedicat Epigrammate 112. *ἀκρὶς — λιγυπτέρυγε — κρέκε μοί τι ποθεινὸν ἐγκρούουσα φίλοις ποσσὶ λάλους πτέρυγας.* Scilicet, vt ait Plinius 11. s. 51. *Locustae pennarum et feminum attritu sonare creditur sane.* Poeta tamen nescio quis lyricus apud Demetrium de Elocutione sect. 142. de cicada pariter dixit *πτερύγων δ᾽ ὑπο κακχέει*

λιγυρὰν ἀοιδάν. Cetera non tango vitiosissima, quibus sanandis non sufficit ingenium Jacobsii ad Antholog. Tom. I. p. 122. Contra recte Mnasalcas Epigr. 10. locustae πτέρυγας λιγυφθόγγους tribuens ait: ἐκ πτερύγων ἁδὺ κρέκουσα μέλος — κατ' εὐκάρπους αὔλακας ἑζομένα. Idem Epigr. 11. ἀκρίδα μελεσίπτερον vocauit, vt Phaennus Epigr. 2. Meleagrum imitatus Archias Ep. 39. male dixit de cicada: ἔκρεκες εὐτάρσοιο δι' ἰξύος ἀχέτα μολπάν. Pariter Nicias Epigr. 8. comparato Pamphili Epigr. 2. Bianor Epigr. 3. λαλίστατος ἡνίκα τέττιξ φθέγξατο διγλώσσῳ μελπόμενος στόματι. vbi os bilingue cicadae tributum cum non intelligeret postremus Editor, φθέγξατ' ἐν ἀγλώσσῳ scribi maluit comparans Simmiae Epigr. 6. vbi est: τερπνὰ δι' ἀγλώσσου φθεγγομένα στόματος. Sed hic locus est de locusta cauea inclusa, non de cicada, quam vir doctus vbique in annotationibus cum locustis confudisse videtur. Denique Apollonides de cicada Epigr. 25. νηδὺν ῥαπίζων δαίδαλ' αὐτουργῷ μέλει ἡδὺς κατωργάνιζε τῆς ἐρημίας. i. e. verberans ventrem varium et natiuum cantum effundebat in solitudine. In hoc, vt in Bianoris carmine, insunt vestigia notitiae accuratioris et peritiae naturae insecti. Ceteri poetae naturae inscitiam prodiderunt. Cuius culpae non minus affinis est Aelianus H. A. 1, 20. vbi ait: οἱ δὲ τέττιγες κατὰ τὴν ἰξὺν εἰσι λαλίστατοι, vbi versio habet: *circa cinctum loquuntur.* Ferri tamen hoc potest magis, quam Archiae εὔταρσος ἰξὺς supra posita. Recentiorum primus instrumenta vocis enarrauit Koenig in Ephemerid. Naturae Curios. Decad. II. Ann. IV. p. 84. Ait esse membranam plicatilem ad instar ventilabri feminei, cui sub alis annectatur tendo longiusculus cum musculo, qui dum contrahitur, plicari faciat membranam maxime siccam, vt sonus edatur, quem etiam post mortem tractione tendinis imitari possimus. Organa musica cicadae pinxit Julius Casserius in opere anatomico. Sed omnium accuratissime enarrauit Jul. Pontedera in Epistola ad Sherardum adiecta Compendio Tabularum botanicarum edito

Aristotelem ex hoc perpendi potest, quod ore clauso et inflatis lateribus consonat gutture, ad syllabam verò coax os aperit et instar follium latera reprimit, vt fortiori spiritu vox elata promatur; multiplicat vocem, quando posuerit aequaliter in aqua mandibulam inferiorem et extenderit superiorem. Cum autem ambas extenderit, eius oculi sicut candelae lucent. — In Augusto mense nunquam potest os suum pro quolibet ministerio cibi vel potus vel vocis aperire; quod si etiam manu vel baculo tentaueris, difficulter aperire poteris. Similiter Albertus libro 26. p. 253. b. *Linguam habet palato adhaerentem, et ideo vox eius est coax de gutture ad os sonans: et quia non in directum lingua impediente procedit spiritus vocalis, ideo vesicas duas inflatas facit a latere oris, et cum vocat, inferius labrum in aquae tenet superficie, et superius extra aquam tenet, et non vocat nisi mas, qui clamat feminam. In Augusto autem dicitur adeo compressa habere labia, quod etiam instrumento aperiri non possunt extra aquam.* Locum priorem C. Gesner de Rana p. 43. plane omisit. Bene igitur Ouidius Metamorph. sexto: *vox quoque iam rauca est, inflataque colla tumescunt, ipsaque dilatant patulos conuicia rictus.* Nec male *φυσίγναθος*, inflator buccarum, nomen ranae fecit auctor lepidus Batrachomyomachiae. Apparatum instrumentorum vocis ranae maris viridis egregie descripsit et pinxit Camper in Opusculorum Tom. I. p. 144. vers. germanicae.

6. *ἰσοχειλῆ*] Thomas *aequales labiis mandibulas faciens in aquis circumtenderit supra* vertit. Vitiosum *περιτείνει* ex Edd. antiquis reuocauit Camus, quod correxerat Sylburgius et recentiores Edd. emendauerant. Sequens *δοκοῦσι* ex emendatione Sylburgii receptum a Camo firmat Thomae versio, vbi est *videntur*. Abhinc *καὶ διαλαμπουσῶν* Rhen. cum quo articulum *οἱ* ante *λύχνοι* omisi. *γίγνεται νύκτωρ* pro *φαίνεται νύκτωρ οὖσα* ex Med. Rhen. dedi. Denique *μετρίως* omittunt Med. Rhen.

7. προκαλούμενα.] Manifestum vitium προσκαλούμενα ex Med. Rhen. correxi. prouocantia. Minus necessaria emendatio est, quam ex Med. Canis. poteris recipere, φθεγγόμενα μάχεται. Sed similitudo et analogia membrorum facit desiderium exempli auis alicuius post προκαλούμενα positi. Gaza sane habet: aliis ante pugnam, vt perdicibus. Et in Codice Regio margo addita habet οἷον οἱ πέρδικες. Sed vereor, ne liber ille fuerit etiam hoc in loco a recentiore manu interpolatus, ipse non magna vel antiquitate vel auctoritate. Gazae versionis auctoritas nulla est. Is enim ex Plinio 12. s. 51. assumsit quae in Codice desiderabantur. Plinius autem ita: *Auium loquaciores quae minores, et circa coitus maxime. Aliis in pugna vox, vt coturnicibus, aliis ante pugnam, vt perdicibus, aliis cum vicere, vt gallinaceis. Iisdem sua maribus: aliis eadem vt feminis, vt lusciniarum generi.* Itaque orationis analogia suadente et Plinii auctoritate confisus verba a Codice Regio oblata inserui, seclusa tamen vncis adhibitis. Omisi tamen articulum, qui in antecedente et insequente exemplo pariter abest. Interpolationis alterum exemplum in hac ipsa sectione habet Codex Reg. qui τὰ ἄρρενα μόνον a correctoris manu exhibet, vbi reliqui μᾶλλον. Sed Gaza vertit: *cantus maribus tantum.*

ἴδιον τοῦτο τοῦ] Rhen. et versio Thomae τοῦτο omittunt; ex eodem Rhen. inter οὐ πάντα et διάλεκτον copulam καὶ inserui.

8. τραυλίζουσι] Vulgato τραυλίζονται substitui ex M. Can. Rhen. τὰ πολλὰ *diu* vertit Thomas. Deinceps ἡ διάλεκτος Rhen. Idem postea ἡ δὲ τοῖς ἄρθροις — εἴποιεν — κατὰ τρόπους. V. R. A. τῶν ἄλλων διαφέρει omisso ζώων. Ceterum εἴποιεν, quod habent Edd. pr. Sylburgius in εἴπειεν mutari iussit, quod fecerunt Laemariana et Camus.

9. τὸ τῶν περδίκων γένος· οἱ μὲν γὰρ] Vulgo omissum γένος inserui ex Med. οἷον τε τῶν π. οἱ μὲν Vat. γὰρ de meo

inserui. Deinde vulgatum κακκαβίζουσι ex Rhen. correxi. Ald. Junt. Camot. κακκαβιζουσι, Vatic. τρίβουσι dant. Theophrastus Athenaei 9. p. 390. ita: οἱ Ἀθήνησιν ἐπὶ τάδε πέρδικες τοῦ Κορυδαλλοῦ πρὸς τὸ ἄστυ κακκαβίζουσιν, οἱ δ' ἐπέκεινα τιττυβίζουσι. Sequitur ibidem: οἱ δὲ περὶ Βοιωτίαν ἢ οὐ διαβαίνουσιν εἰς τὴν Ἀττικὴν ἢ διαβαίνοντες τῇ φωνῇ διάδηλοι γίγνονται, καθάπερ προειρήκαμεν. Antigonus Carystius c. 6. de Atticis et Boeotiis perdicibus: ὧν τοὺς μὲν εὐφώνους, τοὺς δὲ τελέως ἰσχνοφώνους ὁμολογεῖται εἶναι. Locum Theophrasti pleniorem excerpsit Aelianus H. A. 3, 35. omissis tamen verbis sonum imitantibus. Addit, Euboïcas perdices similes Boeotiis fuisse. κακκαβίζειν dicuntur perdices Attici, generis scilicet rufi; τιττυβίζειν Boeotiae et Euboicae, griseae. Cf. Belon *Histoire de la nature des Oiseaux p. 255.* et Jo. Beckmann ad Antig. p. 13. Verbum τιττυβίζειν de voce hirundinum annotauit Hesychius: hae vero ἰσχνόφωνοι sunt, et eaedem τρίζειν dici possunt. Quare non erat necesse in nostro τρίζουσι mutare. Versio Thomae habet *kaccamahizant — trizant.*

ὀρνιθίων] Ita propter sequens ἵνα scripsi pro ὀρνίθων. Deinde ἀπόστροφα male Rhen. *si cito a parentibus separata fuerint* versio Thomae; igitur auctiora haec ita habuit: ἂν ταχέως ἀπότροφα γένωνται.. Med. ἀπόστροφοι habet. Idem cum Rhen. rectius pro vulgato ἀκούωσιν dedit. τῶν ante ἄλλων cum Rhen. omisi.

Ἤδη — καὶ ἀηδὼν] Copulam omisit Thomae versio. Locum hunc excerpsit Plutarchus de Solertia anim. II. p. 973. ed. Reiskii. Sequens ὡς male omittit Rhen. sed recte vulgatum ὁμοίως in ὁμοίας mutat. Postea ἐνδεχόμενον pro ἐνδεχομένης dictum notauit Sylburg.

φωνεῖ μὲν ἄνευ τοῦ μυκτῆρος] Ita pro φωνεῖ, ἄνευ μέντοι τῶν μυκτήρων, scripsi ex Rhen. τοῦ μυκτῆρος etiam M. V. *sine nare* Thomae versio. Deinde αὐτοῦ pro αὐτῷ Med. Postea vulgatum ὅτ' ἄνθρωπος ἐκπνέει καὶ λαλεῖ ex Med. Canis. Rhen. correxit Camus. *sicut cum homo expirat et*

doleat versio Thomae: *sicut quum homo anhelat spiritus sui magna virtute* Alberti. Verbi *αἰάζειν* notionem optime docet locus de Generat. anim. 5, 7. de tibicinibus: οἱ γὰρ θερμοτέρῳ τῷ πνεύματι χρώμενοι καὶ τοιοῦτον προϊέμενοι οἷον οἱ αἰάζοντες, βαρύτερον αὐλοῦσι. vbi Thomae versio falsam scripturam ἀκμάζοντες reddidit, *perfectae aetatis.* Denique τετραχυμμένῃ Rhen. *tubarum raucitati* Gaza, *buccinae quadrupedum sonans* Thomas, *erit sonus dulcis sicut fistulae* inepte Albertus vertit. Plinius 11. s. 51. *Elephas citra nares ore ipso sternutamento similem elidit sonum, per nares autem tubarum raucitati.*

CAPVT X.

ὅτι μὲν ὅσα] Ex Rhen. μὲν inserui, vt post ἔναιμα verba τῶν ζώων. Deinde βλεφαρίδα Med. *palpebram* Thomae versio. Plinius 10. s. 73. *omnia quae conniueant, dormire manifestum est. Aquatilia quoque exiguum quidem, etiam qui de ceteris dubitant, dormire tamen existimant; non oculorum argumento, quia non habent genas, verum ipsa quiete cernuntur placida, ceu soporata, neque aliud quam caudas mouentia et ad tumultum aliquem expauescentia.*

2. κάραβοί τε] Rhen. καὶ κάραβοί τε — φαίνονται δέ. Deinde post βλέφαρον ex Med. Rhen. versione Thomae αὐτῶν inserui.

εἰ μὴ διὰ] Vulgatum εἰ μὲν μὴ ex Rhen. correxi. *capiuntur enim pisces, nisi propter pediculos et vocatos pulices inquietentur; ita vtique immobilitantes, vt in manu capere sit facile* versio Thomae. Legit igitur scriptum: ψύλλους οὕτως ἀτρεμίζοντας (vel ἀκινητίζοντες), ὥστε κἂν τῇ χειρὶ λαμβάνειν ῥᾳδίως. Gaza vertit: *pisces enim vel manu facile caperentur, nisi pediculis et pulicibus appellatis solicitarentur.* Quem sequitur Camus. Apparet igitur cum ex ipsa oratione lacunosa tum ex versione Thomae, deesse in textu verbum ἐνοχλοῖντο vel simile aliquod. Quare lacunae signum apposui. Pro καλουμένους vulgo erat λεγο-

μένους. Illud est in Med. Canis. Rhen. *φύλους* Reg. *τὰς φύλλας* V. A. sed in A. correctum est *τοὺς φύλλους*. Verba *οὕτως ἀτρεμίζοντες* inserui, sed seclusi; denique vulgatum *πᾶν ὥστε* correxi.

χρονίσωσιν [*ἐν τοῖς δικτύοις*]] Verba seclusa ita vertit Thomas: *si moram faciant in rethi*. Hanc tam insignem varietatem et quas paulo antea memoraui, miror a Camo omissas, qui vulgatum singulare *χρονίσωσι* vertit, quasi additum sit *ἀτρεμίζοντες*, Gaza, vt si *καθεύδοντες*. Sequens *ὄντες* omisit Rhen. vt *καὶ* ante *τοσοῦτον* Thomas.

3. *ὅ,τι ἂν ἰχθύος ᾖ*] Ita pro *ὅταν* ex suis Codd. quibuscum facit Rhen. edidit Camus. *esca quaecumque piscis fuerit* versio Thomae. In Lipsiensi libro *fiunt* scriptum legi. *ἐπὶ τῆς γῆς si diu in imo manserit* recte vertit Gaza. *ἐὰν χρονίσῃ* ex Rhen. dedi pro *ἄν*. Pro *περὶ* Rhen. *παρὰ* habet. *συνεχομένην* ex Codd. suis M. V. R. dedit Camus. *sicut sphaeram cohaerentem ipsorum* versio Thomae. Equidem vulgatum *συνεχομένων* cum Gaza tenui. Male etiam *αὐτοὶ* Rhen. habet. Plinius 9, c. 47. *adeo nihil non gignitur in mari, vt cauponarum etiam aestiua animalia pernici molesta saltu, et quae capillus maxime celat, exsistant et circumglobata escae saepe extrahantur: quae causa somnum piscium in mari noctibus infestare existimatur.*

τοὺς ἰχθῦς — ὥστε καὶ] Ex Codd. suis et Canis. *τοῖς ἰχθύσι* dedit Camus. Rhenani liber nihil mutat, nisi quod sequens *καὶ* omittit.

4. *κυρίαις*] Hoc vulgato *πέτραις* ex Mediceo substitui solo. Contra *ἁλίσκονται*, nescio an ex eodem libro, an e pluribus, edidit Camus oblitus antecedentium *καθεύδει* et *φέρεται — ὄντα*. Deinceps *θυννοσκόποι* ex Leon. annotavit Sylburg. *περιβάλλοντες καθεύδοντας* vertit Thomas: *incidunt circa dormientes*. *Κυρίαι* sunt h. l. capturae seu piscationes nocturnae. Plato Sophistae sect. 5. *τῆς πληκτικῆς τὸ μὲν νυκτερινὸν πρὸς πυρὸς φῶς γιγνόμενον ὑπ' αὐτῶν τῶν περὶ τὴν θήραν πυρευτικὴν ῥηθῆναι συμβέβηκε.*

Aelian. H. A. 11, 43. *κόντωσις* et *διακόντωσις* vocatur. Pollux 7. s. 138. *πυρίαις* et 10. s. 133. *πυρίαν* habet de hoc genere piscationis.

τῆς γῆς ἢ τῆς ἄμμου] Hoc ordine vulgatum *ἢ τῆς ἄμμου ἢ τῆς γῆς* scripsi auctore Rhen. Eodem ordine haec verbo tenus vertit Albertus. Idem Rhen. *τὴν πέτραν* habet. Sequentia ita vertit Thomas: *aut occultantes sub petra vel litore se ipsos latitant in harena.* Legit igitur scriptum: *ἑαυτοὺς λανθάνουσιν ἐν τῇ ἄμμῳ.* Postea *τριώδουσι* Med. *tridentatis* versio Thomae. Plinius 10. s. 75. *De thynnis confidentius adfirmatur: iuxta ripas enim aut petras dormiunt. Plani autem piscium in vado, vt manu saepe tollantur.*

λάβρακες] Rhen. *λάβραξ καὶ χρύσοφρυς καὶ κεστρεύς.* Med. *τριώδοντι* deinceps habet. Sequens *ληφθῆναι ἂν τριόδοντι* pro vulgatis *ληφθῆναι ἐν τῷ τριόδοντι* dedi ex Rhen. Eandem scripturam ex Med. Reg. posuit Camus, tenuit tamen articulum *τῷ*. Ceterum Edd. pr. *λαύρακες* habent cum R. A. rectum sola Basileensis dedit. Postea *δελφὶς δὲ φάλαινα* sine articulo *ὁ* Rhen.

5. *τὸν αὐλὸν*] Camotiana omisit. *αὐτὸν* habet Rhen. Deinde *δι' οὗ ἀναπνέουσι.* Versio Thomae male reddit *propter quod.* Postea *δελφῖνός γε καὶ ῥ.* Rhen. Versio Thomae scriptum sequitur *καὶ δελφῖνος δὲ ῥέγχοντος.* Leon. et Camotiana *ῥέγκοντος* habent. Plinius 10. s. 75. *nam delphini balaenaeque stertentes etiam audiuntur.* Denique *οἵπερ οἱ ἰχθύες* Rhen. omisso *καί.* Somnum delphini paulo aliter describunt Plutarchus de Solertia p. 189. ed. Hutten, et ex eo Aelianus H. A. 11, 22.

βλέπει τὰ σκληρόφθαλμα] Ita pro *βλέπουσι* ex Codd. suis omnibus, quibuscum Rhen. facit, Camus dedit. Plinius l. c. *Insecta quoque dormire silentio apparet, quia ne luminibus quidem admotis excitentur.*

6. *παιδίοις ἔτι πάμπαν*] Versio Thomae: *paruis adhuc omnino non fit somnium.* Gazae: *infantibus adhuc nullum*

penitus contrahitur somnium. Deinceps ἄρχονται τοῖς πλείστοις Rhen.

ἢ πέντε. Ἤδη δὲ γεγόνασι καὶ ἄνδρες] Vulgatam scripturam ἢ πέντε ἤδη γεγονόσιν· εἰσὶ δὲ καὶ ἄνδρες κ. γ. οἳ οὐδεπώποτε ἐνύπνιον εἶδον ex Med. Canis. Rhen. et versione Thomae correxi. *iam autem fuerunt et viri et mulieres, qui totaliter nunquam,* Thomas vertit. Plinius 10. c. 98. *Somniat statim infans: nam et pauore expergiscitur et suctum imitatur. Quidam vero nunquam: quibus mortiferum fuisse signum contra consuetudinem somnium, inuenimus exempla.*

CAPVT XI.

οὐχ ὑπάρχει] Male Rhen. ὑπάρχουσιν. Sequens ὀστρακοδέρμοις de vniuerso genere verum est: excepit pauca tantum genera nuperrime egregius *Cuvier, Leçons d' Anatomie comparée Tom. V. p. 181.* Nominauit is *buccinum vndatum, muricem Tritonis, strombum* et *volutam,* quorum generum genitales partes diuisas et separatas corpore accurate descripsit.

2. Ἐν μὲν οὖν τοῖς ἄλλοις γένεσιν] Ita pro ζώοις ex Med. Canis. Rhen. scripsi. Praeterea οὖν omittit Rhen. *in aliis quidem animalibus simpliciter* versio Thomae. Firmat igitur coniecturam Sylburgii vulgatum ἁπλοῦν corrigentis, quam Camus ne commemorauit quidem. *simplici rationis modo* Gaza.

τὰ δ' ἄλλα ἄφορα] Ex Rhen. ἄλλα insere. Recte vero Albertus: *sicut quaedam arbores, quae in vna indiuidua substantia habentes vires vtriusque sexus faciunt fructum.* Ita etiam natura fert τῶν ὀστρακοδέρμων, quae pleraque omnia sexu vtroque gaudent.

οὐκ ἔχοντα ὅλως] Hoc ordine Rhen. pro ὅλως οὐκ ἔχοντα. Deinceps idem habet ἐξ αὐτοῦ οὐδὲν pro αὐτῆς. Postea vulgabatur οἱ λέγοντες — ἑλμινθώδη προσπεφυκότα ἔχουσαι. Ex Rhen. correxi, consentiente Thomae versione, vbi est: *sed qui quidem dicunt.* Ex Med. Camus posuit tantum

προσώδη τ' ἔχουσαί ποτε. Venetus *πρασώδη* et suprascriptum *προσπεφυκότα* habet. Rhen. etiam *ἑλμινθώδη* habet. Sed vulgatum *προσπεφυκότα* cum Thoma tenendum censui. Postea vulgatum *μὴ προθεωρήσαντες τὸ παῦ* ex eodem Rhen. correxi.

3. *οὐδὲν τῶν τοιούτων*] Rhen. *τῶν τοιούτων* omisit, sed bene postea vulgatum *καὶ τάγε οὐ προσπεφυκότα ἀλλ' οὐκ ἐν τῇ γαστρὶ* mutat. Verba *ἀλλ' οὐκ* omissa in Aldina, Junt. Basil. Codd. V. A. ita inseruit Camotiana: *καὶ τάγε οὐ προσπεφυκότα ἀλλ' οὐκ ἐν τῇ γαστρὶ,* vnde vulgatam effecit Sylburg. In Regio negatio ante *προσπεφυκότα* deleta et postposita fuit. Med. cum Rhen. facit. Canis. in eo differt, vt ponat: *οὐ μὲν τῇ γαστρί.* Camus a nostra scriptura in eo diuersus abit, quod *καὶ* ante *προσπεφυκότα* omisit. Versio Thomae: *in matrice habent adnata et non in ventre.*

ᾠὸν δ' οὐδεμία] Repetit haec supra 3, 9. *ἔγχελυς δ' ὅλως οὐν ἔχει ᾠόν.* Infra 6, 13. et c. 14. *ἔγχελυς οὔτε θορὸν οὔτε ᾠὸν ἔχει.* Accuratius vero quaestionem tractat toto capite 16. vbi vide annotanda.

ἐπέττετο γὰρ ἄν] Ex Mediceo, versione Thomae et legibus sermonis *ἂν* inseruit Camus. *digereretur enim vtique* ait Thomas. Deinceps Rhen. *ἄῤῥενός τε ἐγχέλυος καὶ θηλείας — κεφαλὴν ἔχειν καὶ μακροτέραν.* Postea *μικρὰν καὶ σιμοτέραν* dedi ex Rhen. et Camotiana. Verba *μικρὰν καὶ* ceterae Edd. non habent, et *σιμωτέραν.* Sed recte Leon. Camot. *σιμοτέραν.* Med. *μικρὰν* tantum habet, vti versio Thomae. In Veneto est a prima manu *θήλειαν μικρὰν τοῦ θήλεος,* a secunda addita sunt *καὶ σιμοτέραν οὐ.* Denique *θήλεος ἢ ἄῤῥενος* Rhen.

διαφορὰν ἄῤῥενος] Infra 8. c. 30. *καὶ ἐν ταῖς ἐγχέλυσι δὲ, ἃς καλοῦσι θηλείας, ἀμείνους εἰσίν· οὐκ οὔσας δὲ θηλείας καλοῦσιν, ἀλλὰ τῇ ὄψει διαφερούσας.* Quoniam marem et feminam in hoc pisce non agnouit Philosophus, sed generis eam differentiam esse putauit, hinc factum, vt sae-

pius τὸ γένος τῶν ἐγχέλεων nominaret, veluti de Generat. 3, 11. de incessu 8. et 9. Infra 6, 16. est τοῦτο ὅλον τὸ γένος de anguillarum speciebus, quas ille putabat.

4. ἐπιτραγίαι] Ita pro ἐπιτραγέαι Med. Rhen. versio Thomae. Sequens τοιοῦτοι omisit Rhen. et post ποταμίων collocat. Deinceps pro βαρῖνος habet βάλαγρος cum Canis. βάλλαγρος Med. καρῖνος Ambr. quod a secunda manu in Reg. est positum nomen. In Veneto prima manus βάλαγρος scripsit, supra vero βάρινος. Gazae *carini et balagri* nominantur, Thomae *carpius et balagrus*, vel, vt est in Lipsiensi libro, *carperus et balagrus*. Scoto: *sunt modi dicti Ricor et Balagbres.* Alberto: *Piscium etiam fluuiatilium orientalium qui dicuntur kyros halagorem sunt quidam modi.* Conr. Gesner in Paralipomenis Aquatil. p. 1291. Hesychii glossam posuit hanc: βαρσαλκται οἱ μὴ γεννῶντες. vbi corrigit βαρῖνοι ἰχθῦς οἱ μὴ γ. et barinum barbum esse suspicatur. Albertus exemplum piscis *Ales* (i. e. alosae) posuit, in quo nunquam oua reperta fuerint. Furlanus ad Theophrastum de Piscibus p. 289. nomen κυπρῖνος mutat in κεντρίσκος aut βαρῖνος ex Gaza.

καὶ δοκοῦσιν ἄριστοι οὗτοι εἶναι.] Ita vulgatum καί εἰσιν ἄριστοι οὗτοι correxi ex Med. Rhen. sed δοκ. οὗτοι ἄρ. habet Med. Deinceps Rhen. Ἔστι δ' ἔνια pro Ἔτι δ' ἔνια dat, ita vt post φυτοῖς inserat copulam καί. *sunt quaedam quemadmodum in ostracodermis* versio Thomae. Postea οὐκ ἔστιν omittit R. et versio Thomae, addita habet A.

ἐρυθρίνων] Vulgatum ἐρυθρινῶν ex M. Can. V. A. Rhen. correxi, vti fieri voluit Sylburg. Edd. pr. ἐρυθρικῶν. Item ex iisdem Codd. et Regio vulgatum χάναι correxi. Ceterum ψηττῶν Thomas vertit *pectinum genus*. Alberto *basseca*. De sexu vtroque ψηττῶν contra Philosophum disputauit olim Belonius et Rondeletius, quorum argumenta excerpsit Gesner p. 782. De erythrino et channa dicetur ad 6, 13.

πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα] Vulgatum καὶ πάντα τὰ τ. mu-

tata distinctione ex Med. Rhen. correxi. *omnia enim talia* Thomas. Sequentia ζώων ὅσα μὴ ᾠοτοκεῖ vulgatis ζώων ἅμα ζωοτοκεῖ substituit ex M. Rhen. versione Thomae, Scoti, Alberti et Gazae Camus.

5. Ἐν δὲ τοῖς ᾠοτόκοις] Rhen. ἐν μὲν τοῖς ᾠ. — ἔν τε τοῖς ἰχθύσι — ἀσκαλαβώτης καὶ οἱ βάτραχοι. Postea idem εἰσι omittit ante τῶν ἰχθύων οἱ θῆλυς. Ita enim habet pro θήλεις. Denique παλαιοτέρου. Albertus addit argumentum: *quod quum capiuntur pisces feminae sunt durioris carnis quam masculi.*

6. πάντων τῶν ζώων τὰ ἄρρενα κρείττω] Vulgatum π. τῶν ἀρρένων κρείττω ex Med. Rhen. Canis. versione Thomae, Scoti, Alberti et Gazae emendauit Camus. Deinceps vulgatum εὐπλευρότερα reddidit Thomas, Scotus et Albertus. Contra lectionem Camotianae, Medicei, Canis. Rhen. εὐοπλότερα Gaza vertit *aptiores.* Edd. pr. ἐκπλευρότερα cum Ambr. εὐπλευρότερα margo Basiliensium Edd. apposuit.

τὰ δ' ὡς ἂν ὀπίσθια καὶ κάτω λεχθέντα] Medic. Rhen. καὶ κάτω, ἔνια τῶν θηλέων. (θηλειῶν Med.) *posteriora et dorsum quaedam femellarum* versio Thomae. *in feminis vero inferius et posterius est durius et maius* Alberti.

Τοῦτο δὲ καὶ] Rhen. ταὐτὸν καὶ — πάντων ἔχει τὸν αὐτὸν τρόπον. Ex Medic. ἔχει τὸν αὐτὸν τρόπον apposuit tantum Camus. Deinceps ἀνευρότερά τε καὶ ἄνανδρον τὸ θῆλυ Rhen. καὶ ἄναρθρον Med. Sequens κατὰ ante τὸ ἀνάλογον prima Camotiana inseruit, omissum in Edd. pr. et Codd. V. R. A. habent contra M. Canis. Rhen. Gaza. Postea ὑγροσαρκότερον δὲ τὸ θῆλυ — γονυκροτώτερον καὶ κνῆμαι Rhen. habet. Aldina, Basil. γονυκρότερα, Junt. γονυκώτερα. *et genua curuabiliora* Thomas vertit, *genua pleniora* Gaza.

γλαφυρωτέρους] *pedes minus concauos* Thomas, *pedes debiliores et graciliores* Albertus vertit. Deinceps ὅσα τὰ μόρια ταὖτ' ἔχει τῶν ζώων Med. Rhen. vbi vulgabatur ὅσα

pius τὸ γένος τῶν ἐγχέλεων nomin ... egio ἔχει repe-
3, 11. de incessu 8. et 9. Infra ... ustulit Camus.
γένος de anguillarum speciebu ... mutaui. Ta
... 4. ἐπιτραγίαι] Ita pro ...
Thomae. Sequens τοιοῦτο ... Gener. 5
collocat. Deinceps pro β ... συμ
βάλλαγρος Med. καρῖνε ...
Reg. est positum nom ...
scripsit, supra vero ... (ὁ ...ιας) a
minantur, Thoma ... strati. Vituli igitur
psiensi libro, ... es, boues quam tauri,
Rioor et Bulav, ... quem locum si recte consi-
orientalium ... s, hic vulgo scriptum ferri po-
modi. Cor ... αἱ θήλειαι τῶν ἀῤῥένων. Nam so-
Hesychii ... m deberet esse αἱ βόες αἱ θήλειαι, vt est
τες. vbi ... generatione l. c. οἱ δὲ μόσχοι καὶ αἱ βόες αἱ
esse ... βαρύφθογγά ἐστι. Deinde si vaccarum vocem
sae... are volebat Philosophus cum voce mascula, cur
a... dixit τῶν ταύρων, sed potius τῶν ἀῤῥένων? Voluit
nempe comparare eam cum voce boum et taurorum; ideo
τῶν ἀῤῥένων dixit. Est enim bos mas castratus. Quae cum
ita sint, non dubitaui Rhen. libri scripturam recipere et post
αἱ interserere δέ. Ceterum obseruationem ipsam veram
negauit esse Buffonus in Historia bouis, qui grauissimum
illum bombum lasciuientis vel irascentis tauri comparauit
cum solita vaccarum voce sane acutiore. Sed illum bombum
intellexisse mihi non videtur Aristoteles. Buffonum
secutus est Britannus Smellie, contra quem Aristotelis sententiam
testimonio Zoologorum et Oeconomorum defendit
Lichtenstein in annotatione ad versionem libri germanicam
de Philosophia historiae naturalis Tom. I. p. 364.

μόρια — οἷον] μόριά ἐστιν, οἷον ὀδόντες — τὰ πλῆκτρα
Rhen. Thomas coniunctim ὀδόντες χαυλιόδοντες vertit
dentes ferales. Abhinc ἐν ἐνίοις inserto ἐν ex Med. Can.
Rhen. et versione Thomae dedit Camus.

...ίθων — τὰ πλῆκ... ...ne Thomae. Postea verba
. exsertis verb...
...ἐκ ἔχουσι τ... ...θενὸς] Vulgatum μέν
...οχει, pl... ...t versione Thomae
...οῦτο, ἐκ τούτου
...λλο... ...quid non idem
...amus locum

κρείττω ...ζις ἄρρεν... ...d Gaza
...χυρότερα τῶν θηλειῶν βοῶν ... ...orre-
...roblem. 10, 56. δοκοῦσι καὶ οἱ βόες οἱ ἐκτ... ...in
...αλα τὰ κέρατα ἔχειν, ὅταν ἐκτμηθῶσιν. Albertus: *et fortasse in feminis fortiora sunt cornua feminarum. vaccarum fortiora et maiora et longiora sunt cornibus taurorum masculorum non castratorum.* Plinius 11. s. 45. *feminis tenuiora plerumque sunt cornua, vt in pecore mutilis: ouium nulla, nec ceruarum.* Ita scripsit Harduinus ex Aeliani H. A. 12, 19. et *mutilos* interpretatur castratos. Male. Mutilum enim de cornuum defectu dicitur. Igitur aut lectio antiqua, *vt in pecore. multis ouium,* retinenda, aut scribendum cum Broterio ex Codd. *vt in pecore multis ouium nulla.*

ADNOTATIONES

AD LIBRI V. CAPVT I.

Τῆς γενέσεως] Camotiana, Canis. Rhen. *τῶν γενέσεων*, quam scripturam sequentia satis approbant, vbi Rhen. *καὶ τῇ μὲν — τῇ δὲ* habet: contra Med. *καὶ τῇ μὲν ἀνόμοια — τῇ δὲ*, Canis. *ἀνόμοιαι*. Post *πρώτων* Camus ex Vatic. *λεκτέον* adiecit. Postea *τελευταῖον* *vltima* reddit Thomas.

2. *ἀρκτέον*] Rhen. *λεκτέον*. Deinde *περὶ τῶν πεζῶν λεκτέον, ὅσα* dedi, omissa post *πεζῶν* copula *καὶ* et distinctione mutata ex versione Thomae: ante *ᾠοτόκα* cum Camo *ὅσα* ex Med. et versione Thomae: post *ᾠοτόκα* inserit Vatic.

Ζωοτόκα δ' ἐστὶ] Rhen. *ἐστὶ* omittit. Deinceps *συστραφείσης τινὸς τοιαύτης ἀρχῆς* Rhen. In versione Thomae reperi scriptum *consistentia pnci^u*. Forte fuit *principia*. Postea *περὶ φυτῶν* Ambr. quod recepit Camus. Denique *ζώοις αὐτοῖς ἐκ τῶν*, omisso *καὶ*, Rhen. Med. et versio Thomae.

3. *ἄῤῥενα δ' οὐκέτι*] Rhen. et versio Thomae simplex *οὐκ* habent. Deinceps *ὀρνίθων ἅπαντά ἐστι δῆλα* (Med. *δῆλον*), *μέχρι γὰρ τοῦ ᾠοῦ* (*ᾠὸν* Med.) *γεννῆσαι δύναται — ἄῤῥενας αὐτῶν* Med. Rhen. Versio Thomae: *quae quidem auium palam omnia fiunt. vsque enim ad oua generare.* Equidem vulgatum *ἀλλὰ μέχρι τοῦ ᾠοῦ* hinc mutaui, sententia postulante.

4. *καθ' αὐτὰ*] Sylburgius *κατ' αὐτὰ* malebat. Deinceps *πλὴν ἐκ τῶν* versio Thomae.

ἐν τοῖς ἐχομένοις] Rhen. *ἐνδεχομένοις — φανερώτερον*.

Deinceps *παραπλησίως* cum versione Thomae. Postea verba *ἢ ἐν φυτοῖς* Camotiana omisit.

5. *γίγνεται μέν τι, οὐ ταὐτὸ δ' ἐξ οὐθενὸς*] Vulgatum *μέν τι τοῦτο, αὐτὸ δ' ἐξ οὐθενὸς* ex Med. et versione Thomae correxit Camus. Camotiana habet *μέν τι τοῦτο, ἐκ τούτου αὐτοῦ οὐθὲν*. Ambr. *τι τοῦτος*. *fit quidem aliquid non idem autem ex nullo* Thomae versio. Comparauit Camus locum de Generatione 1, 18.

μυιῶν—ψυχῶν σκώληκες] Vulgatum *ψυλλῶν*, quod Gaza *pulicum* reddit, ex Med. Rhen. et versione Thomae correxit Camus. *apicularum* versio Scoti et Alberti. Sed in Thomae versione scriptum reperi: *ex muscis et sychis vermes ouales.* Scriptum igitur legit: *ἐκ τῶν μυιῶν καὶ ἐκ τῶν ψυχῶν σκώληκες ᾠοειδεῖς*. Ceterum rationes Cami probare omnes non possum. Primum enim quod comparat locum infra c. 19. initio: *τίκτει δὲ πάντα (ἔντομα) σκώληκα πλὴν γένος τι ψυχῶν· αὗται δὲ σκληρὸν ὅμοιον κνήκου σπέρματι, ἔσω δ' ἔγχυμον*. nihil is ad hunc locum pertinet. Papilionum enim genus istud solum ouum durum cneci semini simile parere dicitur, non vermem. Alter locus infra c. 31. magis huc pertinet, vbi pulices, pediculos et cimices parere ait *κόνιδας*, addens: *ἐκ δὲ τούτων ἕτερον οὐδὲν γίγνεται πάλιν*. vbi obiter moneo in Editione Laemariana, Sylburgiana et Cami *κόνιδας* scribi, hic vero Sylburgiana *κόνιδας* pariter habet; contra Laemariana et Cami *κονίδας*, quam scripturam Ammonius grammaticus praefert; igitur eam ipse secutus sum. In Athenaei 7. p. 352. Casaubonus *κονίδες* dederat, quod ex Edd. pr. et Codd. mutauit Schweighaeuser. Tertius locus iam a Sylburgio comparatus de Gener. 1, 18. plane conuenit: *ἔτι ἔνια γίνεται τῶν ζώων (οὐκ ἐκ ζώων* addit Thomae versio) *οὔτ' ἐξ ὁμοιογενῶν οὔτε τῷ γένει διαφόρων, οἷον αἱ μυῖαι καὶ τὰ γένη τῶν καλουμένων ψυχῶν· ἐκ δὲ τούτων γίνεται μὲν ζῶα, οὐκέτι δ' ὅμοια τὴν φύσιν, ἀλλὰ γένος τι σκωλήκων*. Hinc praeeunte Thoma post *μυιῶν* positum vulgo *σκώληκες* omisi.

τὰ τοιαῦτα] Ex Rhen. *τὰ* adieci. Deinceps *ὅσα* dedi pro *πόσα* ex Med. Canis. V. R. Rhen. et versione Thomae. Postea *ἄλλων καὶ ἐφεξῆς* dedi inserta copula ex Rhen. Articulum ante *κοινῇ* inseruit Camus ex Med. Rhen. *περὶ αὐτῶν circa ipsa* vertit Thomas.

CAPVT II.

οὔθ' ὅμοιαι] Ita cum Med. Canis. Rhen. et Scaligero pro *οὐθὲν* scripsit Camus. Sequens vulgo *ἔχουσαι habentibus* vertit Thomas, igitur *ἔχουσιν* scriptum legit, quod recepi, quoniam vulgata nihil diuersum ab *ὅμοιαι* significat. Deinde vulgatum *ὄργανα πρὸς τὴν τοιαύτην πρᾶξιν ἅπαντα τὰ ἄῤῥενα τὴν γεννητικὴν* correxi ex Rhen. Med. et versione Thomae. Postea *πυγηδὸν* Thomas *conentia* vertit sic scriptum *gentia. auersa coeunt* cum Plinio Gaza. Camus: *s'approchent à reculons et s'accouplent en arrière.* Eodem plane modo infra de fele: *οὐκ ὄπισθεν συνιόντες,* vbi Gaza, nulla Plinii auctoritate seductus, recte: *non parte posteriore se iungunt,* Camus pessime: *point à reculons.* Vbi vero est de camelis: *οὐκ ὀχεύει ἀντίπυγος,* id est *auersus,* vt recte hoc in loco Gaza, ibi Camus *leurs croupes ne sont point opposées.* Etiam in loco de Gener. 2, 16. de bobus *ὀπισθονόμοις* verba, *νέμεσθαί φασιν ἀναχωροῦντας πάλιν πυγηδὸν,* Gaza vertit: *recedendo in auersum pasci.* Sed *παλιμπυγηδὸν* scribendum, quod Hesychius interpretatur *τὸ εἰς τοὐπίσω ἀναποδίζειν.* Aelianus H. A. 16, 33. de iisdem bobus *εἰς οὐρὰν βαδίζειν* dixit. Vides, quantam inscitia Plinii et interpretum ceterorum Aristotelis famae iniuriam fecerit. Calumniam tamen repetiit nuperrime Blumenbach in libro *Handbuch der vergleichenden Anatomie p. 440.* Licebit tamen etiam Plinium excusare, et erroris calumniaeque originem et culpam transferre ad inscitiam recentiorum, qui Plinii orationem praue intellexerunt. Cum enim is *coitum auersis animalibus* fieri diceret, potuit vere et recte dicere, si coitum animalium

cum humano comparauit. Homo enim amplectitur feminam et aduersa facie coit; contra feminae animalium auersae excipiunt libidinem maris aduersi. Denique λύγγες Leon. et Camot. *leo, cattus et lepus* nominantur Alberto.

τὰ πλεῖστα] Rhen. τά τε πλεῖστα dedit. Deinde versio Thomae *sic singulariter*, quasi οὕτω μοναχῶς legisset scriptum, quod vnice verum vulgato οὕτω τε καὶ μοναχῶς substitui. Est enim *vno tantum modo*, nec μοναχῶς vllam speciatim coeundi rationem significat. Gaza: *eodem illo ac simplici more.* Postea εἰσὶ δὲ καὶ διαφοραὶ Rhen. Denique συγκαθιείσης malebat Sylburg. *concidente* Thomae versio. ἐνδεχόμενον γὰρ ἕνα ex V. R. A. edidit Camus.

2. αἱ ὠτίδες] Ita pro νεοττίδες ex Med. Canis. Rhen. et versione Thomae scripsit Camus. *bistardae* Thomae, *gallinae* Scoto et Gazae. Deinceps οὐδὲ καθιείσης — ὥσπερ καὶ τὰ στρουθία Rhen. Pro ἐπιπηδῶν Edd. pr. habent ἐπὶ ποδῶν, quod vertit Scotus *coeunt eleuatae*, Albertus *stant eleuatae.* Plinius 10. s. 73. *Soli coitus auium duobus modis, femina humi considente, vt in gallinis, aut stante, vt in gruibus.* Quare vulgatam olim scripturam reuocaui, quanquam ἐπὶ τῶν ποδῶν postea in simili narratione dixit Aristoteles.

παρακεκλιμέναι] Infra 6, 30. vbi huc respicitur, est: κατακεκλιμέναι ἐπὶ τῆς γῆς. Plinius: *ambo cubantes complexique*, alibi *humanitus strati.* Solinus: *coeunt non itidem quo quadrupedes, sed apti amplexibus mutuis, vel vt humanis coniugationibus copulantur.* Albertus pro vrsis vulpes nominans ait: *coeunt proiicientes se super terram.* Versio Thomae h. l. habet *secus inclinatae.* Deinceps ὅνπερ τὰ ἄλλα — ποιοῦσι Rhen. *faciunt* versio Thomae.

ὀρθοὶ] Noster de Gener. 1, 5. de echino: οὗτος δὲ πρὸς τῇ ὀσφύϊ μόνος (ἔχει τοὺς ὄρχεις)· ταχὺ γὰρ ἀναγκαῖον γίνεσθαι τὸν συνδυασμὸν αὐτῶν· οὐ γὰρ, ὥσπερ τὰ τετράποδα, ἐπὶ τὰ πρανῆ ἐπιβαίνει, ἀλλὰ ὀρθοὶ μίγνυνται διὰ τὰς ἀκάνθας.

3. *μέγεθος ἐχόντων*] Ita pro *μεγέθη* ex M. Canis. V. R. Rhen. et versione Thomae Camus scripsit.

ὑπάγοντα] *ὑπάγοντα* ex Med. Rhen. sequens *δέχεται* pro *δέχονται* ex Med. dedi. Versio Thomae *subeuntia*, Alberti *fugientes* habet. Cum Alberto facit Camus. Plinius 10. c. 63. *taurorum ceruorumque feminae vim non tolerant: ea de caussa ingrediuntur in coitu* (alii Codd. *conceptu*). *Cerui vicissim ad alias transeunt et ad priores redeunt.* Ceterum *συμβαῖνον ὑπὸ τῶν νομέων* scriptum reddidit Thomas: *accidens a pascentibus.*

καὶ γὰρ ἐπὶ] Rhen. *καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ἐλεφάντων* habet. Deinceps *ὀχεύει καὶ ὀχεύεται — ὅνπερ καὶ κύων* pro vulgato *ὀχεύει τὸν α. τρ. ὥσπερ κύων* ex Med. Rhen. dedit Camus. *καὶ ὀχεύεται* addunt etiam V. R. A.

ὑποτίθησιν] Ita pro *ὑποτιθεῖσα* Rhen. et versio Thomae. Sequens *κράζουσι* ex Camotiana recepit Sylburg, ceterarum *κολάζουσι* reddidit Gaza. *αἴλουρος* Thomae est *fissan*, Alberto *furiomorus*. Camus *fissam* ex suo libro posuit. Plinius l. c. *feles mare stante, femina subiacente, vulpes in latera proiectae, maremque femina amplexa.*

4. *καθημένης*] Albertus: *humiliat se super genua.* Sequens *περιβεβηκὼς* Thomas reddit *coaptatus*. In verbis *οὐκ ἀντίπυγος* veterem fabulam refutat obiter Plinius tamen: *coitus auersis elephantis, camelis, tigribus, lyncibus, rhinoceroti, leoni, dasypodi, cuniculis, quibus auersa genitalia. Cameli etiam solitudines aut secreta certe petunt, neque interuenire datur sine pernicie. Coitus tota die, et his tantum ex omnibus quibus solida vngula.*

νευρώδες] Rhen. *νεῦρον* cum Edd. pr. *νευρῶδες* ex Camotiana recepit Sylburg. Deinceps *ποιοῦνται* pro *ποιεῖσθαι* Rhen.

ὀχεύεται δὲ ἡ μὲν θήλεια] Ita vulgatum *ὀχεύεται μὲν ἡ θ.* ex Ambr. correxit Camus. Sequens *συγκαθιεῖσα καὶ διαβαίνουσα* Thomas reddit *considens et pertransiens.* Albertus autem ita: *elephas femina sedet et equitat supra*

ipsam mas, et ideo elephas femina descendit ad foueam, vt melius possit saltari a mare. Narrat deinde ex Auicenna extra Indiam coitum elephantis visum: *et tunc in coitu illo elephas mas iuuit se ex suo culmo et declinauit crupam feminae hoc est caudam, quae texerat vulvam eius, et adscendit super eam et coiuit, et ex hoc scitum fuit, quod culmus elephantis auxiliatur ad coitum ipsius et hoc fuit post praedicationem Machomety annis XL tribus minus* (ergo anno 47. Hegirae). Ceterum versio Thomae ἐπαναβαίνων, omisso ὀχεύει, reddit *ascendit.*

καθάπερ καὶ τὰ ὀπισθουρητικὰ] Rhen. καὶ omisit et cum Mediceo Camus. Deinceps ἐπὶ τῇ ὀχείᾳ Rhen. Postea ὥσπερ οἱ κύνες, omisso καὶ, Rhen. Copulam neglexit etiam Thomas. Denique ἔχουσι δὲ καὶ τὸ αἰδοῖον οἱ ἄῤῥενες μέγα Rhen.

CAPVT III.

καὶ τῶν πεζῶν] Male Rhen. καὶ ἡ τῶν πεζῶν — ποιεῖ τὴν ὀχείαν. In sequentibus lacunam esse suspicor. Membrum enim τὰ μὲν γὰρ ἐπιβαίνοντα non absoluitur, nec habet, quod illi respondeat τὰ δέ. Neque enim huc referri possunt, quae sequuntur ἔχουσι δέ τι etc. Haec enim explicant partes, quae inuicem inseruntur, non modum coeundi. Omittuntur nempe ex quadrupedibus ouiparis lacertae, quarum obiter demum sequenti sectione post serpentes fit alieno loco mentio. Pro τρυγόνες C. Gesner de Quadrup. viuip. p. 62. malebat φρῦνοι. Albertus: *sicut animal marinum, quod vocatur fecheach.* Gaza *pastinacam* nominat, Camus ineptissime omnium *le quadrupede qui porte le nom de la tourterelle.* Ratio, qua olim in censura Gallici Aristotelis (inserta Commentariis Lips. de rebus in scientia naturali et medicina gestis Vol. XXV. Part. IV. p. 636.) vsus vulgatam defendere et explicare de aue turture conatus sum, non procedit, quoniam ita debebat esse καθάπερ, non οἷον, quod in exemplis eiusdem generis ponitur. Igitur nunc nomen vitiosum censeo. Sed in nominanda rana

pius τὸ γένος τῶν ἐγχέλεων nominaret, veluti de Generat. 3, 11. de incessu 8. et 9. Infra 6, 16. est τοῦτο ὅλον τὸ γένος de anguillarum speciebus, quas ille putabat.

4. ἐπιτραγίαι] Ita pro ἐπιτραγέαι Med. Rhen. versio Thomae. Sequens τοιοῦτοι omisit Rhen. et post ποταμίων collocat. Deinceps pro βαρῖνος habet βάλαγρος cum Canis. βάλλαγρος Med. καρῖνος Ambr. quod a secunda manu in Reg. est positum nomen. In Veneto prima manus βάλαγρος scripsit, supra vero βάρινος. Gazae *carini et balagri* nominantur, Thomae *carpius et balagrus*, vel, vt est in Lipsiensi libro, *carperus et balagrus*. Scoto: *sunt modi dicti Ricor et Balagbres.* Alberto: *Piscium etiam fluuiatilium orientalium qui dicuntur kyros halagorem sunt quidam modi.* Conr. Gesner in Paralipomenis Aquatil. p. 1291. Hesychii glossam posuit hanc: βαρεινικται οἱ μὴ γεννῶντες. vbi corrigit βαρῖνοι ἰχθῦς οἱ μὴ γ. et barinum barbum esse suspicatur. Albertus exemplum piscis *Alse* (i. e. alosae) posuit, in quo nunquam oua reperta fuerint. Furlanus ad Theophrastum de Piscibus p. 289. nomen κυπρῖνος mutat in κεντρίσκος aut βαρῖνος ex Gaza.

καὶ δοκοῦσιν ἄριστοι οὗτοι εἶναι.] Ita vulgatum καί εἶσιν ἄριστοι οὗτοι correxi ex Med. Rhen. sed δοκ. οὗτοι ἄρ. habet Med. Deinceps Rhen. Ἔστι δ' ἔνια pro Ἔτι δ' ἔνια dat, ita vt post φυτοῖς inserat copulam καί. *sunt quaedam quemadmodum in ostracodermis* versio Thomae. Postea οὐκ ἔστιν omittit R. et versio Thomae, addita habet A.

ἐρυθρίνων] Vulgatum ἐρυθρινῶν ex M. Can. V. A. Rhen. correxi, vti fieri voluit Sylburg. Edd. pr. ἐρυθρικῶν. Item ex iisdem Cadd. et Regio vulgatum χάναι correxi. Ceterum ψηττῶν Thomas vertit *pectinum genus.* Alberto *basseca.* De sexu vtroque ψηττῶν contra Philosophum disputauit olim Belonius et Rondeletius, quorum argumenta excerpsit Gesner p. 782. De erythrino et channa dicetur ad 6, 13.

πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα] Vulgatum καὶ πάντα τὰ τ. mu-

tata distinctione ex Med. Rhen. correxi. *omnia enim talia* Thomas. Sequentia *ζώων ὅσα μὴ ᾠοτοκεῖ* vulgatis *ζώων ἅμα ζωοτοκεῖ* substituit ex M. Rhen. versione Thomae, Scoti, Alberti et Gazae Camus.

5. *Ἐν δὲ τοῖς ᾠοτόκοις*] Rhen. *ἐν μὲν τοῖς ᾠ. — ἔν τε τοῖς ἰχθύσι — ἀσκαλαβώτης καὶ οἱ βάτραχοι.* Postea idem *εἰσι* omittit ante *τῶν ἰχθύων οἱ θήλεις.* Ita enim habet pro *θήλεις.* Denique *παλαιοτέρου.* Albertus addit argumentum: *quod quum capiuntur pisces feminae sunt durioris carnis quam masculi.*

6. *πάντων τῶν ζώων τὰ ἄῤῥενα κρείττω*] Vulgatum *π. τῶν ἀῤῥένων κρείττω* ex Med. Rhen. Canis. versione Thomae, Scoti, Alberti et Gazae emendauit Camus. Deinceps vulgatum *εὐπλευρότερα* reddidit Thomas, Scotus et Albertus. Contra lectionem Camotianae, Medicei, Canis. Rhen. *εὐοπλότερα* Gaza vertit *aptiores.* Edd. pr. *ἐκπλευρότερα* cum Ambr. *εὐπλευρότερα* margo Basiliensium Edd. apposuit.

τὰ δ᾽ ὡς ἂν ὀπίσθια καὶ κάτω λεχθέντα] Medic. Rhen. *καὶ κάτω, ἔνια τῶν θηλέων.* (*θηλειῶν* Med.) *posteriora et dorsum quaedam femellarum* versio Thomae. *in feminis vero inferius et posterius est durius et maius* Alberti.

Τοῦτο δὲ καὶ] Rhen. *ταὐτὸν καὶ — πάντων ἔχει τὸν αὐτὸν τρόπον.* Ex Medic. *ἔχει τὸν αὐτὸν τρόπον* apposuit tantum Camus. Deinceps *ἀνευρότερά τε καὶ ἄνανδρον τὸ θῆλυ* Rhen. *καὶ ἄναρθρον* Med. Sequens *κατὰ* ante *τὸ ἀνάλογον* prima Camotiana inseruit, omissum in Edd. pr. et Codd. V. R. A. habent contra M. Canis. Rhen. Gaza. Postea *ὑγροσαρκότερον δὲ τὸ θῆλυ — γονυκροτώτερον καὶ κνῆμαι* Rhen. habet. Aldina, Basil. *γονυκρότερα,* Junt. *γονυκώτερα.* *et genua curuabiliora* Thomas vertit, *genua pleniora* Gaza.

γλαφυρωτέρους] *pedes minus concauos* Thomas, *pedes debiliores et graciliores* Albertus vertit. Deinceps *ὅσα τὰ μόρια ταῦτ᾽ ἔχει τῶν ζώων* Med. Rhen. vbi vulgabatur *ὅσα*

ταῦτα ἔχει τὰ μόρια, ἔχει τῶν ζώων. In Regio ἔχει repetitum a secunda manu fuit deletum. Vitium sustulit Camus. Postea vulgatum φωνῆς δὲ πάντα ex Rhen. mutaui. Tamen versio Thomae *et de voce autem* habet.

7. αἱ δὲ θήλειαι τῶν ἀῤῥένων] Noster de Gener. 5, 7. τῶν δὲ βοῶν οἱ μόσχοι βαρύτερον· τὸ δ' αὐτὸ συμβαίνει καὶ ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων καὶ θηλειῶν· — ἐπὶ δὲ τῶν βοῶν τοὐναντίον· βαρύτερον γὰρ αἱ θήλειαι φθέγγονται τῶν ταύρων. Vides hic μόσχους, vitulos, a bobus, et vaccas (θηλείας) a tauris distingui. Boues nempe sunt tauri castrati. Vituli igitur grauiorem vocem mittunt quam boues, boues quam tauri, vaccae quam boues et tauri. Quem locum si recte consideraueris, merito miraberis, hic vulgo scriptum ferri potuisse οἱ δὲ βόες β. φθ. αἱ θήλειαι τῶν ἀῤῥένων. Nam soloece ita dicitur, cum deberet esse αἱ βόες αἱ θήλειαι, vt est in Libro de Generatione l. c. οἱ δὲ μόσχοι καὶ αἱ βόες αἱ θήλειαι — βαρύφθογγά ἐστι. Deinde si vaccarum vocem comparare volebat Philosophus cum voce mascula, cur non dixit τῶν ταύρων, sed potius τῶν ἀῤῥένων? Voluit nempe comparare eam cum voce boum et taurorum; ideo τῶν ἀῤῥένων dixit. Est enim bos mas castratus. Quae cum ita sint, non dubitaui Rhen. libri scripturam recipere et post αἱ interserere δέ. Ceterum obseruationem ipsam veram negauit esse Buffonus in Historia bouis, qui grauissimum illum bombum lasciuientis vel irascentis tauri comparauit cum solita vaccarum voce sane acutiore. Sed illum bombum intellexisse mihi non videtur Aristoteles. Buffonum secutus est Britannus Smellie, contra quem Aristotelis sententiam testimonio Zoologorum et Oeconomorum defendit Lichtenstein in annotatione ad versionem libri germanicam de Philosophia historiae naturalis Tom. I. p. 364.

μόρια — οἷον] μόρια ἐστιν, οἷον ὀδόντες — τὰ πλῆκτρα Rhen. Thomas coniunctim ὀδόντες χαυλιόδοντες vertit *dentes ferales*. Abhinc ἐν ἐνίοις inserto ἐν ex Med. Can. Rhen. et versione Thomae dedit Camus.

ὀρνίθων — τὰ πλῆκτρα] Articulum *τὰ* omittit Rhen. De dentibus exsertis verba *αἱ θήλειαι οὐκ ἔχουσι τῶν ὑῶν* Rhen. mutat in *οὐκ ἔχουσι τῶν ἐνίων*. Denique pergit statim: *ἐν ἐνίοις δὲ ὑπάρχει*, plane vti versio Thomae. Vulgo est *ἐνίοις δὲ ὑπάρχει*.

κρείττω καὶ μᾶλλον τοῖς ἄῤῥεσιν] Ita pro *κρεῖττον τοῖς ἄῤῥεσι μᾶλλον* Medic. *sed meliora magis masculis* Thomae versio. *κρείττω* etiam Vat. Canis. *κρεῖττον καὶ μᾶλλον τοῖς ἄῤῥεσιν* Rhen. *κρείττω τοῖς ἄῤῥεσι μᾶλλον* dedit Camus. Denique *ἰσχυρότερα τῶν θηλειῶν βοῶν* Rhen. Med. Noster Problem. 10, 56. *δοκοῦσι καὶ οἱ βόες οἱ ἐκτομίαι μεγάλα τὰ κέρατα ἔχειν, ὅταν ἐκτμηθῶσιν*. Albertus: *et fortasse in feminis fortiora sunt cornua feminarum. vaccarum fortiora et maiora et longiora sunt cornibus taurorum masculorum non castratorum*. Plinius 11. s. 45. *feminis tenuiora plerumque sunt cornua, vt in pecore mutilis: ouium nulla, nec ceruarum*. Ita scripsit Harduinus ex Aeliani H. A. 12, 19. et *mutilos* interpretatur castratos. Male. Mutilum enim de cornuum defectu dicitur. Igitur aut lectio antiqua, *vt in pecore. multis ouium*, retinenda, aut scribendum cum Broterio ex Codd. *vt in pecore multis ouium nulla*.

ADNOTATIONES

AD LIBRI V. CAPVT I.

Τῆς γενέσεως] Camotiana, Canis. Rhen. *τῶν γενέσεων*, quam scripturam sequentia satis approbant, vbi Rhen. *καὶ τῇ μὲν — τῇ δὲ* habet: contra Med. *καὶ τῇ μὲν ἀνόμοια — τῇ δέ*. Canis. *ἀνόμοιαι*. Post *πρώτων* Camus ex Vatic. *λεκτέον* adiecit. Postea *τελευταῖον* *vltimo* reddit Thomas.

2. *ἀρκτέον*] Rhen. *λεκτέον*. Deinde *περὶ τῶν πεζῶν λεκτέον, ὅσα* dedi, omissa post *πεζῶν* copula *καὶ* et distinctione mutata ex versione Thomae: ante *ᾠοτόκα* cum Camo *ὅσα* ex Med. et versione Thomae: post *ᾠοτόκα* inserit Vatic.

Ζωοτόκα δ' ἐστὶ] Rhen. *ἐστὶ* omittit. Deinceps *συστραφείσης τινὸς τοιαύτης ἀρχῆς* Rhen. In versione Thomae reperi scriptum *consistentia pnci*[u]. Forte fuit *principio*. Postea *περὶ φυτῶν* Ambr. quod recepit Camus. Denique *ζώοις αὐτοῖς ἐκ τῶν*, omisso *καὶ*, Rhen. Med. et versio Thomae.

3. *ἄρρενα δ' οὐκέτι*] Rhen. et versio Thomae simplex *οὐκ* habent. Deinceps *ὀρνίθων ἅπαντά ἐστι δῆλα* (Med. *δῆλον*), *μέχρι γὰρ τοῦ ᾠοῦ* (*ᾠὸν* Med.) *γεννῆσαι δύναται — ἄρρενας αὐτῶν* Med. Rhen. Versio Thomae: *quae quidem auium palam omnia fiunt. vsque enim ad oua generare.* Equidem vulgatum *ἀλλὰ μέχρι τοῦ ᾠοῦ* hinc mutaui, sententia postulante.

4. *καθ' αὐτὰ*] Sylburgius *κατ' αὐτὰ* malebat. Deinceps *πλὴν ἐκ τῶν* versio Thomae.

ἐν τοῖς ἐχομένοις] Rhen. *ἐνδεχομένοις — φανερώτερον*.

Deinceps *παραπλησίως* cum versione Thomae. Postea verba *ἢ ἐν φυτοῖς* Camotiana omisit.

5. *γίγνεται μέν τι, οὐ ταὐτὸ δ' ἐξ οὐθενὸς*] Vulgatum *μέν τι τοῦτο, αὐτὸ δ' ἐξ οὐθενὸς* ex Med. et versione Thomae correxit Camus. Camotiana habet *μέν τι τοῦτο, ἐκ τούτου αὐτοῦ οὐθὲν*. Ambr. *τι τοῦτος. fit quidem aliquid non idem autem ex nullo* Thomae versio. Comparauit Camus locum de Generatione 1, 18.

μυιῶν — ψυχῶν σκώληκες] Vulgatum *ψυλλῶν*, quod Gaza *pulicum* reddit, ex Med. Rhen. et versione Thomae correxit Camus. *apicularum* versio Scoti et Alberti. Sed in Thomae versione scriptum reperi: *ex muscis et sychis vermes ouales*. Scriptum igitur legit: *ἐκ τῶν μυιῶν καὶ ἐκ τῶν ψυχῶν σκώληκες ᾠοειδεῖς*. Ceterum rationes Cami probare omnes non possum. Primum enim quod comparat locum infra c. 19. initio: *τίκτει δὲ πάντα (ἔντομα) σκώληκα πλὴν γένος τι ψυχῶν· αὗται δὲ σκληρὸν ὅμοιον κνήκου σπέρματι, ἔσω δ' ἔγχυμον*. nihil is ad hunc locum pertinet. Papilionum enim genus istud solum ouum durum cneci semini simile parere dicitur, non vermem. Alter locus infra c. 31. magis huc pertinet, vbi pulices, pediculos et cimices parere ait *κόνιδας*, addens: *ἐκ δὲ τούτων ἕτερον οὐδὲν γίγνεται πάλιν*. vbi obiter moneo in Editione Laemariana, Sylburgiana et Cami *κόνιδας* scribi, hic vero Sylburgiana *κόνιδας* pariter habet; contra Laemariana et Cami *κονίδας*, quam scripturam Ammonius grammaticus praefert; igitur eam ipse secutus sum. In Athenaei 7. p. 352. Casaubonus *κονίδες* dederat, quod ex Edd. pr. et Codd. mutauit Schweighaeuser. Tertius locus iam a Sylburgio comparatus de Gener. 1, 18. plane conuenit: *ἔτι ἔνια γίνεται τῶν ζώων (οὐκ ἐκ ζώων* addit Thomae versio) *οὔτ' ἐξ ὁμογενῶν οὔτε τῷ γένει διαφόρων, οἷον αἱ μυῖαι καὶ τὰ γένη τῶν καλουμένων ψυχῶν· ἐκ δὲ τούτων γίνεται μὲν ζῶα, οὐκέτι δ' ὅμοια τὴν φύσιν, ἀλλὰ γένος τι σκωλήκων*. Hinc praeeunte Thoma post *μυιῶν* positum vulgo *σκώληκες* omisi.

ἀρχομένου ἔαρος πρὸς τῇ] Ita vulgatum ordinem *ἀρχομένου πρὸς τῇ γῇ ἔαρος* mutaui, vti voluit Sylburg. *in initio veris et prope littus* Albertus vertit. Contra Rhen. habet. *τοῦ ἄρρενος ἀρχομένου πρὸς τῇ γῇ ἔαρος*, suprascripto *ἐρχομένου*. Sed ecce Athenaeus 3. p. 105. ex h. l. posuit: *τῶν μαλακοστράκων ὀχεύονται κάραβοι, ἀστακοὶ, καρίδες καὶ τ. τ. — πετραπόδων. ὀχεύονται δὲ τοῦ ἔαρος ἀρχομένου πρὸς τῇ γῇ — ἐνιαχοῦ δὲ, ὅταν — ἄρχηται.* vbi Editio Veneta cum Codice A. *ἐρχομένου*, Epitome vero *ἐρχόμενα* habet.

2. *ἀλλήλων*] Sylburg *ἀλλήλοις* malebat. Deinceps *ὅ, τε καρκίνος — ἐκ τοῦ ὄπισθεν.* Postea *οὕτω δ' μείζων* vertit Thomas, et *ἐπιστρέφει* vertit *conuertitur*.

ἄλλῳ — οὐθενὶ] Ita Rhen. pro *ἄλλο — οὐθέν*. Sequentia vulgo ita legebantur: *μεῖζον καὶ μᾶλλον ἀφεστηκός ἐστι τῆς θηλείας καὶ συνηρεφέστερον*. Ego vero ordinem et scripturam Rhen. secutus sum, inserto *τὸ* articulo ante *τῆς θηλείας*, quem vertit etiam Thomas. Totum hunc locum Albertus ita interpretatur: *Cancer vero communis coit, quando femina sub ipsum intrans equitatur a mare eius, quod sua coopertoria testea, quae tunicae vocantur, inuoluuntur ad inuicem, ita quod porta, quae est inter duas tunicas vnius, directe fuerit supposita portae, quae est inter duas tunicas alterius. Dico autem duas tunicas superficiem duram et inferiorem in cauda, quae est sicut pellis carnea, sed tenuis. In extremitate enim illius est porus super anum. Sic enim cancer minor, qui est mas, ascendit super feminam retro et declinat se ad ipsam: femina vero vertendo latus caudae contra eum, et sic applicatione portarum completur coitus. — nisi quod femina est maiorum membrorum, et coopertoriorum siue tunicarum in cauda distantia est maior in femina. Sed et cauda tota latior est et magis tenuis in femina: in masculo autem est magis rotunda et spissior, et in radice habet masculus quatuor longas virgulas in cancris fluuiatilibus, quas non habet femina.*

Sed is toto coelo aberrauit. Quae enim de cancro fluuiatili de suo addidit, in cancrum Aristotelis non quadrant. Is enim marinum cancrum dixit, Albertus contra astacum fluuiatilem intellexit, longe diuersum a cancris. Plinius 9. s. 74. *Reliqua mollium* (malacostracorum debebat dicere) *tergis coeunt, vt canes. item locustae et squillae: cancri ora.*

CAPVT VII. (vulgo VIII.)

ἐναφίησι] Hoc vulgato *ἀφίησι* ex Rhen. substitui. Sequens *πόρον* Albertus interpretatur ita: *deinde emittit femina vuluam, quae est bifurcata.* Deinde articulum *τὸ* ante *κάτωθεν* ex M. Rhen. inserui, et vulgatum *τὸν ἄῤῥενα τὸν* ex M. Rhen. correxi.

τὸ κάτωθεν τὸ θῆλυ] Coitus hic muscarum in reliquis insectis minime locum habet, sed huc usque in solis muscis domesticis obseruatus fuit. Cf. De Geer *Mémoires Tom. II. Part. I. Discours* 2. et van Gleichen Histor. natur. muscae domesticae Norimb. 1764.

καὶ φαίνεται] Copulam ex Rhen. inserui, et articulum *τὸν* ante *λόγον* eodem auctore sustuli. Is deinceps *ὅλου τοῦ σώματος* habet. Postea *ἐάν τις διαιρῆται* vulgatum Gaza vertit *si diuiseris* pariter vt Thomas. Itaque *διαιρῇ* scripsi. Denique Ambr. *ἀκανθαρίδων* et infra *ἀκανθαρίδες* habet. Albertus: *nisi quis diligenter experte voluerit distinguere inter muscas in tempore coitus et inter alia annulosa.* Inepte.

2. *σπονδύλαι*] Vulgato *σφονδύλαι* ex Med. Rhen. substitui. *spondilae* versio Thomae. *scarabaei, verticilla* Gazae. Hesychius: *σφονδύλη ὅμοιόν τί φασι σαλαφίῳ εἶναι, ὀσμὴν φαύλην προϊέμενον, ἥτις ἅψεται αὐτῆς.* Respexit Aristophanem Pacis versu 1077. *ὡς ἡ σφονδύλη φεύγουσα πονηρότατον βδεῖ.* vbi Scholia: *σίλφη τις ἐστὶν ἡ σφονδύλη βδελύκη προσόμοια, δυσώδης ὄντως.* Theophrastus h. pl. 9, 14. *τῶν δ' ἔξω θηρίων ἄλλο μὲν οὐδὲν ἅπτεται ῥίζης οὐδὲ μιᾶς, ἡ δὲ σφονδύλη πασῶν. τοῦτο μὲν οὖν ἴδιον τῆς τοῦ ζώου*

φύσεως. Hinc Plinius 26. s. 118. *animalium quidem exterorum nullum aliud radices a nobis dictas attingit, excepta spondyle, quae omnes persequitur. Genus id serpentis est.* Inepte, vt solet. Gryllotalpam sunt qui interpretentur apud Mouffetum Theatri Insector. p. 194. Infra 8, 24. staphylinum comparans: ἐστὶν ἠλίκον ἡ σφονδύλη. vbi Thomas *fondile* habet. Sed Hippiatrici cap. 266. ὅμοιος ταῖς σπονδύλαις ταῖς κατ' οἰκίαν. Hesychius in σταφυλῖνος habet ζῶον ἠλίκον σφονδύλη. Laruam scarabaei melolonthae vel similis esse putant Jonston Hist. Insect. p. 135. Swenkfeld Theriotroph. p. 557. Cf. Goetze *Entomologische Beyträge* I. p. 39. Alii ex blattarum genere esse putant. Idem Hesychius: σπονδύλλη ἡ γαλῆ παρ' Ἀττικοῖς. Inepte. Sed auctor glossae putorem quadrupedis comparauerat.

καὶ εἴ τι ἄλλο], Rhen. κἂν εἴτι ἄλλο. Deinde vulgatum ὅσα γε ὑφαίνει ἀράχνια correxi ex Rhen. *araneale* habet etiam Thomae versio. Paulo antea τόνδε τὸν τρόπον ex Mediceo dedit Camus.

ἀποτεταμένων] Med. ἀποπεταμένων. Post ἀραχνίων addunt ἀπὸ τοῦ μέσου Camotiana, Med. Canis. Rhen. versio Thomae. Contra omisit cum V. R. A. Gaza et Scoto Camus. *traxerit de medio praetensarum telarum* Thomas. Sequens ἀντίπυγα cum Rhen. omisit versio Thomae. *et tunc mas ponitur supra ventrem feminae. hunc autem modum coitus habent ligando se per fila telae propter rotunditatem ventris sui*, Albertus. Plinius 1. s. 29. *Aranei conueniunt clunibus.* Nunc comparet lector obseruationem Lyoneti in libro: *Theologie des Insectes de Lesser avec des Remarques de P. Lyonet Tom. I.* p. 184. vnde haec tantum excerpta ponam: *L'une et l'autre montées sur des tapis de toile s'approchent avec circonspection et à pas mesurés. Elles allongent les jambes, secouent un peu la toile, se tâtonnent du bout du pied, comme n'osant s'approcher.* Lege cetera et miraberis subtile Philosophi nostri et felix ingenium.

CAPVT VIII.

εἰσὶν ὡρισμέναι] Rhen. *διωρισμέναι*. Sequens *οὖν* omisit Rhen. et versio Thomae. Deinde *πρὸς συνδυασμὸν* omisso articulo Rhen.

καὶ μετοπώρου] Gronouius ad Aeliani H. A. 10, 2. malebat *διὰ μετοπώρου*, et deinceps *κτηνῶν* pro *πτηνῶν*, quod aues postea seorsim nominantur. Sed bis nominantur diversam ob rationem: et loxia curuirostra hieme nidificat.

[*πεζῶν*] *πολλὰ*] Cum Med. versione Scoti et Alberti vocem *πεζῶν* omisit Camus: ego seclusi. Deinde post *ὅσων* vulgo intersertum *καὶ* Camus cum Med. omisit. Vulgatum *ὁμιλίαν καὶ τῶν ἀνθρώπων* ex Rhen. et versione Thomae correxi.

2. *τὸ μὲν ἄῤῥεν*] Antiquissimam ex Hesiodo opinionem repetiit noster in Problemat. 4, 29. et 26.

τροπὰς τὰς χειμερινὰς] Articulum ex Rhen. inserui. Deinde *ἀλκυονίδες* Med. Rhen. *ἀλκυώνειαι* A. V. Vulgo erat *ἀλκυόνειοι*. Postea *μετὰ τὰς τροπὰς* ex Rhen. dedi inserto articulo. Denique *καθάπερ* pro *καθὰ* ex Med. V. Rhen. dedit Camus. *alkionides* versio Thomae. De halcyone Dissertationem *Guettardi* insertam libro *Mémoires sur differentes parties des Sciences* Vol. IV. anni 1783. nondum legi. Docuit is, descriptionem Ambrosii in halcyonem recentiorum non conuenire.

κατὰ μῆνα χειμέριον] Hoc ordine M. Rhen. versio Thomae. Deinceps *πινύσκει* Rhen. *perpenderit* versio Thomae. Equidem *τιτύσκῃ* substitui vulgato *πινύσκῃ*, quod interpretari non licet commode. Postea Ambr. *λάνθανε. τὴν μεν ὥραν* habet. *absque vento vocant terrigenae tempus sacrum alumnum natorum variae alkionis* versio Thomae.

3. *γίγνονται δὲ εὐδιειναὶ*] Rhen. post *δὲ* inserit *καὶ*. *serenitates* vertit Thomas, quasi *εὐδίας* legisset scriptum. Deinceps *νεοττείαν* Med. Plinius 10, s. 47. *Dies earum partus*

maria quique nauigant nouere. — Halcyonem videre rarissimum est, nec nisi Vergiliarum occasu et circa solstitium brumamue, naue aliquando circumuolata statim in latebras abeuntem. Fetificant bruma, qui dies halcyonides vocantur, placido mari per eos et nauigabili, Siculo maxime. Faciunt autem septem ante brumam diebus nidos, et totidem sequentibus pariunt. — Pariunt oua quina.

4. *αἴθυια — οἱ λάροι*] Gazae *mergi et gauiae*, Thomae *λάροι* sunt *melbae*. *αἴθυια* etiam supra 1, 1. nominatur, inter *marinas* sed *non palmipedes* 8, 3. Male igitur Camus in Commentario ad palmipedes retulit, et *plongeon* vertit. Larum marinum infra 8, 3. *λευκὸν*, aquaticum *σποδοειδῆ* dicit, sed non palmipedem facit, vt Camus. De laro est etiam 2, 17. Plinius 10. s. 48. *Gauiae in petris nidificant, mergi et in arboribus. Pariunt plurimum terna: sed gauiae aestate, mergi incipiente vere.* Etiam altero loco *λάρον* gauiam interpretatur. Hodie in Sardinia lari dicuntur similiter *Gauine*, teste *Cetti* II. p. 301. vers. german. Insulae Deli promontorium aliquod incolae *Γλαρόποδα* vocant ab aue *γλάρῳ*, quam in Galliae Prouincia *Gabian* dici annotat Tournefort *Voiage* Tom. I. p. 375. Nomen *Γλάρος* lari hodiernum apud Graecos annotauit etiam Forskål p. VII. Delon ipsam Callimachus in Hymno in Delum versu 12. *αἰθυίης καὶ μᾶλλον ἐπίδρομον ἤπερ ἵπποις* dixit. De laris locus est classicus in Dionysii Ixeuticis 2, 4. vbi dicuntur *τοῖς ἀνθρώποις προσφιλέστατοι καὶ πλησίον αὐτῶν οἰκοῦσιν ὡς συνηθέστατοι — οὐ πόῤῥω τῶν πόλεων καὶ τῶν λιμένων ἱπτάμενοι*; piscatores clamantes circumuolant, in petris aqua dulci abundantibus nidificant; *πρὸς τῆς νήξεως τάχος οὐκ ἂν ὄρνις ἕτερος ἐρίσειε λάρῳ*; obiectos a piscatoribus pisces perite excipiunt. Plura eorum sunt genera; quidam enim albi, columbis pares; alii maiores, nonnulli maximi, omnes tamen albi pedibus extremis et collis nigricantibus. Contra *αἴθυια* ibidem c. 5. voracissima et famelica auis deuoratos pisces mox etiamnum interdum vi-

ventres excernere dicitur: *καὶ μόναι τῶν ἀμφιβίων κατὰ ταυτὸν θηρῶσί τε καὶ ἐκκενοῦσι;* deuorant congros, anguillas, aliosque laeues pisces, quos vrinantes sub aquis persequuntur. Instante procella ex mari recedunt in lacus; *καὶ μόνας ταύτας φασὶν ἐκ πάντων τῶν πτηνῶν μήτε ἀφιέναι φωνὴν μήτε ἀκούειν δύνασθαι.* Conuenit cum his Plinius, vbi ait: *insatiabilia animalium, quibus a ventre protinus recto intestino transeunt cibi, vt lupis ceruariis et inter aues mergis.* Idem alibi: *inter aquaticas mergi soliti sunt deuorare, quae ceterae reliquunt.* Quod facit inprimis Larus parasiticus Linnaei, sed is nunquam vrinatur. Virgilius Georg. 1, 361. *cum medio celeres reuolant ex aequore mergi clamoremque ferunt ad littora:* male ad mergos transtulit, quae Aratus de ardeis Dios. versu 182. *Αἴθυιαι* enim minime clamosae sunt. Contra Aratus 187, signum tempestatis dedit hoc: *ἢ εἰναλίδιναι αἴθυιαι χερσαῖαι τινάσσονται πτερύγεσσι.* Rectius Virgilio Aen. 5, 128. saxum in pelago extans *statio gratissima mergis apricis* dicitur. Philostratus Icon. 2, 17. p. 838. narrat, *αἰθυίας* propter ventriculos a medicis contra stomachi imbecillitatem commendatos capi a piscatoribus noctu cum igne accedentibus ad aues valde somniculosas. Has vespere ex mari ad scopulos redeuntes partem praedae suae afferre ceyci, qui pro eis excubet. Hinc arguas, praedam ab *αἰθυίᾳ* in sacco gulari conditam afferri. Capturam aquaticarum auium, piscatoribus in cymba cum igne accedentibus, descripsit Dionysius Ixeutic. 3, 24. qui 2, 7. ceycem feminam facit halcyonis, eamque narrat noctu circa lacus et fluuios praedari, *νέμεσθαι.* Mergorum horum ventriculos aegrotis stomacho commendantes medicos merito ridet Galenus de Facultate simplic. medic. libro XI. qui mos iam Horatii tempore inualuisse videtur, qui canit: *si quis nunc mergos suaues edixerit assos, parebit praui docilis romana iuuentus.* Carnes autem *αἰθυίας* nigras et nauseosas esse praeter Galenum testatur Philostratus l. c. Homerus Odysseae 5,

337. et 353. αἴθυιαν ποτὴν et vrinantem memorauit; sed larum is non vrinantem fecit, sed ibidem versu 52. vndas alis stringentem: ὅςτε κατὰ δεινοὺς κόλπους ἁλὸς ἀτρυγέτοιο ἰχθῦς ἀγρώσσων πυκινὰ πτερὰ δεύεται ἅλμῃ. Aristophanes laros voraces memorauit in Nubium versu 591. Auium 567. et in Equitum 956. vbi est λάρος κεχηνὼς ἐπὶ πέτρας δημηγορῶν. Vrinantes αἰθυίας facit etiam Apollonius 4, 966. Sed interpres graecus nescio quis, cuius locum exscripsit Suidas in Αἴθυια, dum poetae innominati locum interpretatur hunc: αἰθυίης ὑπὸ πτερύγεσσιν ἔλυσαν πείσματα νηὸς, tradit, mergos sereno et quieto mari non audere progredi in mare timentes animalia marina, contra tempestate instante prodire. Quam interpretationem falsam conuincunt loca scriptorum supra posita. Superest epigramma Mnasalcae Analect. I. p. 192. no. 13. in sepulcrum αἰθυίας, vbi dicitur ποδήνεμος, τᾶς ποτ' ἐλαφρότατον χέρσον ἔθρεψε γόνυ: additur: πολλαῖς γὰρ νάεσσιν ἰσόδρομον ἄνυσε μᾶκος ὄρνις ὅπως, δολιχὰν ἐκπονέουσα τρίβον. quae in auem marinam minime quadrant, inprimis additum illud ὄρνις ὅπως. Quare equam nomine Αἴθυια vocatam interpretari maluit Jacobs in Annot. ad h. l. p. 405. Denique, vt breuiter dicam, quod sentio, larus quae sit auium aquaticarum, definire non magis ausim, quam quae αἰθυίας vocabulo significetur. Sunt tamen plurimae notae lari parasitici et marini Linnaei, quae Graecorum αἰθυίᾳ conuenire videntur.

τὸ μὲν πλῆθος] Ita cum Rhen. versio Thomae pro vulgato τὸ δὲ πλ. habent. Deinceps τῶν ὀρνίθων Rhen. Statim a larorum et mergorum mentione redit ad halcyonem Philosophus, habitatione communi et loco inuitatus, vt simul larum et αἴθυιαν commemoraret. Scaliger tamen intempestiue censebat halcyonis historiam ita interrumpi. Debuisse philosophum potius ita a locis auium partum distinguere: *Partim ibi nidos faciunt, vnde cibum capiunt,*

vt pisces: partim prope, vt aquatico victu vescentes, vt mergi, gauiae, alcedones.

ὑφόρμοις πρῶτον] Posterius vocabulum Rhen. omisit; et cum Mediceo omisit etiam Camus. Locum Stesichori hodie ignoramus, sed ex simili Pindarico in Scholiis ad Apollonii Argonautica 1, 1084. memorato coniicere licet, Stesichorum alcyonem Argonautis soluentibus e portu apparentem fecisse. Cf. Fragmenta Pindari p. 39. seu p. 57. ed. Heynianae no. VI.

5. Τίκτει δὲ καὶ ἡ ἀηδὼν] Ita cum Med. Camus. Vulgo erat τίκτει καὶ ἡ ἀ. Vatic. τίκτει ἡ ἀηδών. Alberto *ardoron, auis aquatica* est. Deinceps καὶ ὅσα μὴ φωλεύει vertit Thomas. In Mediceo hic et paulo antea est φωλεῖ. Postea μυῖες Rhen.

CAPVT IX.

οἱ χυτοὶ] Vat. Reg. οἱ χυταῖοι. Versio Thomae bis habet *ichiti*. Scilicet Rhen. etiam καλοῦνται δὲ οἱχυτοὶ habet, qua scriptura deceptus Thomas articulum cum nomine coniunctum putauit vnum esse piscis nomen. Hesychius in vocabulo χυτὸν hunc locum laudans male περιφερόμενοι scriptum habet pro περιεχόμενοι.

πηλαμὺς] Vulgatum πηλαμὶς ex Rhen. correxi. Versio Thomae *palamida* habet. Camus in Edd. pr. ait esse παλαμὶς; in Reg. et Ambr. παλαμύς. Cum Rhen. facit Med. hic et alibi. Sequens κολίαι vulgato κοχλίαι ex Med. Canis. versione Thomae et Gazae substituit Camus. Sed in Mediceo est κόλιαι κόλλαιναι. Similiter Thomae versio *Kolias Kollenas.* Venetus κοιλίαι κόλλαιναι habet. Rhen. nihil mutat; Athenaeus, vbi h. l. excerpsit libri 7. p. 329. plane omisit. Ita enim ille: ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἰχθυδίων — οἷον οἱ χυτοὶ, οἱ τῷ δικτύῳ περιεχόμενοι, χρόμις, ψῆττα, θύννος, πηλαμὺς, κεστρεὺς, χαλκίδες καὶ τὰ τοιαῦτα. Pro χρομὶς (ita enim vulgo editur) Rhen. χρόμης habet. Deinceps vulgatum ψῆτταν ex Rhen. et Athenaeo

correxi. Versio Thomae *bromis, plais* habet. Denique verba καὶ τὰ τοιαῦτα omisit Rhen. sed habet Athenaeus.

καὶ ὁ τριγλίας δὲ — δὶς] Haec omnia versio Scoti omisit. Thomae τριγλίας est *sardile*. Verbum δὶς cum Med. et Rhen. omisit versio Thomae. Sed Rhen. pergit Ἡ δὲ τρίγλα μόνον τρίς. Contra Med. τρίγλη habet. Atque ita dici semper statuit Athenaeus 7. p. 324. in exemplo laudans κίχλη, τρώγλη, αἴγλη, ζεύγλη. Idem p. 304. idem docuerat appositis verbis ὁμίχλη, φύτλη, γενέθλη et aliis. Itaque vulgatum τρίγλα correxi. Verba sequentia ex nostro loco excerpsit Athenaeus p. 324. τεκμαίρεσθαι λέγων τοὺς ἁλιεῖς τοῦτο ἐκ τοῦ γόνου τρὶς φαινομένου περί τινας τόπους.

2. σάργος] Edd. pr. σάρδος ita, praeeunte C. Gesnero, correxit Sylburg ex Athenaei 7. p. 321. vbi de sargo est: Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ μορίων τίκτειν αὐτόν φησι δὶς, ἔαρος, εἶτα μετοπώρου. Plinius etiam 9. c. 51. *scorpiones bis ac sargi, vere et autumno.* Versio Thomae hic, vt alibi, *sarga* habet. Scotus cum Regio membrum totum hoc τίκτει δὲ — δὶς omisit. In Med. et Vat. σάργος est, vt in Rhen. at σαργὸς Venetus habet, vt in Athenaeo l. c. editum extat.

σάλπη] Rhen. et Venetus σάλπιγξ, praeterea Venetus τοῦ μετοπώρου habet. De eo pisce infra est 6, 17. cum his parere, ἐνιαχοῦ δὲ μετοπώρου. Sequentia πρώϊα — ὄψια vulgatis πρώϊμα — ὄψιμα substitui ex Rhen. In Aristophanis Pac. versu 1001. et 1164. forma πρῷος, sed in Vesp. v. 264. πρῷμα τῶν καρπίμων extat. Theophr. c. pl. 4, 12. ὀψιότητα opponit πρωϊότητι. Formam ὄψιμον habet Ilias 2, 325. Deinceps τόκος vulgato γόνος ex Med. Vat. Rhen. substituit Camus. Postea ἀπὸ τροπῶν pro vulgato πρὸ τροπῶν dedi ex Camus. Veneto, Rhen. et versione Gazae, qui *a bruma* dixit.

ἀφαρέα]. Venetus ἀφαρέα, Rhen. ἀφορέον, versio Thomae *affarea*; Albertus *alam pinnularem* interpretatur. Hesychius: ἀφαρεὺς τοῦ θήλεος θύννου τὸ ὑπὸ τῇ γαστρὶ πτερύγιον. Contra Athenaei 7. p. 306. vbi h. l. repetitur,

libri scripti omnes ἀθέρα nominant. Quid hoc vocabulo voluerit significare Philosophus, ignorare se fatetur L. Th. Gronov ad Plinii Librum IX. p. 84. Pinnulas spurias Scombrorum Linnaeanorum intelligi suspicatus eram olim; sed nunc video, eam sexus notam nullam esse posse. Quare vna superest pinna analis prior aculeata in iis speciebus, quae geminam analem habent. Tales numero viginti septem enumerat Blochii Systema Ichthyologiae, quarum plurimae pinnulis spuriis carent. Contra idem numero 19 Scombros habet pinnulis instructos, sed pinnae analis vnicae aculeis carentes. Videant igitur naturae piscium et anatomiae studiosi, an in pinna anali gemina priorisque aculeis lateat ignorata hucusque sexus nota ab Aristotele annotata. Nimis enim negligenter hucusque a viris doctis sexus piscium notae tractatae fuerunt, neque adeo ouaria scombrorum nec lactes marium a quoquam esse descriptos memini.

3. ἔνιοι τῶν γαλεῶν] Thomas γαλεωδῶν scriptum reddidisse videtur *galeodorum*. Deinceps vulgatum οἱ ἀστερίαι (pro quo male Casaubonianam secutae Edd. αἱ ἀσ. habent) ex Med. et Rhen. correxi. Postea οὐχ ἅπαντα erat ante Camum, qui οὐχ ἅμα πάντα ex Med. Canis. et versione Gazae dedit. In Rhen. est ἅμα ἅπαντα. Denique τελέωσιν habet Med.

4. οἷον ἡ σμύραινα] Ita pro μύραινα V. R. A. Deinceps αὕτη pro αὐτὴ dedi ex versione Thomae, ᾠὰ ante πολλὰ ex Med. V. R. A. Rhen. et versione Thomae inseruit Camus. *parit autem haec oua multa* vertit Thomas. Articulum τὴν ante αὔξησιν omisit Rhen. vt statim ante γενόμενα. Ita enim scriptum habet pro γεννώμενα vulgato. γεννώμενα dedit Camus, qui recte τὰ τοῦ ἱππούρου ex Med. Rhen. dedit pro τὸ τοῦ ἱπ. Denique Junt. Camot. πᾶσαν ὥραν, τίκτει δὲ ἵππουρος ἔαρος. Alberto ἵππουρος audit *abiros*. Ceterum hippurum cetaceos inter pisces recenset etiam Oppianus Hal. 1, 184. Quis sit, ignoramus adhuc. Cf. Hist. litter. Pisc. p. 27.

σμύραινα ποικίλον] Vulgo intersertum διαφόρως cum Codd. suis, Rhen. versione Thomae, Scoti et Gazae omisit Camus. Post ἀσθενέστερον Pauw ad Philen p.252. voluit addi καρχαρόδουν ex Athenaeo 7. p. 312. vbi ex h. l. extant haec excerpta: ἐκ μικροῦ φησιν αὐτὴν ταχεῖαν τὴν αὔξησιν λαμβάνειν, καὶ εἶναι καρχαρόδουν, τίκτειν τε πᾶσαν ὥραν μικρὰ ᾠά. Deinde etiam descriptionem dentium smyri in differentia positorum postulare censuit mentionem naturae dentium smyraenae. Contra hoc posterius argumentum multa possunt moneri; priori quae opposuit Camus, poterant omitti rectius. Sed difficile est dicere, quae causa fuerit, quare librarius in Aristotele atque vbi omiserit vocabulum καρχαρόδουν, nisi forte eius locum διαφόρως occupauit, quod cum Codicibus omisit Camus, ego tantum seclusi. Praeterea Athenaeus ᾠὰ μικρὰ pro vulgato nunc ᾠὰ πολλὰ scriptum legisse videri potest. Sed ecce Plinius 9. c. 23. qui haec hinc excerpta posuit: *Muraena quocunque mense parit. — oua eius citissime crescunt. In sicco littore lapsas vulgus coitu serpentium impleri putat. Aristoteles myrum vocat marem, qui generat. Discrimen esse, quod muraena varia et infirma sit, myrus vnicolor et robustus, dentesque extra os habeat.* Habes χαυλιόδοντα muraenam, si cum Plinio in Philosopho legas ὀδόντας ἔχει ἔξωθεν, omissis illis καὶ ἔσωθεν καί. Praeterea Plinius omisit comparationem coloris cum pino. At idem Athenaeus ibidem post superiora haec habet ex h. l. excerpta: ὁ δὲ μύρος διαφέρει τῆς σμυραίνης· ἡ μὲν γὰρ ποικίλον καὶ ἀσθενέστερον, ὁ δὲ μύρος λειόχρως καὶ ἰσχυρὸς καὶ τὸ χρῶμα ὅμοιον ἔχει ἴϋγγι, ὀδόντας τε ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν. Fortasse tamen Plinius ex contraria descriptione καὶ ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν arguebat, muraenam tantum ἔξωθεν habere, quod ille de dentibus exsertis interpretabatur, male. Nam in toto genere muraenarum nulla est, quae dentes eiusmodi habet, testante etiam L. Th. Gronouio ad Plinii IX. pag. 87. Rectius scriptor, quem

Aelianus H. A. 9, 40. excripsit, de muraenis: ἔχουσι γὰρ αὐτῶν (ὀδόντων) διστοιχίαν. Duplicem seriem dentium in pluribus speciebus annotauit Systema Blochianum Ichthyologiae. Superest comparatio cum pino vel torquilla, de qua statim dicetur. Denique Athenaei καρχαρόδουν minime inserendum est Aristoteli; nihil enim continet peculiare muraenae; dentes enim piscium vniuerso generi serratos esse pluribus in locis pronunciauit recte Philosophus. . . . .

ὁμόχρους — πίτυϊ] Gaza: *vnicolor — colore larici arbori similis.* Scaliger vt tautologiam, quam putabat dictioni inesse, vitaret, vertit: *et laricis arboris colore toto similis.* Sed cur *laricis* Gazae repetiit? Versio Thomae *pine* habet. Alberti: *animali, quod dicitur cheador.* Athenaeus λειόχρως et ἴυγγι habet, quorum illud aperte falsum est. λεῖος enim est et smyrus et smyraena; vt anguillarum genus omne, id est lubricum et squamis carens. Torquillae vero similitudo, cui noster 2, 12. εἶδος ποικίλον tribuit, myro minime conuenit, vtpote ὁμόχρῳ, vnicolori; igitur potius muraenae tribuenda erat. Pini vero similitudo minime mihi quidem placet. Nescias enim, corticis an foliorum colorem dicere voluerit Philosophus. . . . . .

ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα] Gaza vertit: *Sexus discrimine, perinde ac in caeteris, volunt vt alterum mas sit, alterum femina.* Mihi dubitationem faciunt addita verba praescripta, quibus non erat opus, si dicere simpliciter voluisset Philosophus, vulgo myrum marem, muraenam feminam credi.

5. σχεδὸν πᾶσι] Ex Med. Canis. Rhen. V. Reg. et versione Thomae σχεδὸν inseruit Camus. Deinceps κορακίνῳ μικρῷ Med. Rhen. versio Thomae habet. Contra Albertus; *et maxime paruorum piscium, qui crasceon dicuntur.* Sed Aristoteles semper singulari numero κορακῖνον nominavit, nec vsquam plura eius genera memorauit. Vide loca collecta in Histor. Pisc. p. 101. Athenaeus tamen 7. p. 312. nescio quo auctore: πολλὰ γὰρ καὶ τούτων (κορακίνων) γένη.

καὶ πρὸς τοῖς βρυώδεσι] Verba prima *καὶ πρὸς* omisit Rhen. *apud herbosa et aspera* vertit Thomas; igitur *τραχέσι* legit scriptum pro *δασέσι*. Vide dicenda ad 6, 17. *densis* male Gaza interpretatur.

ὀρφὼς] Vulgatum *ὀρφὸς* correxi ex Med. et Rhen. Infra 8, 2. est *ὀρφοί*. vbi Thomae versio habet *orfi, tenches marinae* ex interpretatione. 8, 13. est *ὀρφὸς*, nec Codices variant scripturam. Ibi versio Thomae *tinita* habet; sed 8, 15. rectius *tencha*, vbi *ὀρφὸς* sine varietate nominatur. Formam Atticam *ὀρφὼς* annotauit et exemplis firmauit Athenaeus 7. p. 315. vbi verba philosophi ita recitauit: *καὶ ὀρφὼς ἐκ μικροῦ γίνεται μέγας ταχέως*.

πηλαμύδες] Vulgatum *πηλαμίδες* ex Rhen. correxi. Alberto sunt *salamores*. Deinceps vulgatum *οὐ ἂν ποτε ποταμοὶ ῥέωσι* correxi ex Rhen. omisso *ποτε*. *qua flumina exeunt* Gaza vertit. Is igitur pro *ῥέωσι* aliud quid scriptum, forte *εἰσρέωσι*, legit. Sequens *ὀρκύνες* Codices non mutant, sed versio Thomae habet *orkenes et scombriae*. Camus tamen ex suo Codice *orkynes* posuit. Albertus: *alxtilbes et stiipides*. In Athenaeo 4. p. 131. Anaxandridae comici fragmentum habet *ὄρκυνες*. In fragmento Archestrati 7. p. 301. Codex optimus scriptum habet: *θύννον ἁλισκόμενον σπουδῇ μέγαν, ὃν καλέουσιν ὄρκυν, ἄλλοι δ' αὖ κῆτος*. vbi Edd. *ὄρκυνον* dabant ante nuperam Schweighaeuseri, qui scripturam *ὄρκυνον* et *ὄρκινον* aliunde etiam annotauit et vulgatam huius loci scripturam *ὀρκύνες* corrigi iussit. De ipso pisce vide Histor. litter. Pisc. p. 62. Quod attinet vulgatum *σκορπίδες*, Gaza *scorpiones* vertit. Camotiana tamen cum Med. Canis. Rhen. versione Thomae habet *σκόμβρίδες*, quae vno hoc in loco nominantur. Si feminae scombrorum intelliguntur, lectio falsa est: nam scombri in Ponto parere dicuntur. Cf. Hist. litt. Pisc. p. 52. Contra *σκορπίδες* in loco nostro scriptum legit Athenaeus 7. p. 321. dubius de significatione. Monet enim posse aliquem scorpidem suspicari dici pro scorpaena, diuersa colore et

sapore a scorpio. Quod si femina scorpii vocatur scorpis, tum meminisse conuenit, scorpium ex nostri relatione 8, 13. littora et altum frequentare: Hicesius scorpios alti maris κυῤῥούς, Diphilus κιῤῥούς dixit. Cf. Histor. Litt. Pisc. p. 116. Interim veterem scripturam suo loco reliqui, dum quis certiora argumenta pro noua Codicum attulerit.

6. τρισὶ μησὶ] Plinius 9. c. 51. *Plurimi piscium tribus mensibus, Aprili, Maio, Iunio; salpae autumno, sargi, torpedo, squatina circa aequinoctium.* Med. paulum variat scripturam ita: ἐν μησὶ τρισὶ, μουνιχιῶνι καὶ σκιῤῥοφοριῶνι, θαλγηλιῶνι.

ὀλίγοι, οἷον σάλπη] Reg. ὀλίγοι, σάρπη καὶ σάργος. Versio Thomae *sarpa et sarga* habet. Canis. σάλπη καὶ σάῤῥος. Venetus σάλπη καὶ σαρῶς. Sequens ὅσα ante ἄλλα ex Med. et Rhen. addidit Camus, οἷον ante χειμῶνος ex V. R. A. et versione Thomae. Ceterum pro σάργος Gesner olim σαργῖνος scribi iussit, quem secutus est Camus, quia σάργος paulo postea, vt infra 6, 17, dicitur ἄρχεσθαι κύειν περὶ τὸν Ποσειδεῶνα μῆνα, quem mensem Decembrem Gaza interpretatur. Cum vero 30 dies ferat vterum, parit Ianuario mense; minime igitur μετοπώρου, vt hic dicitur. Infra autem 9, 2. σαργῖνοι (*sargiaci* Gazae) nominantur simpliciter inter gregatiles pisces. Aliunde de sargini natura nihil constat. Igitur, quanquam vitium vulgatae satis apertum esse videatur, Cami tamen exemplum sequi non sum ausus. Forte in scriptura Canisiani σάῤῥος aut Veneti σαρῶς verum piscis nomen latet. Plinii enim auctoritas parva in his rebus est.

περὶ τροπὰς] Versio Thomae: *conuersiones aestiuales.* Igitur θερινὰς additum legit, quod ex Med. et Reg. inserui. Sequens θυλλακώδες illustrabit locus 6, 17, ad quem vide dicenda. Athenaeus 7. p. 303. monet, h. l. Philosophum θυννίδα distinguere a θύννῳ. Verba autem ita recitat, vt omittat ista περὶ τροπὰς, deinceps pergit: ἐν ᾧ πολλὰ γί-

νεσθαι μικρὰ ᾠά. Equidem vulgatum γίνεται ex Rhen. correxi. θυννίδες habet Med.

ἄρχονται δὲ κύειν] Canis. Rhen. τίκτειν. Med. deinceps bis dedit κεστραίων pro vulgato κεστρέων. Sequens χελῶνες vulgato χάλλωνες ex Med. Canis. versione Thomae substituit Camus, qui tamen χέλωνες edidit. *labeones* Gazae, *chelones* Thomae. Infra 6, 17. καὶ ὃν καλοῦσι δέ τινες χελῶνα τῶν κεστρέων καὶ μύξωνα, τὴν αὐτὴν ὥραν κύουσι τῷ σάργῳ. vbi pessime Camus χειλῶνα edidit. In Rhen. est h. l. χελωνηνες. Athenaeus 7. p. 306. ex h. l. apposuit χελλῶνες Ποσειδεῶνος μηνὸς καὶ ὁ σάργος καὶ ὁ μύξος — ἡμερῶν — καὶ τῆς ἄμμου. Vitium scripturae iam olim viderunt Rondeletius et Gesnerus. Statim σάργων est in Reg. Ambr. *sargones* in versione Gazae, *sarga* Thomae. Postea Edd. veteres omnes μύζων habent, quod vitium monente Gesnero corrigi iussit Sylburg; igitur rectum dederunt recentiores. σμύξων Med. *smizon* Thomae versio, *mucones* Gazae. Venetus habet Ποσειδῶνος καὶ ὁ σαργὸς καὶ ὁ σμύξων. Denique vulgatum ψάμμου ex Rhen. et Athenaeo correxi.

Quod attinet ad scripturam κεστραίων, quam priore loco ex Med. recepi, qui hoc vno in loco seruauit eam, eandem reponam etiam duobus aliis in locis, vbi idem nomen genericum piscium vsurpauit noster, nempe 6, 17. et 8, 2. vbi copiosius dicetur et explicabitur haec historiae naturalis pars. In altero vero loco scripturam κεστραίων neglexi, quia singularem piscem cum cestreo forma comparauit Philosophus et multis praeterea locis nominauit, nempe 2, 13. 6, 15. de Partibus 4, 13. de Incessu animal. 1, 7. Interim vide dicta in Histor. litter. Pisc. p. 73. et seqq.

7. ὡς μὲν οὖν] Postremum οὖν ex Med. Rhen. addidit Camus. Sequentia ὥσπερ τοῖς πλείστοις male Gaza interpretatur *nec plurimae parti*, monente Scaligero.

πρὸς τὸ πλεονάκις] Articulum τὸ inseri voluit Sylburg,

et ex Med. Rhen. inseruit Camus. Deinceps *αὐτοῖς οἱ τόποι* ex Med. dedit Camus. Postrema *τοῦ ἔνθα* etc. ita vertit Thomas: *eos quidem qui hic frequentius hic autem rarius ingenerare eosdem.* Scriptum igitur videtur legisse *τοὺς μὲν* (vel *αὐτοὺς μὲν*) *οἳ ἔνθα πλεονάκις, ἔνθα δὲ ἐλαττονάκις ἐγγενᾷν τοὺς αὐτούς.* Ad *τὰ αὐτὰ* intellige *γένη.* Post *ὀχείας* vulgo positum comma sustuli. Pendent enim sequentia a priori membro *πολλὴν ποιοῦσι διαφοράν.*

CAPVT X. (vulgo XII.)

καὶ ἐν τοῖς πρώτοις] Vulgatum *καὶ ἐν τοῖς πρώτοις· τίκτει δὲ τῶν θαλαττίων ἡ σηπία·* Camus ex versione Scoti mutauit ita: *κ. ἐ. τ. πρώτοις τίκτει τῶν θαλαττίων· ἡ δὲ σηπία τ. π. ὥραν.* Medic. *κ. ἐ. τ. πρώτοις τίκτει τῶν θαλαττίων ἡ σιπυα.* Atque ita vertit Thomas, in qua scriptura quid reprehendi possit, equidem non video. Atque hanc ipsam secutus videtur Gaza, qui tamen verba *τῶν θαλαττίων* non reddidit. Sequens *τέκῃ* vulgato *ἐπιτέκῃ*, quod Sylburgius in *ἀποτέκῃ* mutatum voluit receptum in Edd. recentioribus, ex Med. et Rhen. substitui. Scripturam nostram totius loci firmat Athenaeus 7. p. 323. qui haec hinc excerpsit: *τῶν τε μαλακίων τίκτουσι πρῶται τοῦ ἔαρος αἱ σηπίαι καὶ οὐ κύουσι πᾶσαν ὥραν, καὶ κυΐσκονται πεντεκαίδεκα ἡμέρας· ὅταν δὲ τέκωσι, τὰ ᾠὰ ὁ ἄῤῥην παρακολουθῶν καταφυσᾷ καὶ στιφρᾷ — ξυγκᾷ, καί ἐστιν ὁ ἄῤῥην — ποικιλώτερός τε καὶ — τὸ νῶτον.* vbi negationem ante *κύουσι* seclusit nuperus Editor. Memorabilis est varietas scripturae *κυΐσκεται* pro *ἀποτίκτει.* Plinius 9. s. 74. *molles vere: sepia omnibus mensibus. Qua eius glutino atramenti ad speciem vuae cohaerentia masculus prosequitur afflatu, alias sterilescunt. Polypi hieme coeunt, pariunt vere oua tortili vibrata pampino, tanta fecunditate, vt multitudinem ouorum occisi non recipiant cauo capitis, quo praegnantes tulere.* ex quo loco suspicionem haud probabilem duxit Coraÿus noster in Aristotele scribendum: *ἡ*

γίνεται στέριφα. Eustathius ad Odysseam p. 765. ed. Bas. Athenaei locum ita excerpsit: *ὅταν δὲ τίκωσιν αἱ σηπίαι, τὰ ᾠὰ ὁ ἄῤῥην παρακολουθῶν καταφυσᾷ καὶ στιφρᾷ, ἵνα δηλαδὴ στρυφνωθέντα μὴ διαῤῥυῶσι τῇ ἄγαν ἁπαλότητι.* Ceterum scripturam *θολὸν* reiecit iam olim Conr. Gesner p. 857. sed male idem p. 1027. expungenda censuit haec duo vocabula, *τὸν θολόν.* Male etiam Plinius *afflatu* posuit; Philosophus enim *καταφυσᾷ* cum diceret, simul ad *φυσητῆρα* sepiae respiciebat, qua fistula atramentum effusum adiicitur ouis feminae; quo facto oua non solum maiora sed etiam nigra redduntur, antea alba, vt noster infra refert cap. 18. vnde constat, scripturam *θολὸν* vnice veram esse. Coitum enim mollium statuit Aristoteles, et partum ex coitu fieri ait.

καταφυσᾷ τὸν θολὸν] Vulgatum *θολὸν* a Gaza redditum ex Med. Rhen. versione Thomae et Scoti in *θόρον* mutauit Camus. Albertus: *et spargit per spiritum quendam exsufflando semen suum super oua — fiunt dura.* Pro *στιφρὰ* Rhen. *στρυφνὰ* dat.

τὰ νῶτα] Rhen. *τὸν νῶτον. in dorso* versio Thomae; consentiente Athenaeo, vnde vulgatum correxi et *τε* ante *καὶ* adieci. Deinceps *ὀχεύει* Med. Rhen. Sequens *ὅτε* ex Rhen. inserui. Albertus: *et in illo tempore nidificat per duos menses.* Codd. V. R. A. omnia haec *τίκτει δὲ τοῦ ἔαρος — μῆνας* omittunt.

τῷ τῆς λεύκης καρπῷ] Albertus: *eiicit vnum ouum paruulum tamen simile fracturae nucis.* Contra Thomas: *sicut racemum vrsem* (sic) *similem fructu albae vitis.* Legit igitur *ἀμπέλου λευκῆς* scriptum.

2. *περὶ τὸ ἔαρ*] Ex Med. Rhen. et versione Thomae *περὶ* inseruit Camus. Ita etiam h. l. laudauit Athenaeus 3. p. 88. vbi praeterea est: *αἱ μὲν πορφύραι — οἱ δὲ κήρυκες — ὅλως δὲ — ἐν τῷ ἔαρι φαίνεται ἔχοντα τὰ κ. ᾠὰ κἂν τῷ μετοπώρῳ δὲ πλήν.* Ex quo loco *τῶν* post *ἐχίνων* inseri voluit Sylburgius, firmantibus emendationem libris scriptis.

μάλιστα μὲν] Rhen. *μάλιστα ἐν*. Vtrumque ex Athenaeo posui. Sequens *καὶ μάλιστα* in *μάλιστα δὲ* mutatum legit et vertit Thomas. Athenaeus habet: *μάλιστα μὲν ἐν ταύταις ταῖς ὥραις ἀεί τε ἰσχύουσι καὶ τὸ πλέον ἐν ταῖς πανσελήνοις*. vbi rectius *ἴσχουσι* nuperus Editor dedit, cuius facti eum postea tamen poenituit. *μάλιστα δὲ* scriptum reddidit Thomas.

Πυῤῥαίων] Edd. pr. cum Reg. *Πυῤῥαίων*. Vat. *Πυρείων*. Med. Rhen. *Πυῤῥέων*, quae scriptura est etiamnum in Edd. vulgatis libri de Generatione, et in Codicibus Athenaei, qui *ἀμείνονες τοῦ χειμῶνος καί εἰσι μικροὶ, πλήρεις δὲ ὠῶν*, habet. Recte articulum *τῶν* omissum puto. Ceterum Codex optimus Athenaei *ὠιῶν* h. l. et paulo antea *ὠιὰ* scriptum habet, vti scribi olim solitum docet Etymol. M. auctor. Versio Thomae habet *quae in nigro Ponto*. Medio scilicet aeuo *Negroponte* Geographi vsurparunt regionem Graeciae.

κοχλίαι — τὴν αὐτὴν ὥραν] Albertus: *kalae autem marina concha in omnibus mensibus generat*. vbi scribendum *kolge*, quod pro *κοχλίαι* ponere solet. Male vero *τὴν αὐτὴν ὥραν* interpretatur Albertus, male etiam Camus in Commentario p. 475. de hieme, secutus Plinium 9. s. 74. *Purpurae murices eiusdemque generis vere pariunt. Echini oua plenilunii habent hieme: et cochleae hiberno tempore nascuntur*. De cochlearum (marinarum) coitu dicetur ad Cap. 15.

CAPVT XI. (vulgo XIII.)

κόττυφος] Aldina, Junt. V. Reg. *κοσύφος* hic et vbique habent. Deinceps vulgatum *πρώτιστα γὰρ* ex Rhen. correxi. Versio Thomae pariter *tempestiuissime enim*.

καθ' ἅπαν τὸ θέρος] Ita pro *κατὰ παντὸς θέρους* ex Med. Camus. *κατὰ πᾶν τὸ θέρος* Rhen. Deinceps *καὶ ὀχεύονται αἱ θήλειαι* ex Med. et versione Thomae dedit Camus, cum *ὀχεύονται* deesset.

2. *μέλαν καὶ*] Versio Thomae *μέγα* reddidit, et verba *δεύτερον δὲ ἡ οἰνὰς* omisit. Deinde *τίκτουσι δὲ τῶν τοιού-*

των αἱ περιστεραὶ eadem versio reddidit, pro φάττα vero *fassa*. Postea ἔγγονα Med. Vat. hic et alibi. Denique καὶ τοῦ φθινοπώρου dedi ex Med. Reg. Rhen. et versione Scoti, vbi tamen est: *meliores pulli eorum in autumno et vere, et peiores in hieme et aestate.* Albertus: *quam aestiui et hiemales.* Contra vulgatum ἢ τοῦ φθινοπώρου reddidit Thomas *melior — quam autumno.* Igitur βελτίω scriptum legit. Noster infra 8, 3. ἄλλα δ' ἔστιν, ἃ ζῇ καρποφαγοῦντα καὶ ποοφαγοῦντα, οἷον φάψ, φάττα, περιστερά, οἰνάς, τρυγών. Φάττα μὲν οὖν καὶ περιστερὰ ἀεὶ φαίνονται· τρυγὼν δὲ τοῦ θέρους· τοῦ γὰρ χειμῶνος ἀφανίζεται· φωλεῖ γάρ· οἰνὰς δὲ τοῦ φθινοπώρου καὶ φαίνεται μάλιστα καὶ ἁλίσκεται. Ἔστι δὲ τὸ μέγεθος ἡ οἰνὰς μείζων μὲν περιστερᾶς, ἐλάττων δὲ φαβός· ἡ δὲ ἅλωσις αὐτῆς γίγνεται μάλιστα καπτούσης τὸ ὕδωρ. vbi vocabulum φάψ omittunt Med. Reg. et versiones tres. Secundo loco, vbi repetitur φάττα, Camus φάψ dedit e Vat. Reg. quanquam ibi iunctim legatur φάψ, φάττα. Rationem edit, quod Athenaeus 9. p. 394. ex h. l. retulit ἡ δὲ φάψ καὶ ἡ περιστερὰ ἀεὶ φαίνεται: infra vero cap. 12. noster posuit: ἀπαίρουσι δὲ καὶ αἱ φάτται καὶ αἱ πελειάδες καὶ οὐ χειμάζουσι καὶ αἱ τρυγόνες· αἱ δὲ περιστεραὶ καταμένουσι. vbi Thomas habet *fatgae et pelides*, h. l. φαβὸς *faus* reddit. Sed non animaduertit vir doctus, argumentum id minus valere, quoniam noster 8. c. 16. extremo iterum habet: τῶν δὲ φασσῶν ἔνιαι μὲν φωλοῦσιν, ἔνιαι δ' οὐ φωλοῦσιν, ἀπέρχονται δὲ ἅμα ταῖς χελιδόσιν. Ita enim pro vulgato πιθασσῶν ex Med. Canis. versione Thomae et Gazae recte scripsit Camus. Vtroque igitur loco Philosophi conuincitur vitium in Aeliani H. A. 4, 58. vbi ex nostro refertur: μεῖζον αὐτὸ (τὴν οἰνάδα) εἶναι φάττης, περιστερᾶς γε μὴν ἧττον. Is praeterea in Varia Historia 1, 15. quaedam ex hoc ipso loco, alia ex reliquis excerpsit: Λέγει δ' Ἀρ. καὶ διάφορον εἶναι τῆς περιστερᾶς τὴν πελειάδα· τὴν μὲν γὰρ περιστερὰν εἶναι μείζονα, τὴν δὲ πελειάδα βραχυτέραν, καὶ

τὴν μὲν περιστερὰν τιθασσὸν εἶναι, τὴν δ' οὔ. — Τίκτουσι δὲ αἱ περιστεραὶ κατὰ πᾶσαν ὥραν τοῦ ἔτους· ἔνθεν τοι καὶ δεκάκις τοῦ ἔτους ὠδίνουσι. Sed ante omnia locus Athenaei est examinandus, qui plura hinc et aliunde excerpsit, olim varie lacunosus, nunc demum ex Codicibus scriptis suppletus. Is igitur primum respiciens locum infra 8, 3. Ἀριστοτέλης φησὶ περιστερῶν μὲν εἶναι ἓν γένος, εἴδη δὲ πέντε, γράφων οὕτως· περιστερὰ, φάψ, φάσσα, τρυγών· ἐν δὲ πέμπτῳ περὶ ζώων μορίων τὴν φάβα οὐκ ὀνομάζει· Manifestum est, eum ibi φάψ, φάττα iuxtascripta nomina legisse; sed falsum est, genus vnum columbaceum statui a philosopho, species vero quinque. Nec genus ibi nec speciem nominat, nec omnino numerum posuit. Sed hoc nostro in loco vides πλείω γένη περιστεροειδῶν dici; quem ipsum respiciens Athenaeus ἐν πέμπτῳ περὶ ζώων μορίων, vt saepius alibi, nominat. Atque omnino sicubi εἶδος Philosophus dicit, quod facit raro, non tam speciem generis facit, sed plerumque eadem notione, qua genus, dicit. Falsum igitur istud, species quinque columbarum disertis verbis et numero definito editas fuisse a Philosopho; potius Grammaticus numerum istum e vulgata loci vnius scriptura collegit. Tum sequuntur plura ex altero loco excerpta; quae vero ex hoc nostro sumta sunt, primum inspiciamus: ὅτι περιστερὰ ἕτερον, πελειὰς δ' ἔλαττον, καὶ ὅτι ἡ πελειὰς τιθασὸν γίνεται, περιστερὰ δὲ καὶ μέλαν καὶ μικρὸν καὶ ἐρυθρὸν καὶ τραχύπουν· διὸ οὐδεὶς τρέφει. In quibus permutata primum sunt nomina specierum πελειὰς et περιστερὰ, deinde male ἐρυθρὸν pro ἐρυθρόπουν positum. Postea pro ἔλαττον erat ἕτερον ponendum, quod etiam in manuscripta Epitome et Codice optimo A. supra vocem ἔλαττον inter lineas adscriptum eadem manu legitur. Denique vulgatum τιθασὸν Codex A. in τίθασον mutat, quo accentu τιθάσους scriptum habet Etymol. M. p. 429, 10. Rectius omnino in prosaica oratione τιθασὸς saltem scribitur, a τιθὸς deriuatum, vnde τιθασευτὴς apud Aristo-

phanem, τιθασεύτωρ, τιθασοτρόφος apud auctorem Cynegeticorum; et in Nostri historia animalium Editionem Leoniceni cum Camotiana hoc vocabulum cum deriuatis simplice σ scriptum exhibere testatur Sylburg in Indice.

Inspiciamus nunc ea quae Athenaeus tanquam Aristotelica aliunde duxit: Ἡ μὲν οὖν οἰνὰς, φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης, μείζων ἐστὶ τῆς περιστερᾶς, χρῶμα δ᾽ ἔχει οἰνωπόν· ἡ δὲ φὰψ μέση περιστερᾶς καὶ οἰνάδος, ἡ δὲ φάσσα ἀλέκτορος τὸ μέγεθος, χρῶμα δὲ σποδιόν· ἡ δὲ τρυγὼν πάντων ἐλάττων, χρῶμα δὲ τεφρόν. Quae quidem hucusque non solum minus integra sed etiam confusa legebantur: nuperus demum Editor ex Codd. duobus nouem ista verba suppleuit, χρῶμα δ᾽ ἔχει οἰνωπόν· ἡ δὲ φὰψ μέσον (Epitome MS. μέση) περιστερᾶς. Sed hoc supplementum nec nouum est nec viris doctis ignotum fuit, (posuit enim H. Stephanus sub voce οἰνὰς et alibi) quanquam fons latuit Editorem Argentoratensem, qui nimis imparatus ad Athenaeum accesserat. Ecce enim Eustathius ad Odysseam p. 475. ed. Basil. haec ex Athenaeo nominato retulit: ἱστορεῖται δὲ ζωϊκῶς, ὅτι περιστερῶν εἴδη πέντε, οἰνὰς μείζων περιστερᾶς, οἰνωπὸς τὸ χρῶμα, φὰψ μέση περιστερᾶς καὶ οἰνάδος, φάττα μέγεθος ἀλέκτορος, χρῶμα δ᾽ αὐτῆς σποδιὸν, καὶ τρυγὼν πάντων ἐλάττων ἡ χρῶμα τεφρόν· καὶ περιστερὰ δὲ ἡ κοινότερον· πολυχρονιώτερον δὲ, φασὶ, τούτων ἡ φάττα, ζῶσα καὶ τετταράκοντα ἔτη. Ex quo loco μέση posui supra, vbi Argentoratensis Editor μέσον edidit. Ita tandem apparet discrimen φαβὸς et φάττης magnitudine. Quod ad οἰνάδα attinet, ipsum nomen arguit colorem οἰνωπόν; quare *vinaginem* Gaza fuit interpretatus, Camus *le Pigeon vineux*. Φάβα magnitudine a φάσσα distinguit Aristoteles, nisi fallit Athenaeus. Sed mirum mihi accidit, Philosophum vno tantum in loco nominasse φάβα cum reliquis quatuor speciebus, ceteris vero, vbi pariter totum genus tractat, omisisse, et quatuor reliquas species nominasse. In permultis vero aliis locis, vbi sin-

gulares obseruationes traduntur, libri scripti modo φάττας, modo φάβας, interdum etiam φλάβας, nominant. Pleraque omnia loca indicata reperies in annotationibus ad libri 6, c. 2. et 4. ad 8, 3. et 9, 7. Palumbem minorem cum Conr. Gesnero interpretatur Camus, φάτταν vero maiorem, *le grand et le petit Ramier*. Χρῶμα σποδιὸν (male σπόδιον dedit Editor Argentoratensis) *cinereum albicantem*, τεφρὸν *cinereum* simpliciter interpretatur versio noua Athenaei. ὄνου σποδίης est in Simonidis Fragmento de generibus mulierum; φρύνην noster 8, 3. H. A. σποδοειδῆ vocat, vulturemque alterum ἐκλευκότερον, alterum σποδοειδέστερον. Auis μαλακοκρανεὺς 9, 22. σποδοειδὴς ὅλος dicitur, vt pardalis 9, 23. vbi *cinereus* vertit Gaza. In toto libro de Coloribus nihil reperi, quod colorem σποδιὸν vel σποδοειδῆ definire possit; neque omnino nominatur. Sed quid laboramus frustra in colore definiendo eo, quem Athenaeus grammaticus posuit, cum fides hominis tam dubia sit? Certiorem tibi auctorem dabo Alexandrum Myndium, cuius haec verba excerpsit Scholiastes Theocriti ad Idyllion 5. versum 96. φησὶν, ὅτι ἡ μὲν φάσσα ὑποκυάνεον ἔχει τὴν κεφαλὴν καὶ μᾶλλον ἐμπόρφυρον, τῶν τε ὀφθαλμῶν λευκῶν ὄντων τὸ ἐντὸς μέλαν στρογγύλον ἔχει. Turturis colorem τεφρὸν annotauit Athenaeus, πελειάδος nigrum Aristoteles cum ceteris notis; superest igitur φαβὸς et περιστερᾶς color definiendus, quem nusquam annotatum reperi. Denique moneo, φάτταν a Thoma varie verti, modo enim *fattan*, interdum *fatgan* dixit. In libro Friderici II. de arte venandi reperitur scriptum *facha*, *facheta* et *fabecha*. Ita p. 14. est: *ut modi columbarum et turturum, et facha, quae sunt maiores columbis et maiores turturibus*. vbi alterum *maiores* vitiosum est, sed difficilis et dubia emendatio.

CAPVT XII. (vulgo XIV.)

ἄρχεταί τε τὸ — δύναται] Vulgatum ἄρχεται τότε —

δύνασθαι ex Rhen. et versione Thomae correxi. Deinceps idem Rhen. *τὰ γὰρ των ὀρνέων — ἄγονα* habet, et versio Thomae *τὰ γὰρ — ἄγονα* reddidit. Postea *κυήματα* pro *ἔκγονα* dat Reg. Ad hoc ipsum *ἔκγονα* intellige *πρῶτα*. Gaza ita vertit, quasi *γονίμου δὲ ὄντος* scriptum legisset. Ceterum huc respexit noster infra, vbi ait: *τίκτουσι δὲ, ὥσπερ εἴρηται ἐν τοῖς πρότερον, αἱ νέαι ἐλάττω τὰ ἔκγονα τῶν πρεσβυτέρων.*

αἱ δὲ ἡλικίαι — γίγνονται] Gaza vertit: *aetas vero accommodata ad coitum quaeque suo in genere plurima ex parte fere tempus idem sortitur.* Scaliger: *Aetas ad coitum accommodata suo cuique in genere per idem fere tempus plurimis euenit.* Equidem in graecis haereo, nec intelligo, quid *ἡλικίαι* sint h. l. nisi aetates singulorum generum ad generandum commodae; tamen antea dixerat *διαφέρουσι κατὰ τὴν ἡλικίαν πρὸς τὴν ὀχείαν*, longe diuersa notione, vt latini *aetatem* dicunt. Deinde quaero, cur additum sit *τοῖς ὀχεύουσιν*, si *ἡλικίαι* significant aetatem ad generandum aptam? Nec Gaza verbum id nec Scaliger reddiderunt, nisi forte cum *ἡλικίαι* copulatum reddiderunt verbis *aetas ad coitum accommodata.* Quod tamen qui fieri possit, non video. Infra sect. 5. *ἡλικίαι συμβαίνουσιν* eadem ratione dictum videtur. Deinde *πρὸς αὐτοῖς* cum Medic. Rhen. *πρὸς αὐτὰ* malebat Sylburg. Scaliger putabat, cum antea genera cum generibus comparata fuerint, nunc eiusdem generis indiuidua comparari; quod qua ratione e verbis elicuerit, velim explicasset. Equidem cum Sylburgio *πρὸς αὐτὰ* praefero. Pro *χρόνον* Rhen. *τρόπον* habet.

προτερῇ] Gaza vertit: *nisi qui praematuret et anticipet.* Contra Scaliger: *nisi quidpiam praeueniat.* Voluit, credo, dicere, nisi quidpiam praecesserit aut acciderit, cur aut maturius aut serius generent. Sed *προτερεῖν* fere semper de maturiore facto dicitur, vt *προτερεῖν τῷ τόκῳ* apud nostrum, *προτερεῖν τινος τῇ γενέσει.* Malim igitur suspicari, in altero membro excidisse verbum *ὑστερῇ*. Tum

vero cum versione Thomae prius ἢ omittendum erit. Pro πρᾶγμα Rhen. πάθος habet cum Med.

2. μαστῶν ὡσαύτως] Rhen. ὁμοίως. Notanda variatio in structura verbi ἐπισημαίνει; primum enim adiungit κατὰ τὴν μεταβολήν, deinde datiuum μεγέθει καὶ εἴδει, postea iterum praepositionem, sed diuersam, ἐπὶ τῶν μαστῶν. — Deinceps γεννητικὰ ante Sylburgianam operam dabant Edd. vt Codd. scripti omnes.

ἐνίοις ἔνδηλος] Rhen. ἐν ἐνίοις ἐπίδηλος. Idem τὴν ἀρχὴν dedit, omissa copula τε vulgo interserta. Indidem et ex Med. vulgatum καὶ τὸ γόνιμον correxi et vocabulo ἤδη auxi. τὸ σπέρμα habent Junt. Camot.

3. ὅλως ἔχει] Ex Med. et Rhen. ὅλως accessit, consentiente versione Thomae. Deinceps pro πρεσβυτέρων Rhen. dat ὀξυτέρων, pro βαρύτερον Med. τραχύτερον. Postea φθέγγονται οἱ μέν, omisso δέ, Rhen.

καὶ ἡ τῶν κυνῶν] Rhen. καὶ τῶν κυνῶν δέ, consentiente versione Thomae. Pro γεννώμεναι Rhen. γινόμεναι dat, cui equidem γενόμεναι aptius substitui. Sequens μέντοι γε omisit Rhen. postea περιϊόντος habet. Denique verba ἢ τέως omisit versio Thomae.

4. ἐν τῷ βαρύτερον — θηλειῶν] Haec verba Med. cum Rhen. et versione Scoti omisit. Sequens ἀπότασις ex versione Thomae et Gazae assumsi. Ille enim vertit: *extensio aliqua est vocis:* hic: *quorum scilicet vox aliqua cum productione emittitur.* Edd. pr. cum Ambr. ἀπόστασις, Camot. Vatic. ἀπόσταλσις, quod cum Sylburgio receperunt Edd. recentiores. ἀπόστασίς τις Med. ἀπότασίς τις versio Thomae reddidit. ἀπόταλσις Rhen. ἀπότασις in Reg. est, sed ex correctione, item in Canis. quod recepit Camus. Scaliger ἀπόστασις defendens interpretabatur *in quibus vox differt.*

τὰ ἐκτεμνόμενα] De bobus vel vitulis intellige. Insolitum genus, quasi τὰ βοῶν ἔκγονα dixisset antea.

5. αὐτοετὲς] *anniculae* Gazae. Potest ad πρόβατον re-

ferri; sed potest etiam *αὐτόετες* scribi, vt apud Homerum Odysseae 3. *αὐτόετες οἰχνεῦσι, eo ipso anno.*

βελτίους γίγνονται τῷ ὕστερον] Scripturam Edd. *ἢ τῷ ὕστερον* mutauit Camus ita, vt cum Med. Rhen. et versione Thomae omitteret *ἢ*, sed idem *ἢ* transposuit et ante *ὅταν* inseruit. Scotus ita vertit: *inter filios caprorum et aliorum animalium est diuersitas, quoniam filius, qui in primo generat, est melior et grossior post generans.* Albertus ita: *Est autem diuersitas inter filios caprorum et aliorum animalium, quoniam eo quod animal hoc est siccae complexionis, filius quem primo generat, antequam coitu et aetate exsiccetur, est melior et fit fortior et grossioris corporis omnibus post generatis.* Gazae versio haec est: *praestantior ea est, quam senescentes mares et foeminae procrearint.* Omisit igitur verba *ἢ τῷ ὕστερον ἔτει.* Scaliger corrigebat *οἱ τῷ ὕστερον ἔτει.* Camus scripturam a se receptam defendebat comparato loco Plinii 8. c. 50. *ante trimas minus vtiliter generant et in senecta vltra quadriennium.* Haec ille de capris. Sed idem 8. c. 72. *arieti naturale agnas fastidire, senectam ouium consectari, et ipse senecta melior, mutilus quoque vtilior.* vbi Vincentius cum Edd. quibusdam verba *mutilus quoque* omisit.

αἱ ἡλικίαι] Gaza vertit: *non eadem aetatis ratio est.* Scaliger: *locorum ratione aetates variantur.* Mihi *ἡλικίαι* hic vt supra sect. 1. aetas ad generandum commoda dici videtur. Statim Rhen. *ἐνιαχοῦ μὲν γὰρ αἱ ὕες.* Sequens *δὲ* post *ὥστε* omisit versio Thomae.

μέχρι ἐπὶ τριετίαν] Ita cum Med. Rhen. pro *τριετίας* simplice, quanquam in Codd. est *ἐπὶ τριετίας.* Sed infra de eadem re sect. 9. *μέχρι ἐπὶ τριετὲς* dat Rhen. vbi vulgabatur *ἐπὶ τριετοῦς.*

6. *ἐνιαυσία*] Ita vulgatum *ἐνιαυσιαία* ex Vat. et Med. correxit Camus. Deinceps vulgatum *ταῦτα* (Med. *τοῦτο*) *γίνεται ἐπὶ τῶν θηλειῶν ἢ τῶν ἀῤῥένων* ex consensu Med. Rhen. versionis Thomae, Scoti et Alberti correxi, quan-

quam in ceteris generibus feminae priores ad coitum ruere solent. Pro ἑξήκοντα versio Scoti numerum XL habet hic et paulo postea.

οὐκ ἐκτρέφεται εἰς τέλος] Gaza vertit: *si quid celerius prodierit, educari ac perfici nequit.* Scaliger: *non potest educatione perfici.* Ceterum quae hic traduntur, partim diuersa sunt infra 6, 20. vbi est: *ὀχεύει δὲ κύων ἡ Λακωνικὴ μὲν ὀκτάμηνος καὶ ὀχεύεται.* vel, vt est in Mediceo, *ὀχεύει δὲ πλεῖον ἡ Λακωνικὴ ὀκτάμηνος, καὶ ἡ θήλεια δὲ ὡσαύτως.* Sequitur de eodem genere Laconico: *κύει δὲ ἡ μὲν Λακωνικὴ ἕκτον μέρος τοῦ ἐνιαυτοῦ, τοῦτο δέ ἐστιν ἡμέραι ἑξήκοντα, κἂν ἄρα μιᾷ ἢ δυσὶν ἢ τρισὶ πλείονας ἡμέρας καὶ ἐλάττους μιᾷ.—τεκοῦσα δὲ πάλιν ὀχεύεται ἕκτῳ μηνὶ καὶ οὐ πρότερον.* quae Med. ita variat: *ἢ τρισὶν ἢ πλείοσιν ἡμέραις ἢ ἐλάττοσιν μιᾷ.* vnde scribendum censeo *πλείονας ἡμέρας ἢ ἐλάττους*, deleto postremo *μιᾷ*.

τὰ κατὰ τούτους] Articulum τὰ ex Med. et Rhen. inseruit Camus, qui paulo antea vulgatum *ὀχεύεται* ex Med. correxit. Deinceps vulgatum τὸ *βελτιώτατον τὰ ἔκγονα* correxi ex Rhen. qui tamen τὰ *βελτίω* habet. Versio Thomae *meliora nata.* Postea numerum *ἑβδομήκοντα* in *ἑξήκοντα* mutauit versio Gazae. Infra 6, 22. vbi eadem repetuntur: *ταῦτα μέντοι ὀλίγα ἐστὶ καὶ τὰ ἔκγονα τούτων ἐλάττω καὶ ἀσθενικώτερα—καὶ ἐπιδιδόασι δὲ εἰς πρὸς τὰ βέλτιον τὰ ἔκγονα γίνεσθαι μέχρι ἐτῶν εἴκοσι — ἐὰν δέ τις θεραπεύσῃ, ἐπτείνει καὶ πρὸς τὰ πεντήκοντα.* vbi Cod. Medic. *βελτίω· τὰ δ' ἔγγονα γίνεσθαι* habet. Quem locum excerpsit Aelianus H. A. 15, 25. cuius in fine Mediceus codex et vterque Vindobonensis a Weigelio comparatus addant haec: *Ἀριστοτέλης δ' ὁ Νικομάχου λέγει πέντε καὶ ὁ ἔτη διαβιῶναι ἵππον.* Vides igitur, cum Gaza librarium Aeliani vel Aelianum ipsum numerum LXV scriptum legisse in Philosophi hoc loco.

7. *γεννῶσί γε, — ἀλλ' ἢ τριετεῖς καὶ ἑξάμηνοι*] Vulgabatur *ἀλλὰ διετὴς ἢ καὶ τριετὴς ἢ καὶ ἑξάμηνος.* Vatic.

ἀλλὰ διετεῖς ἢ καὶ τριετεῖς καὶ ἑξάμηνοι. Gazae versio: *verum in bimatu aut trimatu et semisse.* Medic. ἀλλ' ἢ τριέταις ἢ διέταις καὶ ἑξάμηνοι. Versio Thomae: *non tamen generant vt in pluribus nisi triennes aut bihennes et sex mensium.* vbi tamen in Codice Lipsiensi *aut sex mensium* scriptum reperi, et supra *aut,* punctis suppositis damnatum, erat adscriptum *et.* Scoti: *non generat antequam compleantur tres anni aut duo et medius.* Scaliger vitium vulgatae ita corrigi voluit: ἀλλ' ἢ τριετεῖς· ἀλλὰ διετὴς ἢ καὶ ἑξάμηνος ὀχεύεται. Liber Rhenani cum Mediceo et versione Thomae post τριετὴς omisit ἤ, quae scriptura me in vestigium verae scripturae induxit. Male enim Camus edidit ἀλλ' ἢ τριετὴς ἢ τριετὴς καὶ ἑξάμηνος. Singularis enim numerus in repetito τριετὴς et ἑξάμηνος non coit cum γεννῶσι. Columella etiam 6, 37, 9. *non oportet asinum minorem trimo nec maiorem decenni admitti* (equae).

ἐνιαυσία ἐκύησεν] Camotiana cum Rhen. habet ἐνιαυσία βοῦς ἐκύησεν — καὶ τὸ μέγεθος, omissis verbis καὶ βοῦς ἐνιαυσία ἔτεκεν, ὥστε καὶ ἐκτραφῆναι. Versio Thomae: *Jam autem et qui vnius anni concepit, vt enutriret, et magnitudo creuit, quantum futura erat, et non amplius.* Omisit igitur pariter verba de vacca annicula gestante. Scotus vertit: *et fortasse generat filium victurum, cum fuerit vnius anni: vacca vero parit et remanebit suus filius, et hoc erit raro.*

καὶ τὸ μέγεθος] Vulgatum τῷ μεγέθει ex Camot. Med. Vatic. Rhen. et versione Thomae correxi. Gaza vertit: *vt educari augerique, quantum genus exigeret, licuerit.* quem secutus Camus: *et son veau est parvenie à la grandeur ordinaire.* Scaliger: *foetum, qui ad iustam creuit magnitudinem.* Verum equidem aliter vertendum censeo ὅσον ἔμελλεν: quantum par erat crescere foetum tam iuuenculi parentis. Supra enim docuerat, τὰ νέων ἔκγονα ἐλάττω solere esse. Deinceps verba καὶ οὐκέτι cum Gaza et Scoto omisit Camus, qui in Codice Regio ea non reperit,

lacunam tamen manifestam eo in loco annotauit. Scaliger ea non necessaria esse iudicauit, aut transponenda post superiora illa: ἢ καὶ ἑξάμηνος καὶ οὐκέτι. Denique τούτοις post ζῴοις omisit Rhen.

8. ἄνθρωπος μὲν] Ex Rhen. μὲν inserui. Verba τὸ ἔσχατον omisit versio Thomae, vt verbum γίνεται cum Med. et Rhen. quare seclusi. Deinceps vulgatum γεγέννηται ex Med. Rhen. correxi. Junt. Camot. γεγένηται habent. Sed ecce versio Thomae: *pauci enim facti sunt — parui.* Pro ἀμφοτέροις Med. ἀμφότερα habet.

9. τραγᾷν καλοῦσι] Sylburgius monuit, aut τραγαίνας scribendum esse, aut καλοῦσι dictum esse pro λέγουσι. Deinceps mendum foedissimum vulgatae ταῖς πρεσβυτάταις ex Rhen. correxi, vti fieri voluit Sylburg. Postea οὐ διώκουσι inserta negatione ex Med. Rhen. et versione Gazae scripsi. Didymus Geoponic. 18, 3. οἱ κριοὶ μᾶλλον τὰς πρεσβυτέρας διώκουσι θᾶττον ὀχευομένας, καὶ ὕστερον τὰς νέας.

10. μέχρι ἐπὶ τριετὲς] Vulgatum τριετοῦς ex Rhen. correxi, qui supra sect. 5. vulgatum κάπροι — ἀγαθοὶ δὲ μέχρι τριετίας mutabat in μέχρι ἐπὶ τριετίας. Sequebatur vulgo αὐτῶν ἐπίδοσις, sed αὐτῷ ex Junt. Camot. V. R. A. versione Thomae et Gazae dedit Camus. οὐ γὰρ ἐγγίνεται αὐτῷ ἐπίῤῥωσις Med. Varro de R. R. 2, 4, 8. *Verris octo mensium incipit salire: permanet, vt id recte facere possit, ad trimum. Deinde it retro, quoad perueniat ad lanium.* Plinius 8, 51. *mares vltra trimatum non generant.* Columella 7, 9. vsque ad quadrimatum durare ait.

μὴ προβιβάσας] Negationem a Casaubono additam ex Med. Canis. Rhen. versione Thomae, Scoti et Gazae firmauit Camus. Deinceps idem vulgatum πρωτογόνος ex M. Canis. V. R. A. correxit. Sequens πεντεκαιδεκέτεις ex Camotiana substitui vulgato πεντεκαιδεκαετεῖς. Postea pro ἀγριαίνονται Camotiana dedit ἀλλὰ γραῖαι γίνονται, vt est in Med. et Canis. Plinius 8, 51. qui pauca ex h. l. excer-

psit, etiam haec posuit: *Feminae senectute fessae cubantes coeunt, — alioqui vita ad quindecim annos, quibusdam et vicenos: verum efferantur, et alias obnoxium genus morbis.*

11. εὐτροφήσῃ] Ita cum Med. Rhen. pro εὐτραφὴς ᾖ. Sequens βέλτιστα ἐν ἀκμῇ Gaza vertit: *optima est, cum vigent parentes.*

ὅσα τοῦ χειμῶνος] De Generatione 2, 8. ἔστι δὲ ὁ γίννος ὥσπερ τὰ μετάχοιρα ἐν τοῖς χοίροις· καὶ γὰρ τὸ πηρωθὲν ἐν τῇ ὑστέρᾳ καλεῖται μετάχοιρον· γίνεται δὲ — τοιοῦτος, ὃς ἂν τύχῃ τῶν χοίρων. vbi versio Thomae *postporcelli* habet. Eustathius ad Odysseam p. 532. Basil. τὰ παρὰ τοῖς ῥήτορσι μετάχοιρα τὰ τῶν ὑῶν ὀψίγονά φασι καὶ λειπογάλακτα. Sed haec Philosophus iam dicere non videtur. Romanorum scriptorum rei rusticae doctrina plane est contraria. Varro enim 2, 4, 13. *Porci qui nati hieme, fiunt exiles propter frigora, et quod matres aspernantur propter exiguitatem lactis.* Ita etiam Columella, Palladius et Geoponica. Igitur suspicari quis possit, vitium ex transpositione membrorum contraxisse locum, quae fuisse videtur opinio Scaligeri ad Varronem p. 283. Sed ecce auctor libri de rerum natura apud Vincentium 18. c. 80. *In calidis regionibus melior est foetus porcae in hieme quam in aestate: in frigidis autem contrarium, et hoc propter intemperiem regionum.* Albertus nihil mutauit, nec de suo annotationem addidit.

ἐὰν μὲν εὐτροφήσῃ] Iterum vulgatum εὐτραφὴς ᾖ ex Med. Rhen. correxi. Deinceps τό γ' ἔωθεν dedi ex Rhen. Vulgo γε deerat. Post δυνάμενοι ὀχεύειν Vatic. inepte adsuta habet verba διὰ τὴν ἀδυναμίαν. Denique vulgatum συστάσει ex Rhen. correxi. Versio Thomae *statione* habet. Gazae: *quum foemina impotens sustinendi maris fessa clunes demittat.*

12. θυῶσα καταβάλλῃ τὰ ὦτα] Ambr. θύουσα. *granniens* vertit Thomas. *cum prae libidine gestiente pruriens auriculas flaccidas demittit.* Camus: *Le signe le plus ordi-*

naire que la truie a conçu, c'est lorsque dans l' accomplement elle a baissé les oreilles: si elle ne les baisse pas, elle n'a pas conçu, et elle revient bientôt en chaleur. Deinceps vulgatum εἰ δὲ μὴ, οὔ, ἀλλ' ἀναθυᾷ debetur emendationi Sylburgii; antea enim erat ἀναθυμιᾷ. In Med. Rhen. est εἰ δὲ μὴ, ὅταν ἀναθυᾷ πάλιν. Versio Thomae: *si vero non, quando feritur iterum.* Scoti: *si non impregnetur, luxuriabit iterum.* Gazae: *aliter semen a vulua respuitur relapsumque euanescit.* Pessime omnium Scaliger: *neque aliter, sed exhalat retro semen.* Comparandus nunc est locus gemellus infra 6, 18. de eodem argumento: θυῶσαν δ' οὐ δεῖ εὐθὺς βιβάζειν, πρὶν ἂν μὴ τὰ ὦτα καταβάλλῃ· εἰ δὲ μὴ, ἀναθυᾷ πάλιν. quo in loco Med. habet ὀργῶσαν δὲ οὐ δεῖ εὐθὺς λαμβάνειν, πρὶν μὴ καταβάλῃ· εἰ δὲ μὴ, ἀναθυμιᾷ. Etiam Vat. ἀναθυμιᾷ habet, vt hoc nostro in loco Codd. et Edd. aliquot. Versio Thomae: *non plenam autem incitatam non oportet mox masculo submittere, antequam aures deiiciat: sin autem, concupiscat iam. si autem incitatam accesserit masculus.* Vnde apparet, eum scriptum legisse: οὐκ ὀργῶσαν δὲ οὐ δεῖ εὐθὺς βιβάζειν (vel ὑποβάλλειν), πρὶν ἢ τὰ ὦτα καταβάλλῃ· εἰ δὲ μὴ, ἀναθυᾷ ἤδη· ἂν δὲ ὀργῶσαν βιβάσῃ, μία ὀχεία etc. Albertus ita: *Adhuc autem porca, quando multum appetit coitum, non dimittit saltare marem super eam, donec declinent auriculae — et tunc sufficit ei semiconcubitus:* quasi scriptum legisset et vertisset Scotus: θυῶσα δὲ οὐκ ἐᾷ εὐθὺς βιβάζειν — ἡμιοχεία ἀρκεῖ. Apud Vincentium haec extat huius loci versio: *porco solicitante feminam, illa aures erigit, et antequam demiserit, non consentit.* Nunc audiamus Plinium 8. s. 77. *implentur vno coitu, qui et geminatur propter facilitatem aboriendi. Remedium, ne prima subatione neque ante flaccidas aures coitus fiat.* Is igitur θυῶσαν aperte legit scriptum et vulgatam loci posterioris scripturam confirmat, vnde prior locus emendandus est. θυᾷν est ipsum latinum *subare*, a θῦς pro ὗς, quod Varro

etiam annotauit. *ἀναθυᾷν* est denuo subare, vel semine priore eiecto vel abortu facto. Relinquitur igitur, vt *ὀργῶσα* sus dicatur eo statu, cum primus ardor subationis deferbuit et vterus ad retinendum semen accommodatus fuerit. Hesychius: *θυᾷν, καπρᾷν, ἐπὶ ὑός*. Idem: *ἀναθυήσασα, ἀνασκιρτήσασα*. Idem: *ἀναθύειν, ἀνασκιρτᾷν, καὶ αὖθις ἐξ ἀρχῆς ἀνανεάζειν*. Verum habet Diogenianus Adagior. 4, 10. *γραῦς ἀναθυᾷ*. Hesychii tamen scripturam firmare videtur Suidas apposito versu Pherecratis: *πάλιν αὖθις ἀναθύουσιν αἱ γεραίτεραι*.

12. *ὀχεύονται οὐ διὰ βίου*] At infra 6, 20. *ὀχεύονται δ' αἱ θήλειαι καὶ ὀχεύουσιν οἱ ἄῤῥενες, ἕως ἂν ζῶσιν*. nec ad peculiare genus aliquod refertur. Sed verius id puto, quod hic traditur, quam illud; consentit etiam Plinius 10. s. 83. *nec tota sua aetate generant, fere a duodecimo desinentes*.

ἤδη τισὶ] Versio Thomae: *sed tamen iam quibusdam accidit genuisse et octo et decem annis et viginti, et f.* Legit igitur scriptum breuius: *ἤδη τισὶ συνέβη γεννῆσαι καὶ ὀκτὼ καὶ δέκα καὶ εἴκοσι γεγονόσι*. Deinceps Gaza *ἀφαιρεῖται γὰρ καὶ τούτων τὸ γῆρας* vertit scriptum: *nam iis quoque senectus vim generandi pariendique vt et ceteris tollit*, quem sequitur Camus.

13. *ὀπισθουρητικὸν*] Rhen. *ὀπισθουρητική*. De coitu supra cap. 2. dictum fuit. Deinceps Med. *ἐν τῇ Ἀῤῥαβίᾳ κατὰ τὸν μεμακτηριῶνα*. Infra 6, 26. ver simpliciter nominatur, et *δέκα μῆνας κύει*. Plinius 10. s. 83. *Cameli duodecim mensibus ferunt, trimatu pariunt vere, iterumque post annum implentur a partu*. Igitur iam olim Gesner numerum *δέκα* ex altero loco corrigi voluit. At ecce Anonymus apud Suidam in voce *σκυζᾷν*, vbi haec leguntur: *ἡ κάμηλος κύει μῆνας δέκα, τῷ δ' ἑνδεκάτῳ τίκτει, καὶ πάλιν διαλιποῦσα ἐνιαυτὸν σκυζᾷ*.

14. *ὁ μὲν νεώτατος*] At infra 6, 27. *ὁ δ' ἐλέφας ὀχεύει καὶ ὀχεύεται πρὸ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν*. vbi Canis. liber cum

versione Thomae πρῶτον εἴκοσι ἐτῶν habent, quae scriptura longius etiam abit diuersa. Plinius 8. s. 10. *Aristoteles biennio gestare in vtero, nec amplius quam singulos.* vbi plures libri cum Solino praeferunt: *nec amplius quam semel gignere pluresue quam singulos.* Quae verba Harduinus tanquam redundantia resecuit, sed vereor, ne Plinius ea duxerit e verbis nostri male intellectis, ἣν δ' ἂν ἐγκύμονα ποιήσῃ — οὐχ ἅπτεται. Nec enim solus Plinius ita erravit, sed Aelianus etiam H. A. 8, 17. quem locum vulgo vitiosum obiter sanare conabor. Narrat castum et sobrium accedere ad feminam elephantem marem, quasi sobolis successionem curantem, ἵνα μὴ αὐτοὺς ἐπιλίπῃ ἡ ἐπιγονὴ ἡ ἐξ ἀλλήλων, ἐνιᾶσι τὸ σπέρμα. Ἅπαξ γοῦν ἐν τῷ βίῳ τῷ σφετέρῳ μνημονεύουσιν ἀφροδίτης, ὅταν ἡ θήλεια ὑπομένῃ καὶ αὐτή· εἶτα ἐμπλήσας ἕκαστος τὴν σύννομον, τὸ ἐντεῦθεν ἐπὶ τούτοις οὐκ οἶδεν αὐτήν. Vides igitur in narratione tam aperta et verbis non obscuris Philosophi tamen aberrasse a veritate Sophistam inepte curiosum. Redeo nunc ad Plinium, qui 10. s. 83. *elephanti pariunt singulos magnitudine vituli trimestris.* At Aelianus H. A. 4, 31. ἀποτίκτει δὲ ἰσήλικα τὸ μέγεθος μόσχῳ ἐνιαυσιαίῳ. Noster de Generatione 4, 5. διὸ καὶ τὸ τῶν ἐλεφάντων ἔμβρυον ἡλίκον μόσχος ἐστί. Sed idem Aelianus 8, 27. aliunde haec tradidit: τὸ δὲ μέγεθός ἐστι τοῦ τικτομένου κατὰ δέλφακα τὴν μεγίστην.

πεντέτης ὢν ἢ ἑξέτης] Vulgatum πέντε ἐτῶν ἢ ἓξ ὢν ex Med. correxi. Nam Rhen. πεντέτης ἢ ἑξέτης sine ὢν habet scriptum. Versio Thomae *quinquennis aut sex annorum.* Igitur πεντέτης ἢ ἓξ ἐτῶν scriptum legit. Sed praeterea Med. priora ita variauit: ἡ δὲ ἐλέφας — ἡ μὲν νεωτάτη δέκα ἐτῶν, ἡ δὲ πρεσβυτάτη πέντε καὶ δέκα· ὁ δὲ etc. Plinius huius ipsius loci, non alterius, scripturam expressit libri 8. s. 5. *Pudore nunquam nisi in abdito coeunt, mas quinquennis, femina decennis. Initur autem biennio, quinis, vt ferunt, cuiusque anni diebus, nec amplius:*

sexto perfunduntur amne, non ante reduces ad agmen. vbi Pintianus et Pellicerius maluerunt scribi *initur a triennio*: vt Plinius redderet verba Philosophi πάλιν δὲ βαίνει μετὰ τὴν ὀχείαν διὰ τρίτου ἔτους. Quod si voluisset Plinius, dicendum potius erat: *Repetitur coitus a triennio.* Sed sequitur Plinius ineptam traditionem, quae volebat feminam elephantem non impleri vno coitu, sed repeti coitum altero anno, et quidem statis diebus cuiusque anni. Contra Philosophus significat, feminam per duos annos gestare in vtero, tertio alere foetum, post tertium demum redire ad coitum cum mare.

μετὰ τὴν ὀχείαν] Rhen. μετὰ male omisit. Deinceps vulgatum ὃν δ᾽ ἂν — ποιήσῃ, τούτου correxi e versione Thomae, vbi est: *quam praegnantem fecerit, hanc.* Tamen infra 9, 33. in omnibus libris, etiam Antigoni, est: ὃ δ᾽ ἂν ὀχεύσῃ καὶ ἔγκυον ποιήσῃ τούτου πάλιν οὐχ ἅπτεται. De gestationis tempore incerta omnia esse tradit infra 6, 27.

CAPVT XIII. (vulgo XV.)

γενέσεως τῶν ὀχευομένων] Rhen. post γενέσεως interserit καί. Deinde ὡς εἰπεῖν ἀνθρώπῳ τὸ γένος habet. Versio Thomae: *vt est dicere vt totum genus.* Postea μελίκηραν vulgo omnes scribunt. Hesychius: μελίκηρα, τὰ ὑπὸ τῶν πορφυρῶν συντελούμενα, ἐμφερῆ κηρίοις ἐν τῇ θαλάττῃ. Idem in Τιθαιβώσσουσιν· — ἀποθησαυρίζουσι τὴν τροφὴν αἱ μέλιτται, τὸν λεγόμενον μελίκηρον. In Theocriti Id. 20, 27. ἐρρέε μοι φωνὰ γλυκερωτέρα ἢ μελικήρω recte dederunt, cum quidam μέλι κηρῶ scripsissent. Vulgatam scripturam etiam accentus damnat.

γλαφυρὸν] Thomae *clarum.* Deinceps ὥσπερ γὰρ ἂν εἰ ἐκ λεπυρίων ἐρεβινθίων — συμπαγείη. Vulgatum λεπυρίων ἢ ἐρεβίνθων ex Med. correxit Camus. Idem Med. συμπαγείη dedit pro vulgato συμπλακεῖεν. *sicut vtique si ex minutis terebinthinis albis multa simul compingantur* versio Thomae. *sicut res coagulata facta ex testa ouorum aut cice-*

ribus albis Scoti et Alberti. Consentit etiam Gaza. *συμπλακεῖν* Junt. Camotiana.

καὶ αὐταὶ] Vulgatum *αὐτὰ* ex Med. Vat. correxi. Deinceps vulgo erat *καὶ τὰ ἄλλα ἐκ τῆς σήψεως καὶ ἰλύος, ὀστρακόδερμα*. Equidem Rhen. et versionem Thomae secutus sum. *ἐκ τῆς συσσήψεως* ex Med. posuit etiam Camus. Totum locum Athenaeus 3. p. 88. ita excerpsit: *αἱ μὲν οὖν — εἰς τὸ αὐτὸ — μελικήραν — λεπύρων ἐρεβίνθων λευκῶν — συμπαγείη. ἔχει δὲ ἀνεῳγμένον οὐδὲν τούτων — φύονται αὗται καὶ τἆλλα ὀστρακόδερμα ἐξ ἰλύος καὶ σήψεως.* vbi Codd. non solum *πόρον* omittunt, sed verba etiam ista *τοῦτο δ' ἔστιν οἷον κηρίον* et *ἀλλ'* post *γλαφυρόν*. Postea *ἐρεβίνθου λευκοῦ* habet Epitome Msta Athenaei, quae etiam *αὐταὶ* — *ὄστρακα* dat. Plutarchus de Solertia animal. p. 79. Reiskii: *αἱ δὲ πορφύραι συναγελαζόμεναι τὸ μὲν κηρίον ὥσπερ αἱ μέλιτται κοινῇ ποιοῦσιν, ἐν ᾧ λέγονται γονεύειν.*

καὶ οἱ κήρυκες] Athenaeus *καὶ οὗτοι* habet, et verba *γίγνονται μὲν οὖν — ὁμοιογενῆ* omittit; deinceps pergit *ἀφιᾶσι δ' ἀρχόμεναι — λεπυρώδη*. Pro vulgato *ὁμοιογενῆ* Med. *ὁμογενῆ* dat. Versio Thomae *omogenea* habet. *λεπυριώδη* idem *granulosa* vertit. Pro *ἐξ ὧν* recte Sylburg *ἐξ ἧς* scribendum censuit.

2. *ἀφίησι δ' ἰχῶρα εἰς τὴν γῆν*] Vulgatum *ἀφίησι δὲ ὃ εἶχε* tacitus praeteriit Camus, quem admonere poterat Gazae versio: *diffusaque omnia humorem quem continebant, in terram dimittunt.* Equidem ex Athenaeo correxi vitium. Nunc ipsam Philosophi doctrinam inspiciamus, quam distinctius tradit de Generat. 3, 11. vbi ita: *ἡ δὲ τῶν ὀστρακοδέρμων συνίσταται φύσις τῶν μὲν αὐτομάτως, ἐνίων δὲ προϊεμένων τινὰ δύναμιν ἀπ' αὐτῶν, πολλάκις δὲ γινομένων καὶ τούτων ἀπὸ συστάσεως αὐτομάτης· δεῖ δὲ λαβεῖν τὰς γενέσεις τὰς τῶν φυτῶν· τούτων γὰρ γίνονται τὰ μὲν ἐκ σπέρματος, τὰ δ' ἀπὸ σπαραγμάτων ἀποφυτευομένων, ἔνια δὲ τῷ παραβλαστάνειν, οἷον τὸ τῶν κρομμύων γένος.*

Τοῦτον μὲν οὖν οἱ μῦες γίγνονται τὸν τρόπον· περιφύονται γὰρ ἐλάττους ἀεὶ περὶ τὴν ἀρχήν· κήρυκες δὲ καὶ πορφύραι καὶ τὰ λεγόμενα κηριάζειν οἷον ἀπὸ σπερματικῆς φύσεως προΐενται μυξώδεις ὑγρότητας. Σπέρμα δ' οὐδὲν τούτων δεῖ νομίζειν, ἀλλὰ κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον μετέχειν τῆς ὁμοιότητος τοῖς φυτοῖς· διὸ καὶ γίνεται πλῆθος τῶν τοιούτων, ὅταν ἅπαξ γένηταί τι. Πάντα δὲ καὶ αὐτόματα ταῦτα συμβαίνει γίνεσθαι· κατὰ λόγον δὲ καὶ ὑπαρξάντων συνίστασθαι μᾶλλον· περιγίγνεσθαι γάρ τι περίττωμα πρὸς ἑκάστῳ τῆς ἀρχῆς εὔλογον, ἀφ' ἧς παραβλαστάνει τῶν περιφυομένων ἕκαστον. Ἐπεὶ δὲ παραπλησίαν ἔχει τὴν δύναμιν ἡ τροφὴ καὶ τὸ ταύτης περίττωμα, τῶν κηριαζόντων ὁμοίαν εἰκὸς εἶναι τῇ ἐξ ἀρχῆς συστάσει οὐσίαν· διόπερ εὔλογον καὶ ἐκ ταύτης γίνεσθαι. Ὅσα δὲ μὴ παραβλαστάνει μηδὲ κηριάζει, τούτων ἡ γένεσις αὐτόματός ἐστι. Magno argumento sexus duplicis esse poterat Philosopho deposita massa cellularum cerearum, sed nec ipse nec piscatores earum perfectionem obseruare potuerunt. Primus adeo recentiorum egregius Cuvier sexum diuisum in genere muricis tritonis, buccini vndati, strombi et volutae animaduertit et accurate descripsit Lectionum Anatom. V. p. 181. sqq. Testacea vero acephala pleraque omnia hermaphrodita sunt, et sine coitu ipsa per se fecundantur, vt idem ibidem p. 183. seqq. demonstrauit. In capitatis tamen quaedam sunt genera hermaphrodita, quae coeunt. Atque ipse Philosophus de Gener. 3, 11. *μόνον δὲ τῶν τοιούτων συνδυαζόμενον ἑώραται τὸ τῶν κοχλιῶν γένος· εἰ δ' ἐκ τοῦ συνδυασμοῦ ἡ γένεσις αὐτῶν ἐστιν ἢ μή, οὔπω ὦπται ἱκανῶς.* Cochlearum qui viuaria instituerant Romani, easque saginabant in ollis, foeturam earum accurate potuerunt obseruare; sed paucula tantum haec tradit Varro R. R. 3, 14, 4. *Hae in foetura pariunt innumerabilia. Earum semen minutum ac testa molli, diuturnitate obdurescit.* Nihil plane de cochlearum viuariis repetiit inde Plinius, cuius aetate viuaria earum obsoleuisse videntur. Quae de-

nique de Partibus 4, 5. traduntur, male ad cochleas transtulit, male etiam interpretatus Camus Comment. p. 473. Sunt enim illa de *κόχλοις* marinis, plane diuersis.

καὶ ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ] Verba *τῷ τόπῳ* cum Ambr. Reg. et versione Thomae omisit Camus. Deinceps vulgatum *ἀπ' αὐτῶν* ex Med. Rhen. correxi. *cum ipsis* versio Thomae. Contra *πορφύραι, αὐτῶν ἔνια δ' οὔπω* ex Ambr. et Vat. edidit inepte Camus, quanquam etiam Athenaeus, quem is tamen non consuluit, verba *ἀπ' αὐτῶν — τὴν μορφὴν* omiserit.

οὐχ ὅπου ἔτυχεν — ἀλλ' ἐς ταὐτὸ ἰοῦσαι, ὥσπερ καὶ ἐν] Vulgatam scripturam *φορμίσιν, ὅπου ἔτυχεν — ἅλις ἐν τῷ αὐτῷ οὖσαι ὥσπερ ἐν* ex Med. Canis. Rhen. versione Gazae et Thomae correxit Camus. Equidem *καὶ* ante *ἐν* ex Rhen. suppleui. Versio Thomae: *antequam pariant, capiantur, aliquando in lutosis non vbi contingit epariunt, sed in idem euntes sicut in mari, sed propter.* Is igitur pro *φορμίσι* scriptum legisse videtur *φορυτοῖς* vel simile vocabulum. De vitio admonuerat etiam Sylburg, qui medicinam ex Athenaeo petiit, vbi est: *ἐνίοτε ἐν ταῖς φορμίσιν, εἰς δὲ τοῦτο συνιοῦσαι ἐκτίκτουσι καὶ γίνεται οἱονεὶ βότρυς.* Denique vulgatum *καὶ διὰ τὴν στενοχωρίαν* ex Med. Rhen. et versione Thomae correxi. *καὶ τῇ στενοχωρίᾳ* Ambr. *οἷον* cum Med. Rhen.

3. *γένη πλείω*] Vulgatum *πολλὰ* ex Rhen. et versione Thomae correxi, quanquam *πλέω* sit in Rhen. *plura genera* Thomas. Athenaeus habet: *Ἔστι δὲ τῶν π. γένη πλείονα — περὶ Καρίαν.* vbi Codex A. *Σίγιον* dat, *Λεκτὸν* vero Edd. Veneta, Basil. et Epitome Msta, vt h. l. Editiones omnes. *Λέκτον* vero cum Casaubono dedit recte nuperus Editor. Post Euripi, dubium Euboicine an Lesbii, mentionem pergebant Edd. Veneta et Basil. *καὶ ἄνθος αἱ μὲν πλεῖσται* etc. Omissa ex Codicibus suis suppleuit Casaubonus; paulo diversa ex Augustano Codice Epitomae, cum quo facit Codex a Schweighaeusero inspectus, haec protulit Hoeschel: *καὶ*

περὶ Καρίαν· καὶ ἐν τῷ κόλπῳ μὲν μεγάλαι καὶ τραχεῖαι. Euripum Thomas interpretatur *Nigrum Pontum*, vt alibi.

ἄνθος αὐτῶν αἱ] Athenaeus *αὐτῶν* omisit. Sequens *ἔχουσιν* vulgato *ἔχουσαι* substituit et *καὶ* ante *μικρὸν* adiecit Camus ex Med. Rhen. et versione Thomae; *ἔχουσαι* tamen est in Rhen. In Athenaeo *ἐρυθρὸν μικρῷ* ex duobus Codd. edidit Schweighaeuser.

μναΐαι] Vulgatum *μναῖαι* ex Rhen. correxi. *ad pretium minae* Gaza, *valentes ranam* Thomas vertit. In Athenaeo *μναιαῖαι* editur, sed optimus Codex A. *μνάϊαι* verum habet. Ex vulgata Athenaei scriptura duxit Eustathius ad Odyss. p. 715, 20. et 754, 13. *μνααῖος* et *μναῖος* de pondere libram aequante. In Xenophonte de Equestri Re 4, 4. Edd. veteres habebant *λίθων — ὅσων μνααίους*, cui Stephanus *μνααίων* substituit. Pollux 1. 8. 100. ex eo loco excerpsit *λίθους μναιαίους*, Codex Paris. B. Xenophontis etiam *μνααίους* habet, Lipsiensis *ὅσων μναιαίους*. In Hipparchico 1, 16. *ὅσον μναιαίους* editur sine varietate. De Vectigalibus 4, 15. *Φιλημονίδῃ δὲ τριακόσια* (*ἀνδράποδα*) *ἡμιμναῖον* (*προσέφερεν*), vbi ante Leonclauium erat *ἡμιμναῖα*. In Memorab. 2, 5, 2. est seruus *οὐδ' ἡμιμναίου*, dimidiae minae pretio.

τὰς ἀκτὰς] Thomae versio *petras* habet. Deinceps *εἰσὶ μικραὶ* Athenaeus. Postea vulgatum *βορείοις* ex Med. Vat. Rhen. et versione Thomae correxit Camus. *προσβόῤῥοις* Athenaeo restituit Schweighaeuser, vbi Veneta et Basil. *προσβόροις* cum Epitome Msta. *ταῖς πρὸς βοῤῥοῖς* Codex optimus A. habet. *Κατάβοῤῥος* ex Aristotelis Oeconomicis 1. c. 6. *παράβοῤῥος* ex Theophrasto, ex quo etiam *πρόσβοῤῥος* et *προσβόρειος* posuit Budaeus.

4. *οὐ γὰρ νέμονται*] Haec verba ex Camot. suppleuit Sylburg, et habent Codd. praeter Ambr. Habet etiam Athenaeus 3. p. 89. qui verba *ὅταν κηριάζωσιν* omisit. Deinceps *φωλοῦσι* Rhen. Sequens *σύμφυσις πυκνὴ* Gaza red-

dit *textu spissiore.* Postea vulgatum ὃν ἂν ἀφαιρῶσι correxi ex Med. et versione Thomae. βλάπτει habent Leon. Camotiana.

δ' αὐτῆς οἷον φλέψ] Vulgatum δ' αὐτὴν ὥσπερ φλέβα ex Rhen. correxi. διατείνει δ' αὕτη οἷα φλέψ ex Medic. edidit pessimum Camus, qui consentire, ait versionem Thomae: *pertenditque ipsa sicut vena.* Sed in Lipsiensi rectius est: *pertenditque ipsam sicut vena.* Albertus cum Scoto: *in tela autem est, quia quaedam similis venae — et residuum, quod est in pelle, est simile alumini.* Gaza: *pertinet eadem suo situ perinde vt vena.* Canis. liber διατείνει δ' αὔτων οἷον φλέψ. Cum Med. facit Venet. nisi quod οἷον habet.

ἄλλη φύσις] Vulgatum σύμφυσις ex Med. Rhen. Veneto, versione Thomae correxi: *alia autem natura est quasi alumen.* Scilicet is στυπτηρία scriptum legit cum Mediceo et Veneto, vti Gaza. Deinde ὅταν δ' ἀκηριάζωσιν ex Med. solo (nam Venetus rectum habet) dedit Camus, laudans e versione Thomae *cum defecerint a fauificatione.* Causam, cur verbum nonum et barbarum induxerit, edidit hanc: *alors on met Aristote en contrediction avec lui-même, puisqu'il a dit plus haut ἁλίσκονται τοῦ ἔαρος, ὅταν κηριάζωσιν.* Sed quid ex illo loco argui potest, nisi vere capi purpuras, quia postea latitant, nec capi possunt? Capiebantur autem non solum ad florem purpurae inde colligendum, sed etiam ad coenarum vsum. Plinii locus 9. c. 37. sect. 62. *Capi eas post Canis ortum aut ante vernum tempus vtilissimum: quoniam cum cerificauere, fluxos habent succos. Sed id tingentium officinae ignorant, cum summa vertatur in eo. Eximitur postea vena, quam diximus, cui addi salem necessarium.* vbi ante Harduinum erat *ortum aut vernum tempus — fetificauere.* Idem sect. 60. *Purpurae viuunt annis plurimum septenis. Latent, sicut murices, circa Canis ortum tricenis diebus. Congregantur verno tempore, mutuoque attritu lentorem cuiusdam cerae sali-*

vant. Simili modo et murices. Sed purpurae florem illum tingendis expetitum vestibus in mediis habent faucibus. Liquoris hic minimi est in candida vena, vnde pretiosus ille bibitur nigrantis rosae colore sublucens. Reliquum corpus sterile. Viuas capere contendunt, quia cum vita succum eum euomunt. Et maioribus quidem purpuris detracta concha auferunt: minores cum testa viuas frangunt, ita demum rorem eum expuentes. Postrema feliciter ex vestigiis scripturae Codd. emendauit Harduinus, praeeunte tamen Pintiano. Nunc ad Camum redeo. Ex narratione tota patet, purpureum succum deteriorem fieri fauificando, vel quia illi operi impenditur, vel quia virium corpori nimis detrahitur fetificatione. Igitur purpurae, quae aut propinquae sunt cerificationi, aut eam peregerunt paulo antea, minoris pretii succum praebent captae. Capi autem eo ipso tempore, cum congregatae cerificant, non puto, quippe nimis operi fetificationis intentas. Igitur non inepte aut *κηριάσωσιν* scripseris, aut, quod Thomas secutus esse videtur, *παύσωνται κηριάζουσαι* vel *παύσωνται τῆς κηριάσεως*. Verbum si legisset *ἀκηριάζωσι*, videtur *excerificant* redditurus fuisse, si hominis ingenium et rationem interpretandi recte perspexi.

5. *μεταξὺ γὰρ τούτων*] Plurimis et diuersissimis generibus testaceorum et crustaceorum animalium communis est generatio colorantis liquoris, vasculo aliquo contenti, cuius situm in lepore marino (Aplysia Linnaei) descripsit alibi accuratius, sed breuiter in Lectionibus Anatom. *Cuvier* Tom. V. p. 263. sqq. Descriptiones, notitias et varia experimenta recentiorum in succo purpurarum, muricum et similium eiusque situ collecta posui in Appendice Annotationum ad Vlloae Notitias Americanas Tom. II. p. 406. sqq. vbi vniuersam purpurarum historiam illustrare conatus sum; quare lectorem iisdem annotationibus repetendis morari nolui. Situs et natura succi cum vsu naturali ex-

spectat adhuc accuratam Cuverii inuestigationem. Cf. etiam ad 6, 13. extremam.

ἀφαιρεθέντος τοίνυν] Camus ex Med. Canis. *οὖν* dedit. Sequentia *πρὶν κόπτειν* omisit Rhen. vt *τοῖς* ante *κύρτοις*. Deinceps *ἐὰν ἀθροίσωσι* Rhen. *ἐὰν ἀθροισθῶσι* ex Med. attulit Camus. Equidem vulgatum *ἕως ἂν ἀθροισθῶσι καὶ σχολάσωσιν* correxi inserta negatione e versione Thomae: *seruant in vasis, si congregauerint et non vacauerint.*

6. *πρὸς τοῖς δελέασι*] Thomae versio: *cum escis.* Gazae: *nassam escae adiunctam.* Deinceps *συνέβαινεν* vulgatum ex Med. Rhen. correxit Camus. Sequens *ἀνεσπασμένην* Thomas vertit *distractam*, igitur *ἀπεσπασμένην* scriptum legisse videtur. Postea vulgatum *ἀπολύηται* perquam ineptum ex Rhen. et versione Thomae correxi. In Codice tamen est *ἀπολλύεται. non pereat* Thomas. Denique *ἀποπίπτουσιν — καὶ ἀποσπᾶσθαι* Rhen. vnde *καὶ* addidi. *distrahi* vertit Thomas. In fine tractationis *περὶ τὰς πορφύρας* ex Sylburgii emendatione recte receperunt Edd. recentiores, firmata a Codice Med. et Rhen. Ineptum *τῆς* reuocauit Camus.

τρόπον γίγνονται] Vulgatum *ἐγγίνονται* ex Rhen. correxi. Thomae versio *fiunt* habet. Deinceps Thomas scriptum vertit: *ἔχουσι δὲ τὰ ἐπικ. καὶ ταῦτα ἀμφότερα;* postea vero *ἐξαίροντα πάντα τὴν* vertit *emittentia omnia.* Rhen. *ἐξεγείροντα* habet cum Med. Canis. Denique *ὑπὸ τοῖς καλύμμασι sub cooperculis* versio Thomae. Athenaeus post multa omissa ita pergit: *Ἔχει δὲ καὶ αὐτὴ καὶ ὁ κῆρυξ τὰ ἐπικαλύμματα, κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ τὰ ἄλλα τὰ στρομβώδη ἐκ γενετῆς, πάντα. Νέμονται δ' ἐξείροντα — καὶ τὰ κογχύλια καὶ τὸ ἑαυτῆς.* vnde vulgatum *ἐξαίροντα* correxi.

7. *διατρυπᾷ*] Vat. Reg. *διατρύπτει.* Sequens *αὐτῆς* Sylburg in *αὐτῶν* mutatum maluit, referens ad *κογχυλίων*, quanquam in Athenaeo sit *ἑαυτῆς. ipsius testam* versio Thomae. *sui generis testam* Gazae. Noster de Partibus 2, 17. *ταῖς πορφύραις τοσαύτην ἔχει δύναμιν τοῦτο τὸ μόριον,*

ὥστε καὶ τῶν κογχυλίων διατρυπῶσι τὸ ὄστρακον, οἷον τῶν στρόμβων, οἷς δελεάζουσιν αὐτάς. Deinceps ἔστι δὲ καὶ ἡ πορφύρα vulgatum ex Rhen. correxi sublata copula. Ceterum Plinius in loco supra posito purpuris annos vitae *septenos* assignauit, quos in *senos* mutari voluit Pintianus. Plinius 9. s. 60. *Lingua purpurae longitudine digitali, qua pascitur perforando reliqua conchylia: tanta duritia aculeo est — alioqui captae diebus quinquagenis viuunt saliua sua.* sect. 61. *Capiuntur autem purpurae paruulis rarisque textu veluti nassis in alto iactis: inest iis esca, clusiles mordacesque conchae, ceu mitulos videmus: has semineces sed redditas mari auido hiatu reuiuiscentes appetunt purpurae, porrectisque linguis infestant: at illae aculeo exstimulatae claudunt se, comprimuntque mordentia: ita pendentes auiditate sua purpurae tolluntur.* Ceterum linguam vel proboscidem hanc ex buccino vndato et murice tritonis accuratissime descripsit et in Tabula XXXV. pinxit *Cuvier, Lection. Anatomic.* Tom. III. p. 342. sqq.

τοῖς ἐν τῷ ὀστράκῳ τῆς ἕλικος] Athenaeus l. c. μακρόβια δ' ἐστὶ καὶ ἡ πορφύρα καὶ ὁ κῆρυξ, καὶ ζῇ περὶ ἔτη ἕξ· φανερὰ δὲ ἡ αὔξησις ἐκ τῆς ἐν τῷ ὀστράκῳ ἕλικος. vbi Epitome Msta ἀπὸ τῆς habet. Gaza vertit: *patet per orbes, quibus totidem, quot annos habent, testa intorta cuniculatim in crepidinem desinit:* male is Plinium suum in parte aliena secutus. Is enim 9. sect. 61. *alterum genus purpura vocatur, cuniculatim procurrente rostro et cuniculi latere introrsus tubulato, qua proferatur lingua. Praeterea clauatum est ad turbinem vsque aculeis in orbem septenis fere, qui non sunt buccino: sed vtrisque orbes totidem, quot habeant annos.* Argumentum aetatis incertum esse ex orbium numero affirmat Fab. Columna de Purpura p. 15. annotante Harduino. Sed obseruatio Aristotelis id significare noluit, sed incrementum annuum indicare interstitiis maioribus volutarum videtur. Attamen iterum de Generat. 3, 11. vbi docet etiam crustacea nata ab inferioribus partibus

augeri et crescere versus anteriora: *φανερὸν δ' ἐστὶ καὶ τοῦτ' ἐπὶ τῶν στρομβωδῶν ταῖς ἕλιξιν· ἀεὶ γὰρ αὐξανομένων γίνονται πλείους ἐπὶ τὸ πρόσθιον καὶ τὴν καλουμένην κεφαλήν*, vbi Gaza: *anfractibus eius, qui subinde accrescentes plures efficiuntur in partem priorem.*

8. *Κηριάζουσι δὲ καὶ οἱ μύες*] Et tamen de Gener. 3, 11. est, alliorum more *μύας παραβλαστάνειν· περιφύονται γὰρ ἐλάττους ἀεὶ περὶ τὴν ἀρχήν· κήρυκες δὲ καὶ πορφύραι καὶ τὰ λεγόμενα κηριάζειν οἷον ἀπὸ σπερματικῆς φύσεως προΐενται μυξώδεις ὑγρότητας.* Igitur *μύες* hic fauificare negantur, quoniam fauificantibus opponuntur, alioque modo nasci dicuntur. Difficultatem huius loci non vidit Camus in Commentario p. 522. In solo Plinio reperi libri 32. s. 32. quae huc pertinere videntur: *Purgant et myaces, quorum natura tota in hoc loco dicetur. Aceruantur muricum modo, viuuntque in algosis, gratissimi autumno, et vbi multa dulcis aqua miscetur mari, ob id in Aegypto laudatissimi. Procedente hieme amaritudinem trahunt coloremque rubrum.* Videtur *aceruari* hic significare graecum *κηριαζειν*. Praeterea recentiores Graeci totum hoc genus *μυάκων* nomine appellarunt, dispertiti in duas stirpes; minores enim, rotundiores et hirtos *μυΐσκους* vocarunt. Cf. disputata in Indice Scr. Rei Rusticae p. 252. et 283. In mitulis Linnaei plura genera confusa latent, quae solertia recentiorum distinxit notis externi corporis, sed interiora nondum satis perspecta habemus. Igitur veterum mures comparare cum his homini inprimis maris experti nondum tuto licet.

λιμνόστρεα] Leon. Camot. Rhen. versio Thomae *λιμόστρεα* cum Med. Reg. Ambr. Eadem varietas fuit supra 4, 4. vbi *τραχέα* et *παχυχείλη* dicuntur. Ibi praeterea Med. *λημνόστρεα*, versio Thomae *lemnostrea* habet. De Generat. 3, 11. est: *πρός τε τοῖς πλοίοις γίνεται σηπομένης τῆς ἀφρώδους ἰλύος καὶ πολλαχοῦ, οὗ πρότερον οὐδὲν ὑπῆρχε τοιοῦτον, ὕστερον δι' ἔνδειαν ὑγροῦ τοῦ τόπου βορβορω-*

θέντος ἐγένετο τὰ καλούμενα λιμνόστρεα τῶν ὀστρακηρῶν, οἷον περὶ Ῥόδον παραβαλόντος ναυτικοῦ στόλου (*fune* Thomas) καὶ ἐμβληθέντων κεραμίων εἰς τὴν θάλατταν, χρόνου γενομένου καὶ βορβόρου περὶ αὐτὰ συναλισθέντος, ὄστρεα εὑρίσκοντο ἐν αὐτοῖς. Ὅτι δ' οὐδὲν ἀφίησι τὰ τοιαῦτα ἀπ' αὐτῶν γεννητικὸν, τεκμήριον τοῦτο· ἐπεὶ γὰρ Χῖοί τινες ἐκ Πύῤῥας τῆς ἐν Λέσβῳ τῶν ὀστρέων διεκόμισαν ζῶντα καὶ εἰς τόπους τῆς θαλάττης τινὰς εὐριπώδεις καὶ ὁμόρους ἀφίεσαν, πλείω μὲν τῷ χρόνῳ οὐδὲν ἐγένετο, τὸ δὲ μέγεθος εἰς αὔξησιν ἐπέδωκε πολύ. In hoc loco plura vitia correxi. Primum λινόστρεα Edd. ante Sylburgium habent, cuius correctionem receperunt posteriores. *limostrea* habet Thomae versio, ex qua vulgatum deinde εὑρίσκονται correxi; vertit enim *inuenta sunt.* Gaza *reperiebantur.* Post τεκμήριον indidem τοῦτο inserui. *Chios* non nominat Thomas, sed ita habet: *quidam enim ex pirra — in fluxibilia et lutosa.* Gaza: *loca maris quaedam reciproci aestus et luto similia.* Neuter igitur vulgatum εὐρυτιώδεις καὶ ὁμόρους legit scriptum, sed εὐριπώδεις; quod restitui, et deinceps βορβορώδεις vel simile vocabulum. Postea πλείονι χρόνῳ legit et vertit Thomas *pluri tempore.* Denique ex eodem ἐπέδωκε pro ἀπέδωκε posui. Etiam ex h. l. apparet, λιμνόστρεα eadem esse, quae postea simpliciter ὄστρεα dicuntur. Scilicet ipse Philosophus vocabulum ὄστρεα latiore significatione interdum vsurpat; hic vero, vbi peculiarem speciem designare voluit, adhibuit vocabulum vsu vulgi frequentatum λιμνόστρεα. Additum enim τὰ καλούμενα hic et vbique vsum vulgarem loquendi designat, quem perspicuitatis causa, vbi licet, sequitur Philosophus. Ita statim sequetur de ouis ostracodermorum τὰ καλούμενα ᾠὰ, i. e. quae vulgus oua appellat. Ita alibi eiusdem generis proboscidem cum vulgo linguam appellat: τὴν καλουμένην γλῶτταν. Sequitur de ouis ostreorum et ceterorum ostracodermorum in loco Aristotelis disputatio haec: Τὰ δὲ λεγόμενα ᾠὰ οὐδὲν συμβάλλεται πρὸς τὴν

γένεσιν, ἀλλ' ἔστιν εὐτροφίας σημεῖον, οἷον ἐν τοῖς ἐναίμοις ἡ πιότης· διὸ καὶ πρὸς τὴν ἐδωδὴν γίνεται εὔχυμα κατὰ τοὺς καιροὺς τούτους. Σημεῖον δὲ, ὅτι τὰ τοιαῦτα ἀεὶ ἔχουσιν, οἷον αἱ πίνναι καὶ οἱ κήρυκες καὶ αἱ πορφύραι, πλὴν ὁτὲ μὲν μείζω, ὁτὲ δ' ἐλάττω· ἔνια δὲ καὶ οὐκ ἀεὶ, ἀλλὰ τοῦ μὲν ἔαρος ἔχουσι, προβαινούσης δὲ φθίνει τῆς ὥρας, καὶ τέλος ἀφανίζεται πάμπαν, οἷον οἵ τε κτένες καὶ οἱ μῦες καὶ τὰ καλούμενα λιμνόστρεα· (ante Sylburgium *λινόστρεα*, *limostrea* Thomae versio) *ἡ γὰρ ὥρα αὕτη συμφέρει τοῖς σώμασιν αὐτῶν. Τοῖς δὲ συμβαίνει τοιοῦτον οὐδὲν ἐπίδηλον, οἷον τοῖς τηθύοις.* vbi ante Sylburgium erat *τηθέοις*. Idem affirmauit de Part. 4, 5. vbi de echinorum ouis: *ὅτι τὸ ὠόν ἐστι, καθάπερ εἴρηται πρότερον, οὐκ ὠὸν, ἀλλὰ τοῦ ζώου εὐτροφία. Γίγνεται δὲ τοῦτο ἐπὶ θάτερα μόνον ἐν τοῖς ὀστρέοις τὸ καλούμενον ὠόν· ταὐτὸ δὲ τοῦτό ἐστι καὶ τὸ ἐν τοῖς ἐχίνοις. Ἐπεὶ τοίνυν ἐστὶ σφαιροειδὴς ὁ ἐχῖνος, καὶ οὐχ, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὀστρέων τοῦ σώματος κύκλος εἷς — ἐπὶ θάτερα γὰρ τῆς περιφερείας ἔχουσι τὰ ὄστρεα καὶ οἱ κτένες τὸ τοιοῦτον μόριον.* vbi vides ostrea appellari testacea biualuia omnia, certe quae valuam vtramque latam et laeuem habent, quia postremo loco pectinem striatum ab iis separat. Paulo antea erat: *τὸ δ' ὠὸν καλούμενον ἐν τοῖς δεξιοῖς, ἐν δὲ τοῖς ἐπὶ θάτερα ἡ ἔξοδος τοῦ περιττώματος τοῖς διθύροις· καλεῖται δ' ὠὸν οὐκ ὀρθῶς ὑπὸ τῶν καλούντων· τοῦτο γάρ ἐστιν οἷον τοῖς ἐναίμοις, ὅταν εὐθηνῶσιν, ἡ πιότης.* vbi plane *δίθυρα* appellat, quae postea *ὄστρεα* vocauit. Itaque recte Camus in Commentario p. 439. vsum geminum vocabuli *ὄστρεα* annotauit, et *λιμνόστρεα* dici putat proprium genus biualuium, quod ad mensarum vsus in *λιμνοθαλάτταις* seruari et nutriri solebat. Quod attinet ad naturam ouorum, non erat, quod tantopere contra vsum loquendi pugnaret Philosophus, cuius argumenta etiam per se leuia recentior experientia satis refutauit. Viuaria ostreorum Xenocrates c. 26. *καταβόλους* vocat, vbi haec tradit: *ἐν Ἐφέσῳ*

κατὰ τὴν εἰσβολὴν τοῦ Καΰστρου εἰς καταβόλους τίθενται ὡς σπέρματα καὶ αὔξεται· ἔαρι δὴ ἐμπίμπλανται παχυνόμενα λευκῷ χυμῷ γαλακτώδει. Sed ecce Plinius 9. c. 51. vbi locum Aristotelis verterat: *Quae vero siliceo tegmine operiuntur, vt ostrea, putrescente limo nascuntur aut spuma circa nauigia diutius stantia, defixosque palos et lignum maxime.* Addit haec: *Nuper compertum in ostreariis humorem iis foetificum lactis modo effluere.* Idem 32. s. 21. *circa initia aestatis multo lacte praegnantia* dixit. Generosa ostrea interpretabantur et calliblephara appellabant peritiores *ambiente purpureo crine fibras*, vt Plinius addit, vbi crinem referendum censeo ad tentacula ambientia pallium animalis; eodemque refero *πώγωνα*, barbam ostrei, in Antiphili Epigrammate 22. versu 3. de mure ostreum apertum arrodente: *πώγωνος διεροῖο νόθην ὠδάξατο σάρκα.* Denique de ostreorum ouis, Plinio lac dictis, extat obseruatio Brachii in Ephemer. Natur. Curios. Dec. II. Ann. 8. p. 506.

κόγχαι] Rhen. *κόχλαι καὶ αἱ χῆμαι καὶ οἱ σωλῆνες,* sed nihil mutat Athenaeus. Versio Thomae: *Coculae autem et kemiae — ktenies.* Gazae *σωλῆνες* sunt *vngues.* Albertus: *colge, chimez, solinez, hactanez.* Deinceps *ἐκ τοῦ βυθοῦ — ἔχουσί τ' ἐν αὐταῖς* Athenaeus habet, vnde vulgatum *βύσσου* in *βυσσοῦ* praeeunte Sylburgio mutauit Camus. Gaza tamen *βύσσου* vertit *pinnae erectae ex bysso, id est villo siue lana illa pennali.* Plinius 9. c. 42. *nascitur in limosis subrecta semper.* Thomae versio: *pinnae rectae nascuntur ex fundo in arenosis.* Alberti: *ex lanugine quadam virili.* *βυσσοῦ* probauit etiam Bochartus Hieroz. 2. c. 45. qui a vetustioribus Graecis byssi huius seu lanaé pinnarum mentionem fieri negat.

αἱ μὲν καρίδιον] Rhen. *καὶ αἱ μὲν κ.* Deinceps *στερόμεναι* Athenaeus. Postea *καὶ αὐτόματα* Rhen. Med. Vatic. versio Thomae. *καὶ ἐν τῇ ἰλύϊ,* omisso *αὐτόματα,* Athenaeus, qui etiam verba *κατὰ τὴν — ἕτερα* omisit, et pro

εἰρημένα posuit *ῥηθέντα*. Mihi *κατὰ μέντοι τὴν διαφορὰν* scribendum videbatur.

περὶ δὲ τὰς σήραγγας] Ita cum Athenaeo Rhen. Vulgo *δὲ* erat post *σήραγγας* positum. Deinceps *πετρῶν* Athenaeus habet et *τήθεα*, vt postea *οἷον λεπάδες — νηρῖται*. *lapades* versio Thomae. *τὰ ἐπιπολάζοντα* Gaza vertit *quae per summa adhaerent*. Cf. infra 8, 2. Camus: *qu'on trouve à fleur d'eau*. Neritas 4, 7. ait capi ad escas, sed facto strepitu subfugere, *ὑποφεύγειν*. 4, 4. est: *οἱ δὲ νηρῖται προσέχονται μὲν, καθάπερ αἱ λεπάδες καὶ αἱ αἱμοῤῥοΐδες καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον γένος· προσφύονται δὲ ταῖς πέτραις, ὅταν ἀποκλίνωσι τὸ ἐπικάλυμμα*. Nescio an verbum *ἐπιπολάζοντα*, quod h. l. noua significatione adhibetur, cum alibi de vulgatis et vbique obuiis vsurpetur, respiciat ad illum locum 4. c. 4. vbi de vniualuibus est: *μονόθυρα δὲ, τὰ ἐνὶ ὀστράκῳ περιεχόμενα, τὸ δὲ σαρκῶδες ἐπιπολῆς, οἷον ἡ λεπάς*. vbi Gaza vertit: *Sunt item quibus altera pars superficiei detecta carnem ostendat*. Is scilicet reddidit vulgatum *τὰ δὲ σαρκώδη ἐπιπολῆς*. De forma et genere fuit dictum ad illum locum. Ceterum *νηρεῖται* habet h. l. Rhen. *σήραγγας π*. Thomas vertit *interstitia petrina*.

ἐνιαυτῷ — τέλεια] Plinius 9. s. 60. *Conchae omnes celerrime crescunt, praecipue purpurae: anno magnitudinem implent.*

9. *τὸ μέγεθος μικροὶ πάμπαν*] Vulgatum *τὸ δὲ μέγεθος πάμπαν μικροὶ* ex Rhen. correxi. Deinceps vulgabatur *πυελώδεσι*, quod viros doctos et ipsum Camum valde exercuit. Codices verum praebuerunt Canis. et Rhen. *πυλώδεσι* Medic. *myis lutosis* versio Thomae. Gaza *soliatis* dixit, a *πυέλῳ*, *solio*, deriuans vitiosum *πυελώδεσι*. Idem vitium mox recurret iterum corrigendum. Ceterum eosdem cancros noster de Partibus 4, 8. ita describit: *οἱ δὲ μικροὶ σφόδρα καρκίνοι, οἱ ἁλίσκονται ἐν τοῖς μικροῖς ἰχθυδίοις, ἔχουσι τοὺς τελευταίους πόδας πλατεῖς, ἵνα πρὸς τὸ νεῖν αὐτοῖς χρήσιμοι ὦσιν, ὥσπερ πτερύγια ἢ πλάτας· ἔχοντες*

τοὺς πόδας. In quo genere post Rondeletium Cuvier agnovit cancrum depuratorem Linnaei; Pennantus autem cancrum velutinum cum Aristotelico comparabat.

πιννοτῆραι] Vulgatum *πιννοϑῆραι* iam olim Sylburg aliique corrigi voluerunt ita, vt ex Canis. dedit Camus. *Pinnoterem* vocat Plinius 9, 42. et Clearchus Athenaei 3. p. 89. Vulgatum Thomas reddidit *praedones pinnarum*. Fabulam de pinnotera a recentioribus varie exornatam primus explosit Valisneri in *Opere* Tom. III. p. 431. nostra aetate iterum Chemnitius. *Πίννας* ipsas supra 4, 4. inter biualuia *ἀκίνητα καὶ προσφυῆ* annumerauit, valuas assignans *τραχεῖς καὶ ἀῤῥαβδώτους*. Semper oua habere annotat de Gener. 3, 11. De bysso pinnae locus est clarissimus Basilii in Hexaemero positus a Casaubono ad Athenaeum III. p. 89. Pernae nomen reperio apud Albertum p. 244. b. *Perna animal est marinum de genere concharum, et est croceum valde magnae quantitatis, et inter ipsas conchas existens vescitur vellere fuluo et rutilo valde pretioso, et fiunt inde ornamenta vestium et peplorum pretiosa.* vbi verbum *vescitur* vitiosum esse suspicor. *Χρυσοῦν ἔριον* vocat Basilius et Procopius vestem inde factam commemorat. Gallorum *Jambonneau* hinc factum est conchae nomen. Quem Pinnoterae nomine descripsit Forskolius cancrum longicaudatum, num intelligi voluerit Aristoteles, dubitari potest. Capite sequente sect. 1. similem hospitem spongiarum *πιννοφύλακα* vocat. Vocabulum *καρκίνιον* in vsu sermonis vulgaris fuisse de pinnotere docet locus Aristophanis Vesparum versu 1510. vbi poetam Carcinum cum filio deformi ludens quaerit: *τουτὶ τί ἦν τὸ προσέρπον; ὀξὶς ἢ φάλαγξ;* respondet alter: *ὁ πιννοτήρης οὗτός ἐστι τοῦ γένους, ὁ σμικρότατος, ὃς τὴν τραγῳδίαν ποιεῖ*. Voluit *Καρκίνιον* dicere, id est filium Carcini. Sequens vulgo *κτένεσι* Ionicum pro *κτεσὶ* annotauit Sylburg. *kteneis — lemostreis* versio Thomae. Sed ipsum *κτεσὶ* ex Mediceo restitui.

αὐτοὺς οἱ ἁλιεῖς] Rhen. *αὐτὸν*, Vatic. *αὐτοῖς*, Med. *αὐτὰ — γινόμενα*. Versio Thomae *αὐτοὺς γινομένους* reddidit. Deinceps *καὶ οἱ κτένες* e Rhen. et versione Thomae dedi copula addita; idem pergit: *φύονται μὲν οὖν*. Ostrea Philosophus hic biualuia in vniuersum nominat, vt supra admonui.

τὰ δ' ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς] Haec verba ex Med. Canis. Rhen. versione Thomae et Scoti inseruit Camus: *in locis vbi parum aquae, haec autem in littoribus, haec autem in lutosis locis, quaedam autem in duris et asperis.* Scoti: *quidam in ripa — quidam in luto.* Alberti: *quidam modus est in pelago — alius in ripa — tertius in luto — quartus in harena.* Is igitur *ἐν πελάγεσι* reddidit. Med. *στεναγέσι*, Rhen. *στεγανέσι* habent. Deinceps vulgatum *πυελώδεσι* Gaza reddit *in gurgite*, C. Gesner in *πηλώδεσι*, Sylburg. in *ἰλυώδεσι*, Casaubonus in *ἑλώδεσι* mutabat. *πηλώδεσι* recepit Camus ex versione Thomae et Scoti. *σπιλώδεσι* ego ex Canis. Rhen. *σπυλώδεσι* Med. Valckenaer ad Ammonium p. 141. corrigebat *τεναγώδεσι — πηλώδεσι*. Denique vulgatum *τραχώδεσι* ex Med. Canis. Rhen. correxit Camus.

τοὺς τόπους] Rhen. *τὸν τόπον*.

10. *ἐῤῥίζωνται — ἀῤῥίζωτοι*] Vide dicta ad 4, 4, 2.

δίεφθον] Versio Thomae *ereptum coctum sit*, Scoti *quasi esset biscoctum*. Hic igitur *δίσεφθον* reddidit, vti iam olim admonuit Gesner p. 1106. qui ad verba *παραχρῆμα ἐξαιρούμενον* intelligebat *κἄν*. *quantumcunque cito extrahatur de ventre suo, inuenietur quasi bis sit coctum* Albertus. Antigonus c. 88. ex nostro refert: *τὸν δὲ καλούμενον ἀστέρα οὕτω διάθερμον εἶναι, ὥσθ' ὅντινα ἂν λάβῃ τῶν ἰχθύων παραχρῆμα δίεφθον ποιεῖν*. qui verba loci nostri integriora legisse videtur. Plinius 9. s. 86. *parua admodum caro intus, extra duriore callo. Huic tam igneum feruorem esse tradunt, vt omnia in mari contacta adurat, omnem cibum statim peragat. Quibus hoc sit cognitum experimentis, haud facile dixerim.* Plinii errorem assumsit Gaza: *vt omnia*

contacta protinus decoquat. Philosophus enim de ciborum concoctione loquitur, vt admonuit Rondeletius et docet comparatio Antigoni. Praeterea noster de Partibus 4; 4. post vrticarum mentionem: *ὅμοιον δὲ τούτῳ καὶ τὸ τῶν ἀστέρων γένος· καὶ γὰρ τοῦτο προσπίπτον ἐκχυμίζει πολλὰ τῶν ὀστρέων, τοῖς τ' ἀπολελυμένοις τῶν εἰρημένων ζώων; οἷον τοῖς τε μαλακίοις καὶ τοῖς μαλακοστράκοις. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τῶν ὀστρακοδέρμων.* Quae turbata sunt, et aliter scripta vertit Gaza: *Ratio eorum, quae inter exanguia absoluta viuunt, vt mollium crustatorumque eadem atque testatorum est.* Legit igitur scriptum plane, vti Thomae versio monstrat: *ὀστρέων. τοῖς δὲ ἀπολελυμένοις—μαλακοστράκοις ὁ αὐτὸς λόγος κ. π. τ. ὀ.* Rationem exsugendorum ostreorum explicat aliunde Aelianus H. A. 9, 20. Oppianus Halieut: 2, 181. Falsam interpretationem secutus Plutarchus de Solertia p. 186. ed. Hutten. *ὁ μὲν γὰρ ἀστὴρ, ὧν ἂν ἅψηται, πάντα διαλυόμενα καὶ διατηκόμενα γινώσκων, ἐνδίδωσι τὸ σῶμα καὶ περιορᾷ ψαυόμενος ὑπὸ τῶν παριόντων ἢ προςπελαζόντων.* Sed audiamus nunc Aristotelem in libro de animalibus perfectis et minus perfectis, quem librum solus Albertus ex Arabico, vt videtur, versum seruauit et transtulit in librum XXI. postremum. Hic igitur p. 210. b. haec habet: *Stincus enim quoddam medium videtur inter polipum et plantam; quoniam licet in numero tibiarum polipes excedat stincum, eo quod polipes habeat octo tibias et stincus quinque: et polipus habet longas tibias et stincus breues. In hoc tamen habent similitudinem, quod vterque tam polipus quam stincus sugit per totum corpus, quoniam per totam longitudinem omnium tibiarum polipi habent poros rotundos, qui sunt quasi quaedam ora, per quae sugit, et est fortissimae suctionis. Cuius signum est, quod quando adhaeret alicui animali, et praecipue quando adhaeret homini, statim vt inuoluit tibias circa eum, extrahit vndique sanguinem. Stincus autem non habet huiusmodi ora rotunda aperta; sed per totam longitudinem omnium tibia-*

rum suarum habet fissuram, in qua sunt quaedam venulae durae ad modum paruarum radicum, et per illas sugit. Adhuc autem in centro polipedis est foramen ab inferiori veniens, et supra ipsum est saccus concauus, in quo est humor niger, sicut est in sepia, et in extremitate illius est caput polipi, et in ipso figurantur oculi eius, et in interiori eius est membrum, quod est de substantia cornu, sed est valde tenue et molle, sicut vnguis puerorum liquefactus, et est nigri vel fusci coloris, et est in figura sicut rostrum aquilae, habens superius recuruatum super inferius, et est compositum ex duobus rostris, inferiori et superiori, sicut componitur rostrum aquilae: et non est ad mordendum et ad lacerandum aptum, eo quod est valde flexibile, nisi forte per illud capiat valde mollia; et talem formationem in medio stincus non habet, sed est figuratus ad modum radicis habentis quinque diuisiones: vterque tamen motum habet dilatationis et contractionis, sed minus de animalitate et plus de plantae natura stincus; e conuerso vero polipus plus de animalitate et minus de plantae natura. Ipsum argumentum docet, stincum dici pro stella; et vidit iam olim C. Gesner p. 1106 — 8, qui tamen hunc ipsum locum omisit. Idem Albertus p. 245. a. *Sturitum* nominat, de quo haec refert: *Sturitus animal est marinum medium inter plantam et animal, quod est sicut stella pentagonum, rufi corii, et in medio habens rimas, quibus trahit nutrimentum, et ita excitat libidinem, quod sanguinem eiicit per coitum, nec tamen concumbens adhuc coitu satiatur, nec medicinam habet libido nisi per succum lactucae bibitum.* Plinius 9. s. 71. *multis eadem natura quae frutici, vt holothuriis, pulmonibus, stellis.* Plura is alibi fabulosa remedia e stellis memorat, sed de libidine inde excitata tacet. Suspicor fabulam ortam ex altera de igneo stellarum feruore ad concoctionem. *Sturitus* videtur e vitioso *aster, astur, asturius* ortum habere, atque id argumentum mihi maximum est, ex arabica versione haec omnia duxisse

Albertum. Postremus autem Plinii locus ductus est ex nostro de Partibus 4, 4. τὰ δὲ καλούμενα ὁλοθούρια καὶ οἱ πνεύμονες, ἔτι δὲ καὶ ἕτερα τοιαῦτα ἐν τῇ θαλάττῃ μικρὸν διαφέρει τούτων τῷ ἀπολελῦσθαι· αἴσθησιν μὲν γὰρ οὐδεμίαν ἔχει, ζῇ δὲ ὥσπερ ὄντα φυτὰ ἀπολελυμένα. Aelianus H. A. 13, 27. torpedinis et πνεύμονος carnes in aceto putrefactas capillorum defluuium efficere ait. Plinius 18. s. 85. *Pulmones marini in pelago plurium dierum hiemem portendunt.* Saepius idem in remediis nominat pulmonem marinum; sed argumentum naturae phosphoricae habet, quod idem refert 32. s. 52. *pulmone marino si confricetur lignum, ardere videtur, adeo vt baculum ita praeluceat.* Obiter *halipleumon* nominatur 32. s. 53. Non inepta est L. T. Gronouii suspicio ad librum IX. Plinii, intelligi Medusae vel Actiniae genus Linnaeanum. Denique de ostreo pictorum in vsu addo locum Vitruuii 7, 13. *quod ex concharum marinarum testis eximitur, ideo ostrum est vocitatum.* Quam inepte recentiores hunc Philosophi locum de Spondylo Pictorum interpretentur, videre licet ex Chemnitio Collectionis Martinianae Tom. VII. p. 95. Prouerbium Graecorum ex natura pulmonis marini desumtum habet Plato Philebi s. 10. ζῆν οὐκ ἀνθρώπου βίον, ἀλλά τινος πλεύμονος ἢ τῶν ὅσα θαλάττια μετ' ὀστρεΐνων ἔμψυχά ἐστι σωμάτων. Synesius de Regno p. 14. homines sensu tactus et gustus delectatos vocat βίον ζῶντας θαλασσίου πνεύμονος.

σίνος μέγιστον] Vulgabatur καὶ σίνος τι τοῦτο ἐν τῷ εὐρίπῳ τῶν Πυῤῥαίων μέγιστον εἶναι. vbi Gesner p. 1107. corrigebat γένος τι τούτων nixus versione Alberti: *opinantur quidam, quod in mari, quod vocatur Orios, quod rubrum mare vel potius orientale vocamus, est modus huius animalis magnus.* Ex versione Scoti posuit Camus *in mari quod dicitur — est modus huius animalis magnus.* Gaza, nescio vnde: *Detrimento etiam summo echinis Euripi Pyrrheni eandem esse confirmant.* Expressit tamen σίνος. Versio Thomae: *aiunt autem et sinnum hoc in nigroponte*

pirraeneorum maximum esse, forma autem similem esse descriptis. Aldina et Basil. μέγιστον εἶναι τούτῳ. Praepositionem ἐν ante τῷ εὐρίπῳ ex Junt. et Camotiana assumsit Sylburg, iterum omisit Camus, qui ex Codice Mediceo et Veneto posuit lectionem eam, quae est etiam in Rhen. σίννος (σίνος Rhen.) μέγιστον εἶναι τοῦτο ἐν τῷ εὐρίπῳ τῶν Πυῤῥαίων, τὴν δὲ μορφὴν ὁμοίαν τ. γρ. eamque ipsam reddidit Thomas. In Rhen. tamen rectius est τῷ τῶν Πυῤῥαίων vel potius Πυῤῥαίγων. Vulgo erat ὅμοιόν ἐστι τοῖς, quod vertit Gaza.

πνεύμονες] Ita pro πλεύμονες, quae forma alioquin Atticis propria esse dicitur, Med. Rhen. Alteram formam habent V. Reg. Edd. Sylburgii, Duvallii, Casauboni. In versione Thomae Camus *pleumones* legit, ego in Lipsiensi *pulmones.* Deinceps αὐτόματα Rhen.

ὀατρείῳ] Ita pro ὀστρέῳ Rhen. qui statim πολλῷ habet. Pro ἐπιγίγνεται versio Thomae *perditur* vel *proditur* compendio scriptum habet, et pro Caria nominat *oesiam.*

11. εἰσδύεται] Thomas *egreditur.* Deinde κηρείου καὶ τοῦ στρόμβου Rhen. *nericie* versio Thomae. Postea δὲ εἰς τοὺς κήρυκας, omissa copula καί. Verba τοὺς μικροὺς omisit versio Thomae. Sequens εἰσδύσῃ ex Rhen. et versione Thomae, ubi est *ingressum fuerit,* substitui vulgato εἰσδύῃ. Denique καὶ τοῦτο καὶ ἐν τούτῳ ἀποστρέφεται Rhen. στρέφεται, πλὴν καὶ αὐξανόμενον πάλιν Venet. et Medic. ὅταν δὲ εἰς δύο ᾖ, συμπεριφέρει καὶ κοῦπο καὶ ἐν τούτῳ στρέφεται πάλιν. ubi miror Camum non agnovisse veram scripturam εἰσδύσῃ. Ceterum πλὴν pro vulgato πάλιν ex Regio assumsi. De καρκινίῳ alibi dictum est satis.

CAPVT XIV. (vulgo XVI.)

γίγνονται] Athenaeus p. 89. γίνεται habet, deinceps ὄστρακον, Rhen. τὸ ὄστρακον. Sequens οἷον omittunt V. Reg. καθάπερ habet Athenaeus. κνίδος. Codex optimus

Athenaei. σήραγξι Thomae *interstitiis petrarum*. τοῖς σήραγξι Codex Athenaei optimus A.

Ἔστι δὲ τῶν κνιδῶν] Ita pro τῶν δὲ κνιδῶν Rhen. Med. versio Thomae et Athenaeus. Ex eodem Athenaeo vulgatum αἱ μὲν οὖν correxi, et deinceps ἐκ τῶν πετρῶν dedi cum Med. Rhen. Vulgo ἐκ deerat. Consentit versio Thomae. Postea vulgatum ἐπὶ τοῖς μείζοσι καὶ ἐπὶ τοῖς πλαταμώδεσιν ex Rhen. Med. et Athenaeo correxi. λείοις ex Med. Canis. dedit etiam Camus. ἐν τοῖς λείοις Athenaeus. Gaza *plana et littora amant*, quem Sylburgius suspicatur scriptum legisse ἐπὶ ταῖς ἠϊόσι. Thomas *in planis et in amplis et magnis* inepte reddidit. *in loco planorum lapidum et non profundis* Albertus. De vocabulo πλαταμώδης vide dicenda ad 8, 4, 5.

καὶ αἱ λεπάδες — μεταχωροῦσι] Haec verba tanquam inutilia et a re aliena cum Regio resecuit Camus, equidem seclusi. *lopides* nominat Thomas. Sed infra 8. c. 2. ubi est de urticis: αἱ δὲ ἀκαλῆφαι τρέφονται, ὅ,τι ἂν προσπέσῃ ἰχθύδιον. ἔχει δὲ τὸ στόμα ἐν μέσῳ. δῆλον δὲ τοῦτο μάλιστά ἐστιν ἐπὶ τῶν μεγάλων. ἔχει δὲ ὥσπερ τὰ ὄστρεα, ᾗ ὑποχωρεῖ ἔξω ἡ τροφή, πόρον· ἔστι δ' αὐτὸς ἄνω· ἔοικε γὰρ ἡ ἀκαλήφη ὥσπερ τὸ ἔσω εἶναι τῶν ὀστρέων τὸ σαρκῶδες; τῇ δὲ πέτρᾳ χρῆται ὡς ὀστρέῳ. Statim subiungit καὶ αἱ λεπάδες δὲ ἀπολυόμεναι μεταχωροῦσι καὶ τρέφονται. Ibi igitur sedem commodiorem habebit sententia integrior. De urticis vere dicta vide ad 4, 6.

πιννοφύλακες] Equidem in hoc loco haereo, nec sanum puto. Quid enim causae esse dicam, cur hoc nomen nec σπογγοτήρα adhibuerit Philosophus? Plura etiam corruptelae indicia in toto hoc loco habent libri editi et scripti. Gaza ita vertit: *Nasci etiam in cubilibus spongiarum novimus bestiolam aranei similem, nomen pinnothera mutuante. Degit haec intra spongiarum cubile et aperiendo claudendoque pisciculos capit.* Qui ex Plinio nihil alieni assumere potuit; is enim totum hoc mirabile de spongo-

tere nescio quo pacto praeteriit. Pinnae vero aliae *καρίδιον*, quaedam *καρκίνιον* intus habent sociatum. Neutrius generis est comes spongiae additus. Imprudenter autem Camus haec ita vertit: *il se forme dans leurs cavités de petits cancres semblables aux gardiens de la pinne. Ils y sont comme l'araignée dans sa retraite,* etc. Sed videamus singula verba. In vulgata quidem a plurali statim ad singularem transit Philosophus: *ἔστι δὲ οἷον ἀράχνιον ἐπὶ τῶν θαλαμῶν*, vbi vulgo male *θαλάμων* scribitur, quasi esset a *θάλαμος*, non a *θαλάμη* ductus casus. Statim miraberis, comitem morari dici *ἐπὶ τῶν θαλαμῶν*, cum paulo antea *ἐν ταῖς θαλάμαις* nasci et esse memoratus fuerit. Deinde quid erat causae, cur subito iterum numerum mutaret scriptor et ad pluralem transiret, *καὶ διοίγοντες καὶ συνάγοντες* etc, cum ipsum hoc membrum exorsus sit ita: *ἔστι δὲ οἷον ἀράχνιον*. Camus barbaram fecit orationem, cum ex Mediceo libro *ἃ διοίγοντες* poneret, quod vertit: *et en ouvrant ou fermant ces cavités à propos ils y prennent les petits poissons.* Pronomen enim *ἃ* nec ad *θαλάμας* nec ad *θαλάμους* referri potest. Quid vero id sit, quod Camum in errorem induxit, postea videbimus. Nunc enim id agitur, vt vulgatae scripturae auctoritas exquiratur. Et vero araneae similitudinem spongoterae tribuunt ex hoc loco, vt videtur, scriptores graeci recentiores, veluti Plutarchus de Solertia p. 191. Hutt. vbi post pinnoterae notitiam addit: *τὸν δὲ σπόγγον ἡνιοχεῖ θηρίδιον, οὐ καρκινῶδες, ἀλλ' ἀράχνῃ παραπλήσιον.* quae eum toto loco transscripsit, verbis quibusdam mutatis, Aelianus H. A. 8, 16. *τὴν σπογγιὰν ἰθύνει βραχὺ ζῷον, οὐ καρκίνῳ τὴν ἰδέαν παραπλήσιον, ἀλλ' ἀράχνῃ μᾶλλον.* Nomen animalculi *σπογγοθήρης* in vulgatis libris Plutarchi quod erat, ex scriptis in *σπογγοτήρης* mutauit Wyttenbach. Sed in primis memorabile est, quod paulo antea narrat Plutarchus, a Chrysippo philosopho, qui volumen integrum de pinnotere scripserat, nusquam spongoterae mentionem fuisse factam; igitur eum fuisse

philosopho ignotum, arguit Plutarchus. Sed etiam Plinius spongoteram omisit, alioquin mirabilia vbique curiose consectatus. Quid? quod Antigonus, cum hunc locum de spongiis excerperet c. 89. spongoterem tamen vel pinnophylacem spongiae ne nominauit quidem. Suspicor igitur, fabulae de spongotere notitiam aliunde ad Plutarchum pervenisse. Sed in ipsis Philosophi verbis nihil mutat versio Thomae, nihil Scoti; quod quidem satis intelligitur ex his Alberti: *Est autem in locis gamen siue spongiae quoddam animal rubeum et vocatur seruans oeum, et est paruum simile araneae: et hoc quando venari vult cibum, os aperit, et si quid intrauerit, claudit ipsum et comedit.* Sane cancrum tridentatum et antennatum in foraminibus spongiae officinalis reperit habitantem Forskolius; igitur res nec auctoritate caret, nec est a naturae veritate aliena; sed nunc quaerimus, quid Aristoteles scripserit, quid verborum seriei et structurae conueniens sit et aptum; denique quid sit illud, quod interpretes in fraudem hucusque induxit. Atque hic solus liber Rhenani ad veri vestigia me perduxit, cuius scripturam substitui vulgatae: ἔστι δέ οἷον ἀράχνιον — καὶ διοίγοντος. Apparet ἀράχνιον esse membranam tenuem, similem telae aranearum, obductam foraminibus spongiarum, qua vel reserata vel clausa venatio exercetur. Hoc ἀράχνιον recte dicitur esse ἐπὶ τῶν θαλαμῶν; alii vero vocabuli similitudine decepti ἀράχνιον parvam araneam interpretati sunt, quae rectius ἐν ταῖς θαλάμαις esse diceretur, vt ipse Philosophus antea dixerat ἐν ταῖς θαλάμαις γίγνονται. Qui Mediceum librum in vsum Galli comparauit, vereor vt oculos recte adhibuerit; nihil enim aliud varietatis inde retulit nisi ἃ διοίγοντες, quod statim amplexus reposuit Camus. Nunc ad cetera pergamus.

τὰ μικρά] Haec versio Thomae omisit, qui paulo antea ἐπὶ θαλαμῶν reddidit *sub camerationes*; itaque ὑπὸ θαλαμῶν scriptum legit. Sed idem confirmat scripturam et

Rhen. vulgatae πρὶν μὲν εἰσελθεῖν substitutam: habet enim *ut ingrediantur in ipsa, aperientes.* Ceterum pro αὐτὰ malim αὐτὸς, ad θαλάμαι referens, nisi Philosophus τρήματα intelligi voluit latentia in vocabulo metaphorico.

2. λεπτότατος] Rhen. λεπτότατον — πυκνότατον — ἰσχυρότατον. Vatic. Ἀχίλλειον. Eustathius ad Il. p. 648. ed. Basil. ὁ μέντοι Ἀχίλλειος σπόγγος — ὑποκείμενος ἁπαλῶς ταῖς περικεφαλαίαις — ἵνα μὴ ὁ σίδηρος τρίβοι τὴν κεφαλήν. Vatic. ἐπὶ τὰ κράνη habet.

ἧττον — ψοφεῖ] Ex Rhen. et versione Thomae substitui vulgato ποιεῖ ψόφον: *quem sub galeam imponunt, et ictus minus sonat* Thomas. Contra Albertus: *ut non inducat dolorem percussio gladii.* quem sensum velim inesse verbis graecis. Liuius 9, 20. obiter in exercitu Samnitium *spongiam pectori tegumentum* commemorauit. Hesychius: Ἀχίλλειον πλάκα — τινὲς δὲ σπόγγον φασὶν, οἷς τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀποψῶνται. Plinius 9. s. 69. *Spongiarum tria genera accepimus: spissum ac praedurum et asperum, tragos id vocatur: spissum et mollius, manon: tenue densumque, ex quo penicilli, Achilleum.* Vbi primus Gelenius dedit *minus spissum et mollius*, non adlicentibus libris scriptis. Id tamen nisi feras, aliud vocabulum quaerendum, ne Plinius et sibi et Philosopho contradicat.

3. φύονται δὲ πρὸς] Vulgo interiectum ἢ post δὲ cum versione Thomae omisi. Deinceps ἐν ταῖς θισὶ Rhen. Sed malim sequens ἐν ante τῇ ἰλύϊ abesset. Gaza: *lutoque aluntur.* Plinius l. c. *Nascuntur omnes in petris, aluntur conchis, pisce, limo.* Pleniorem is locum legisse videtur. Albertus: *generantur in lapidibus, qui sunt in ripa, et pascuntur humore limoso.*

συμβαίνει] Vulgatum σημεῖον Vatic. in σημαίνει mutat, quod recepit Camus. συμβαίνει est in Med. Rhen. et versione Thomae. Gaza vertit: *quod certe indicat, caeteris quoque adhaerentibus cibum per ipsum annexum hauriri.* Vnde suspicabatur Sylburgius, eum scriptum legisse ὡς καὶ

τοῖς ἄλλοις τοῖς προσφυομένοις ἀπὸ τῆς προσφύσεως ἐστιν ἡ τροφή. Recte omnino is vidit, *προσφυομένοις* vulgato *φυομένοις* esse substituendum, quod ipsum sequens *προσφύσεως* docet, quanquam vulgatum pro *φυτοῖς* dictum interpretatur Camus. In reliquis verbis cum nihil mutent Codices scripti, vitium tamen sit apertum, malui sententiam redintegrare, insertis verbis *οἷς συμβαίνει*, quae tamen seclusi. Thomae tamen versio: *et in aliis accidit — cum ab adnascentia sit alimentum*, monstrat in eius Codice fuisse *συμβαίνει καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις φυομένοις, ὅταν ἀπὸ τῆς προσφύσεως ᾖ ἡ τροφή.* Quam tamen scripturam nostrae coniecturae non praefero.

3. *κατ' ἔλαττον*] Ita pro *μὴ κατελθοῦσαν* ex Med. Canis. Rhen. et versione Thomae scripsit Camus. *εἶναι κατελθοῦσαν* Reg. cum Aldina, *μὴ εἶναι κατ' ἔλαττον* Camotiana. Gaza vertit: *quia minus alto radicis haesu innituntur.* Deinceps *ἔχει δὲ αἴσθησιν* *habet autem sensum* reddit Thomas. Statim mire variat Rhen. in quo est *ὅταν γὰρ ληφθῶσιν, ἐὰν μέλλοντος* etc. quae graeca non sunt. Sequens *συνάγει ἑαυτὸν* vulgato *συνάγεται* ex Med. Rhen. et versione Thomae substitui. Pro *ἀφελκῦν* Med. *ἀποσπᾶν* repetit. *κλύδων* Thomas vertit *tempestas*. Plinius: *Intellectum inesse his apparet, quia, ubi avulsorem sensere, contractae multo difficilius abstrahuntur. Hoc idem fluctu pulsante faciunt.* Quod vero subdit, *Vivere esca, manifesto conchae minutae in his repertae ostendunt*, unde duxerit, postea quaeremus. Antigonus c. 89. haec excerpsit: *ἔχειν δὲ καὶ σπόγγον αἴσθησιν· ἂν γὰρ μέλλοντος ἀποσπᾶν προαίσθηται, συσπᾶσθαι καὶ ἔργον εἶναι ἀφελκύσαι· ταὐτὸ δὲ, ἂν ἄνεμος ἢ κλύδων ᾖ, γίνεσθαι.* Apparet eum rectius *προαίσθηται* scriptum in suo Codice legisse et deinde vulgatum *συνάγεται*.

Τορώνη] Sequentia Med. Canis. Rhen. ita scripta habent: *τρέφει δ' ἐν ἑαυτῷ ζῶα.* Gaza: *Narrant tamen procul dubio bestiolas quasdam velut tineas, lumbricosve et eiusmodi alias consistere intra spongias atque ali; quas, et*

euulsis spongiis pisciculi saxatiles deuorent, qui vel radices abeumunt: totas, quae inhaerentes saxis remanserint. Versio Thomae nihil mutat, nisi quod ἕτερα ἄττα reddidit *et alia quaedam*, quod vulgato ἕτερα τοιαῦτα, addicente Mediceo, substitui. Rhen. ἕλμινθας habet. Sed Gaza praeterea *tineas* additas legit. Albertus: *ne cadat a loco suo. et haec est causa dubitationis sensibilitatis eius apud eos homines, qui in Taramyr maritima habitant regione, vbi est iste modus spongiae. In isto autem genere gamen siue spongiae inuenitur vermis, qui cum aufertur a suo loco, comedit pisces paruos, et si pars illius gamen siue spongiae euellatur, crescit de residuo iterum gamen, quale fuit primum.* Qui videtur vulgatam scripturam secutus esse: sed tribuit vermibus, quod alii ex dubia et ambigua dictione piscibus saxatilibus assignant. Cum Alberto tamen facit C. Gesner; alteram interpretationem recte tuetur Camus in Comment. p. 323. Ceterum qui vulgatam scripturam φασὶ γὰρ τρέφειν defendunt, inesse in ea putant argumentum, quo vsi incolae vel piscatores Toronaei sensum et contractum spontaneum spongiarum negabant. Esse enim illum motum contractionemque spongiae non ipsi spongiae tribuendum, sed vermibus infra cellulas habitantibus. At si philosophus id significare voluit, quid opus erat addere ista de vermibus istis a piscibus saxatilibus correptis et comestis, quid de ipsis spongiarum radicibus a piscibus perquisitis et comestis, et quae sequuntur de spongiis redintegratis et recrescentibus ex radicibus? Igitur potius nouam sententiam cum libris Med. Canis. Rhen. exorsus sum. . . . .

ἃ κατεσθίει, ὅταν ἀποσπασθῇ] Ad postremum verbum intellige ὁ σπόγγος. Vulgarem ordinem ἃ ὅταν ἀπ. τὰ ἰχ. τὰ πετραῖα κατεσθίει ex Med. Rhen. correxi. Sed Camus ex Med. posuit ἕτερα ἄττα κατεσθίει, omisso ἃ. In Reg. est καὶ ἕτερα ἃς ὅταν ἀποσπασθῇ. Sed nunc audi Plinium: *Circa Toronem vesci illis auulsis etiam aiunt, et ex reliquis radicibus recrescere. In petris cruoris quoque inhae-*

ret color, Africis praecipue; quae generantur in Syrtibus. Postremum membrum aliunde accessit. In priore autem nullus sensus inest, nisi *illis* ad praecedens *conchae minutae in his repertae ostendunt* retuleris: ut non solum sensum spongiis Toronaeis, sed vitae etiam tenacitatem divisis et anulsis quasi insectis tribuisse videantur. Si sensum hunc ex Philosophi verbis extorquere velis, conatum frustrabitur verbum ἀμφισβητοῦσιν, ὥσπερ οἱ ἐν Τορώνῃ. Toronaei enim ita negabant sensum inesse spongiis, igitur etiam vitam. Aliter igitur scriptum locum reperit Plinius, ita fere: περὶ τούτου ἀμφισβητοῦσιν, ὅπερ οἱ ἐν Τορώνῃ φασί· τρέφειν γὰρ ἐν ἑαυτῷ ζῶα, ἑλμινθάς τε καὶ ἕτερα ἄττα· καὶ ὅταν ἀποσπασθῇ, κατεσθίειν τὰ ἰχθύδια τὰ πετραῖα, καὶ τὰς ῥίζας τὰς ὑπολοίπους, ἐὰν ἀποῤῥαγῇ, φύεσθαι πάλιν — καὶ ἀναπίμπλασθαι. — Denique pro ἀποῤῥαγῇ versio Thomae habet *abstergantur*.

4. μαλακώτεροι] Ita pro μαλακώτατοι dedi ex Rhen. et versione Thomae: *mollissimae autem maxime spissi.* Legit igitur scriptum μαλακώτεροι δὲ οἱ μάλιστα πυκνοί. Paulo antea γίγνονται post μὲν οὖν inserui ex Med. et versione Thomae. Plinius: *Maximae fiunt manae, sed mollissimae circa Lyciam.* Vbi, nisi Plinius ipse aberrauit, scribendum: *Maximae fiunt manae circa Lyciam, sed mollissimae spissae.* Sed ecce idem Plinius 30. c. 47. extrema: *Tragus auctor est, circa Lyciam penicillos mollissimos nasci in alto, vnde ablatae sint spongiae.* Hoc argumento certissimo constare videtur, Plinium sua non ex Aristotele ipso duxisse, sed ex Trogi interpretatione transtulisse, eidemque Trago debere imputari, si quid accessit aliunde, et quidquid peccatum fuit.

οἱ ἐν τοῖς βαθέσι] Articulum omittit Rhen. Plinius: *In profundo autem nec ventosa molliores: in Hellesponto asperae, et densae circa Maleam. Putrescunt in apricis locis: ideo optimae in gurgitibus.* Vbi non satis ab errore sibi cauit Plinius. Pro Μαλέας versio Thomae habet *ultra ca-*

lidam regionem. Legit igitur scriptum ἄλλας. Postea idem dedit *et qui in differentibus molestissimi durissimi.* Legit igitur καὶ οἱ ἐν τοῖς διαφέρουσι μαλακώτατοι καὶ σκληρότατοι. Ambr. καὶ οἵ τε ὅλως habet.

5. ταῖς ἀκταῖς] *ad loca petrosa* Thomae versio: ἀγχιβαθεῖς *valde profunda* reddit, et διὰ τὸ βάθος *secundum profunditatem.* Forte igitur legit παρὰ τὸ β. Deinde κέκραται Medic.

ἰδεῖν μὲν] Haec verba addunt Camotiana, Sylburgiana, Med. Gunis. Rhen. versio Thomae, omisit Camus cum Edd. pr. Equidem seclusi. Pro ἄπλυτοι Albertus ἄλυτοι vertit: *gamen: vinum non absolutum est nigri coloris.* Plinius: *Viuentibus idem qui madentibus nigricans color.* vbi Edd. vett. et Codices quidam *mandentibus* habent, sed *non madentibus* ex h. l. recte correxit Pontedera Antiquit. p. 613.

κενοὶ] Male Ambr. κοινοί. Deinceps περὶ τὸ κάτω, πλείω δέ ἐστιν Rhen. Plinius: *Adhaerent nec parte nec totae: intersunt enim fistulae quaedam inanes, quaternae fere aut quinae, per quas pasci existimantur. Sunt et aliae, sed superne concretae: et subesse membrana quaedam radicibus earum intelligitur.* Albertus: *et non applicatur lapidibus cum aliqua vna parte corporis sui, quoniam in eius corpore sunt viae vacuae, et super ipsum etiam sunt viae vacuae inferius. In parte vero superiori sunt viae pendentes et non apparent nisi quatuor viae aut quinque: et propter hoc quidam homines putant, quod per illas vias recipiat cibum.* Ceterum Gaza verba περιτέταται — τὰ κάτω posita demum post illa, κατὰ πλείω — πρόσφυσις, legit et vertit, et rectius quidem. Plinius ea ipsa verba postremo loco vertit post omnia illa vsque ad δέχεσθαι τὴν τροφήν. Albertus plane omisit. Denique συμμεμυκότες habet Rhen. ἄλλοι in Ambr. manus secunda addidit.

6. ἀπλυσίας] Theophrasti h. pl. 4, 7. ἡ γὰρ σπογγιὰ καὶ αἱ ἀπλυσίαι καλούμεναι καλεῖν τι τοιοῦτον, ἑτέραν ἔχει φύσιν. Sequens διατμηθὲν pro vulgato οὐθὲν ex Med.

Canis. Rhen. et versione Thomae (vbi est *recisum autem*) posuit Camus. Gaza vertit: *nihilo tamen densius quam quae ante enumerauimus genera, quanquam lentius et ex toto pulmoni similius cernitur.* Vertit is vulgatum, vt potuit. Vitium tamen senserant C. Gesner et Sylburg. Albertus: *Adhuc autem est spongiae quoddam genus aliud a dictis, quod vocatur gomen non ablutum, eo quod ablui perfecte non potest, et viae huius magnae sunt, et assimilatur substantiae pulmonis: et fere opinio est, hoc genus sensum habere: et hoc est quod abundat in maribus nostris Flandriae videlicet et Germaniae, et habet motum localem, et mouetur dilatando se et constringendo, et cum eleuatur de aqua, est quasi mortuum, et cum reponitur iterum, post modicum viuit et mouetur.* Plinius: *Viuere constat longo tempore. Pessimum omnium genus est earum, quae aplysiae vocantur, quia elui non possunt, in quibus magnae sunt fistulae et reliqua densitas spissa.* vbi recte admonuit Harduinus continue scribendum fuisse: *tempore pessimum omnium genus earum, quae.* Ceterum τοῦτο γένος Rhen. habet.

ἰφιζούσῃς] Vulgato ὑφιζούσῃς ex Med. Canis. Vat. Rhen. et versione Thomae (vbi est *supergressa fece*) substituit Camus. Albertus: *quod gamen est albi coloris, quando limus est super ipsum, sed istud genus nigrum videtur, quando est in aqua limosa: extractum autem et exsiccatum efficitur quasi coloris cinerei declinantis ad citrinitatem.*

Medicorum Graecorum posteriorum alia fuit distributio et descriptio, quam minus integram Dioscorides 5, 138. quam Plinius 31. s. 47. ex communi fonte posuit. Audi hunc ipsum. *Quidam eas ita distinguunt. Alias ex his mares existimauere, tenui fistula spissioresque, persorbentes, quae et tinguntur in deliciis aliquando et purpura: alias feminas maioribus fistulis ac perpetuis. E maribus duriores aliae, quas tragos appellant, tenuissimis fistulis atque densissimis. Candidae cura fiunt: e mollissimis recentes per*

aestatem tinctae salis spuma ad Lunam et pruinas sternuntur inuersae, hoc est, qua parte adhaesere, vt candorem bibant. Animal esse docuimus etiam cruore adhaerente. Aliqui narrant et auditu regi eas, contrahique ad sonum, exprimentes abundantiam humoris, nec auelli petris posse; ideo abscindi ac saniem emittere. Quin et eas, quae ab Aquilone sint genitae, praeferunt ceteris: nec vsquam diutius durare spiritum medici affirmant. — Mollissimum genus earum penicilli, oculorum tumores leuant — iidem abstergendae lippitudini vtilissimi. — Medici inscitia ad duo nomina eas redegere, Africanas, quarum firmius sit robur, Rhodiacasque, ad fouendum molliores. Nunc autem mollissimae circa muros Antiphelli vrbis reperiuntur. Dioscorides in vniuersum mollissimum genus candidum fieri tradit et quidem soli expositum, per noctes vero serenas aestate etiam lunae. Isidorus etiam Origin. 2, 6. qui Plinii locum excerpsit, hoc membrum ita retulit: *Candidae fiunt sfungiae cura: per aestatem enim ad solem sternuntur et sicvt cera punica candorem bibunt.* Quae scripturae varietas non erat contemnenda Plinii Editoribus, si animaduertissent. Cerae enim Punicae mentio in Dioscoride non extat; sed ea comparatio bene docet, vnde *spongia punica* dicta fuerit apud Martialem 4. Epigr. 10. *comitetur punica librum spongia*, vbi male Gruterus Plinii Africanas spongias comparabat.

CAPVT XV. (vulgo XVII.)

Μεταγειτνιῶνα] Medic. σκιῤῥοφοριῶνα — μεταγειτνιῶνα habet. Deinceps *μετὰ δὲ ταῦτα* Rhen. cum versione Thomae, vbi pro *εἰς τὰς πτύχας* est *in plicatas*. *μετὰ δὲ ταῦτα προσεκτίκτουσιν* ex Med. dedit Camus.

ὅσοι ᾠοτοκοῦσιν] Vulgatum *ὅσα* ex Med. et Rhen. correxit Camus, vti fieri voluit Sylburg. Deinceps pergit Rhen. *καὶ αὐξάνεται γάρ*. Idem postea verba *τὸ μὲν οὖν ᾠὸν — καράβων* cum versione Thomae omisit. *Ψαθυρὸν* Albertus *rarum* vertit.

2. προσβλέποντι] Rhen. προβλέποντι. Deinceps καὶ γίγνεται δὲ μέγιστα dedi ex Rhen. Copulam καὶ cum Medic. omisit Camus. καὶ γίγνεται μὲν vertit Thomas. De pinnulis his caudae inferioris, quibus oua racematim adhaerent, dixi supra ad 4, c. 2. sect. 5. plura in Commentatione de Cancris et Astacis Aristotelis p. 182. Sed cum verum carabum adhuc ignoremus, ex ipsa natura agnoscere situm et formam harum partium nemo adhuc potuit.

τῷ πόρῳ] Medic. Rhen. versio Thomae τὸ πόρρω. Sequens τὰ ante κατὰ ex Med. Rhen. et versione Thomae inseruit Camus.

3. κεγχραμίς] Thomae versio *grana ficus*. Hesychio κεγχραμὶς, τὸ ἐντὸς τοῦ σύκου σπερμάτιον.

ἐχόμενα τοῦ πόρου] Thomae versio *habita caro* habet. Deinceps verba μάλιστα — τὰ ἐπικαλύμματα omisit Rhen.

προσεπιστεθέντος] Male προσεπιστιθέντος ex Med. dedit Camus. Deinceps τοῦτο post γίγνεται ex Rhen. et Med. inserui.

4. προσάγειν] Ita pro προάγειν ex M. V. Rhen. et versione Thomae dedi. τὸ χονδρῶδες reddidit Thomas.

τῷ πλάτει τῆς κέρκου] Soli libro Rhenani veram scripturam debes, ex quo verba τῷ πλάτει inserui. Male προσαναπτυσσόμενα ex Med. dedit Camus, cum quo facit tamen versio Thomae *coaptata* habens. Miror tamen, vnde Cami versio habeat: *de replier la partie large de sa queue pour les comprimer.* Nostrum τῷ πλάτει aperte reddidit Albertus, vbi haec posuit: *Cum autem sunt in ipso animali posita, sunt in medio inter caudam eius et pectus eius. Similiter autem creatio coopertiorum horum animalium est a natiuitate. Testa enim continens ea nascitur cum ipsis, et quod stricta sunt coopertoria, ideo non possunt retinere qua usque ad perfectam completionem, sed crescunt aliquantulum extra animal sub cauda ipsius retenta in quibusdam testiculis, qui sunt in domestico caudae. Quando autem vult emittere ea de corpore, emittit quidem inferius*

per viam quae ad anum ducit, sed latitudine caudae repercutit eandem super pellem cartilaginosam domestici caudae suae, et ibi continet ea. Cum autem emittit ea, exprimit ea quousque ponit omnia. Ad hoc enim pars cartilaginosa etc.

προσπιέσασα] Ita pro συμπιέσασα δὲ εὐθὺς — ἀποτίκτει ex Medic. Rhen. et versione Thomae dedi. Infinitiuum recepit etiam Camus. Sed Thomas *accipiens* habet pro προσπιέσασα.

αὐξάνεται — ᾠῶν] Vulgatum αὐξάνει ex Rhen. correxi. ᾠῶν vertit pro vulgato ζώων Thomas et Gaza, atque ita scribi voluit Scaliger, consentiente Med. et Rhen.

κλήματα καὶ τὸν φορυτὸν] Gaza *in sarmentis et qualibet colluuione.* Thomas: *sub petanea et ad frutecta.*

δακτυλιαῖοι] Post haec addit Albertus: *adhuc autem feminae horum animalium iterato impraegnantur ante quam filii tantum compleantur ita, vt caudas eleuando extendant: et quando completi fuerint, quod possunt caudam extendere ad natandum, ponit oua suae iteratae impraegnationis, et relinquit filios suos priores.*

προεκτίκτει] Ita pro προεκτίκτουσι ex Med. dedit Camus.

5. κυφῶν καρίδων] Male Camus κύφων καριδῶν. Vulgo erat κύφων καριδίων. Edd. pr. excepta Camotiana φύκων καριδίων, vt est in R. A. φύκων καρίδιον Vatic. κύφων καρίδων Med. Canis. Rhen. versio Thomae et Gazae. κυφῶν tamen Rhen.

τραχέσιν] Ita pro τραχώδεσιν dedi ex Rhen. *asperis et petrosis* versio Thomae. Consentit Athenaeus 3. p. 105. qui h. l. exscripsit. λείοις Albertus vertit *lenibus et planis.* Pro Ἄθῳ Thomas vertit *Athopetris.*

ἀκταῖς] quibus plerumque similis fundus maris est.

διώκοντα] Ita pro διώκουσι ex V. R. A. Rhen. et versione Thomae Camus. ἄρκτοι Alberto sunt *hatraka.*

CAPVT XVI. (vulgo XVIII.)

ἐγγίγνεται] Ita pro *γίνεται* Rhen. Deinde vulgo *ψαδυρὸν* etiam in libris scriptis legitur, quam formam habet etiam Hesychius. *gracilia et mollia* vertit Albertus.

εἰς τὰς θαλάμας] Vulgo ante *εἰς* additum *ἢ* omittit Rhen. et versio Thomae. *κεράμιον ollam* vertit Thomas. Athenaeus 7. p. 317. ex h. l. habet *πολύποις* (Codd. *πουλύποις*) *ἢ εἰς θ. — ἄλλο τοιοῦτον κοῖλον.*

οἰνάνθης] Medic. *οἰδυάνθης*. Thomae versio: *simile vitibus racemis ydyanthae albae vitis fructui.* Omisit igitur copulam *καί*. Gaza: *labruscae florentis racemulis.* In Theophrasti loco omnium clarissimo c. pl. 3, 19. Scaliger *οἰνάνθας* interpretatur recte palmitem fructiferum; ita tamen accipio, vt sit primum vitis germen, quod cum rudimento floris et fructus prodit. Hoc idem germen infra sect. 6. *οἷον τὸ τῶν βοστρύχων* intelligo scribens *οἷον τὸ τῶν ἀμπέλων* vel *τῆς οἰνάνθης βοστρύχιον*. Quam *λεύκην* fructiferam dicit, eam Theophrastus Creticam *αἴγειρον* nominare et a reliquo genere distinguere videtur h. pl. 2, 3. Nam idem 3, 14. *αἴγειρον* et *λεύκην* vulgarem fructum ferre negat.

ἐν ᾗ ἔχει] Male Med. et Vat. *ἐν ᾧ ἔχει*. Dicitur enim corpus polypi *κεφαλὴ* vulgi consuetudine.

2. *ἐκ τῶν ἀποῤῥαγέντων πολυπόδια*] Ita pro *ἀπὸ τ. ἀ. πολύπια* Rhen. *πολυπόδια* etiam ex Canis. dedit Camus, Aldina cum R. A. *πολύποια*. Thomae versio habet: *post dies maxime circiter quinquaginta fiunt p ptum eorum et serpunt.* quae ita exscripsit ex suo libro Camus: *per dies — per partum.* Equidem *post partum* legendum censeo, vt Thomas scriptum legerit *ἀπὸ τόκου αὐτῶν καὶ ἕρπει.* Athenaeus 7. p. 317. ex h. l. *μεθ' ἡμέρας π. ἐκ τῶν ὠῶν πολυπόδια ἐξέρπει ὥσπερ τὰ φ. κ. τ. λ.* posuit.

τὰ φαλάγγια] Articulum omisit Rhen. Deinceps verba *ἡ δὲ ὅλη μορφὴ φανερὰ* omisit Thomas, qui *φαλάγγια* *aranealia* vertit.

3. *μέλασιν*] Vulgo sequebantur haec: *ἐπαφίησι γὰρ τὸν θολὸν*, quae Medic. Rhen. Venetus et versio Thomae cum Camotiana omittunt. Alieno scilicet loco librarius inseruit. Vat. *ἐπαφιεῖ* habet.

ἑνί τινι] Gaza *cuidam nexu*, Thomas *alicui uni*, igitur *τινὶ ἑνὶ* legit, quod est in Veneto, qui in prioribus habet *σηπύαι — μεγάλοις μέλασιν* sine copula *καί*.

ἐπαφίησι] Vulgatum *ἀφίησι γὰρ ὁ ἄῤῥην ὑγρότητα* ex Rhen. correxi, qui *ἐπιφίησι* habet, et ex superioris loci scriptura aliena interpolaui. Huc enim pertinent verba supra a librario inserta. Venetus habet *ἐπαφίησι γὰρ ὁ ἄῤῥην ὑγρότητά τινα μυξώδη. ὃ τὴν γλ.*

ὃς τὴν γλισχρότητα παρέχει.] Vulgatum *ὃ τῇ γλισχρότητι παρέπεται* in *οὗ τ. γ. παρέπεται* ex R. mutauit Camus sententia non meliore. *ὃ τὴν γλισχρότητα παρέχει* est in Med. Can. Rhen. Veneto. *quae viscositatem facit* versio Thomae. *ὃ την γλισχρότητα* etiam Vat. Ceterum verba *καὶ αὔξανεται* prioribus attribuit primus Sylb. et deinceps posuit *ταύτῃ δὲ τὰ ᾠά*. Sed recte Aldina *καὶ αὐξάνεται δὲ ταύτῃ* etc. *ταῦτα τὰ ᾠὰ* Med. Venet. Canis. Rhen. et versio Thomae habent. Equidem *ὃς* scripsi pro *ὅ*.

καὶ εὐθὺς] Ex Med. Veneto, Canis. Rhen. versione Thomae *καὶ* inseruit Camus. Deinceps *ὅταν ἀφῇ τὸν θορὸν* Rhen. et Venetus. Etiam M. V. R. A. et versio Thomae *θορὸν* habent. Equidem *ἐπαφῇ* malim. Venetus *μείζω μέλανα* sine copula habet.

τουτου περιῤῥαγέντος] Ita pro *τότε* ex Med. Rhen. et versione Thomae Camus.

4. *γίγνεται δ', ἂν τὸ πρῶτον*] Vulgatum *γίνεται δὲ τὸ ᾠὸν πρῶτον, ὅταν ἀποῤῥάγῃ* ex Rhen. correxi. *fit autem quod prius sparserit femella velut grando* versio Thomae. *ἡ* ante *χάλαζα* ex Camot. primus addidit Sylburg.

σηπίδιον] Med. *σηπύδιον φαίνεται*. Etiam Rhen. *φαίνεται* habet cum versione Thomae. Med. vbique *σηπύδιον* habere annotauit Camus; et supra 4. cap. 7. *σήπιον* Thomas

sepuum reddidit. Idem Med. vbique etiam σηπύα scriptum habet.

5. Μέγιστοι μὲν οὖν] Ita Rhen. pro μέγιστοι δὲ. Deinceps οἷον ἐφ᾽ οὗ τὸ α ὀφθαλμοὶ, ἐφ᾽ οὗ τὸ β. γ. τὸ σηπίδιον αὐτὸ, ἐφ᾽ οὗ τὸ δ. κύει δὲ etc. Rhen. Contra versio Thomae: *ouum in quo a, oculi in quibus b. b, sepiola ipsa in quo d. gestat autem.* Vulgo erat: οἷον ἐφ᾽ οὗ τὸ α, τὸ ὠόν· οἱ ὀφθαλμοὶ, ἐφ᾽ οὗ τὸ β. γ. τὸ σηπίδιον αὐτὸ, ἐφ᾽ οὗ τὸ δ. τὸ δὲ ἐφ᾽ οὗ τὸ ε. κύει. Postremum membrum Editio Basil. et Sylb. adiunxit, quod omisit Gaza et Thomas cum Codd. M. et Reg. οἷον ἐφ᾽ οὗ τὸ α ὀφθαλμοὶ, ἐφ᾽ οὗ τὸ β. γ. αὐτὸ τὸ ε, τὸ δὲ ἐφ᾽ οὗ τὸ δ Aldina. οἷον ἐφ᾽ οὗ τὸ α. ὀφθαλμοὶ, ἐφ᾽ οὗ τὸ β. γ. τὸ σηπίδιον αὐτὸ ε. τὸ δ᾽ ἐφ᾽ οὗ τὸ δ. Cum Aldina faciunt Junt. et Camot. nisi quod post τὸ α addunt τὸ ὠὸν. Mediceus, vt versio Thomae: τὸ ὠὸν ἐφ᾽ οὗ τὸ α, ὀφθαλμοὶ ἐφ᾽ ὧν τὸ β. γ. τὸ σηπίδιον αὐτὸ ἐφ᾽ οὗ δ. Ambr. οἷον ἐφ᾽ οὗ τὸ α, οἱ ὀφθαλμοὶ, ἐφ᾽ οὗ τὸ β. γ. τὸ σηπίδιον αὐτὸ ἐφ. τὸ δὲ ἐφ᾽ οὗ τὸ δ. Cum Regio Camus dedit οἷον ἐφ᾽ οὗ τὸ Α, τὸ ὠόν· οἱ ὀφθαλμοὶ, ἐφ᾽ οὗ τὸ Β. Γ. τὸ σηπίδιον αὐτὸ ἐφ᾽ οὗ τὸ Δ.

ῥάγες] Med. ῥάγις, R. ῥῶγες. Sequens ἐλάσσους cum Rhen. omisit versio Thomae et Medic.

περισχίσῃ] Rhen. et Med. περισχισθῇ. Deinceps vulgabatur ἤδη τελειουμένων. Rhen. ἤδη τελειωμένων. Verum τετελειωμένων ex M. V. restituit Camus. πρότερον ἢ τετελειωμένων malebat Sylburgius, idque ipsum reddidit Thomae versio: *priusquam sint perfectae.*

6. οὐ ἂν τὰ κυήματα αὐτῶν ᾖ] Ita vulgatam οὐ ταὐτὰ κυήματα αὐτῶν· μάλιστα δὲ correxit Camus ex Medic. Canis. et versione Thomae. In Rhen. post αὐτῶν additum reperio ἢ μάλιστα μὲν etc.

κύτος] Rhen. κῆτος. Deinde ὅτι pro ὅτε habet, postea idem προκάθηται cum M. et R. *residens camerula* versio Thomae. Athenaeus 7. pag. 317. προσκάθηται vulgatum habet, sed rectum ἐπέχων seruauit.

ἐπέχων] Ita pro ὑπερέχων ex Med. Rhen. et Athenaeo Camus. *adhibens* versio Thomae. Plinius 9, 51. *brachiorum implexu claudit.*

φυκία] Rhen. φυλάκια. Deinceps καλαμύνδια Med. *frutecta et calamodea* Thomae versio. Supra cap. 17. τὸν φορυτὸν idem similiter *frutecta* reddidit.

κλήματα] Versio Thomae *velut m* (materia?) *aut lignum aut lapides.* Eadem κληματτίδας *sarmenta* vertit; τὸ τῶν βοστρύχων *velut quod vilium racemorum.* Gaza: *qualis cirrhi muliebris species est.* Male. Suspicor scriptum fuisse οἷον τὸ τῆς οἰνάνθης βοστρύχιον. Cf. ad sect. 1. dicta.

7. ἀναγωγῆς] Thomas *interpolatè* vertit. Deinceps προςθέσεως Canis. V. R. Rhen.

ἐν πελάγει] Ita ex Med. et versione Thomae Camus pro πελάγιαι. Edd. pr. R. V. πλάγιαι habent, vnde πελάγιαι effecit cum Scaligero Sylburg, quod est in Rhen. *Loligines in alto conserta oua edunt* Plinius 9, 51.

τευθὸς] Versio Thomae *teuthys et sepia.* Deinde ὀλίγαι ἐξ αὐτῶν Rhen. Infra ὁ ἄῤῥην τευθὶς Med. et versio Thomae.

θεωρήσῃ τὴν κόμην] Vulgatum θεωρῇ ex Rhen. correxi. Deinceps κοιλίαν dedit Camus ex R. vbi tamen est a correctoris manu, eamque scripturam primus Scaliger proposuerat ex Gazae scilicet versione ductam. Sed κόμην dicit Philosophus branchias, quas in cancris et ostracodermis reliquis simili vocabulo τὰ τριχώδη appellat. Hae in sepiis et reliquis molluscis pendulae facile manu diduci possunt. Thomae versio habet: *si quis distendens consideret locum intus rubea duo velut vbera.* Male enim Camus ista verba ex suo Codice ita retulit: *intus vbera duo.* Itaque etiam Thomas, vti Med. Canis. et Rhen. ἐρυθρὰ scriptum habuit pro vulgato ἔντερα. Venetus habet ἔχει ἡ θήλεια, ἄν τις διαστείλας θεωρῇ τὴν κόμην, εἴσω ἐρυθρὰ δύο οἷον μαστούς.

CAPVT XVII. (vulgo XIX.)

Τὰ δ' ἔντομα — εἴρηται πρότερον] Hoc totum exordium omisit Rhen. vbi *θηλείων* scriptum in Edd. pr. in *θηλειῶν* mutauit Sylburg. Equidem *θήλεων* malim.

ποιεῖται τὰ πλεῖστα] Vulgatum *προΐεται πλεῖστα* retinuit Camus, quanquam in Med. verum *ποιεῖται τὰ πλεῖστα* reperisset. *ποιεῖται πλεῖστα τὸν τρόπον* V. R. A. *ποιεῖται πλεῖστα* Ren. et Mosquensis, cuius specimen amicitiae Matthaei debeo.

ψυχῶν] Versio Sooti *psyearum*. Deinceps *κνήκου* vulgato *κνίκου* substitui ex Reg. *σπέρματος* Rhen. Postea *χύμα* Med. Can. Rhen. *intus autem humorem* versio Thomae. *sed intus fluidum* Gaza. Hoc *χύμα* recipiendum, aut vulgatum *ἔγχυμα*, plane ineptum, erat corrigendum. Itaque hoc feci.

οὐκ ἐκ μέρους] Negationem omisit versio Thomae, vt et sequentia vsque ad *γίγνεται δὲ αὐτῶν*, *fiunt autem ipsorum*, vt ibi iterum incipit. Pro *ὅλον* male Rhen. *ὡς* et post *γίγνεται* interserit *τὸ* ante *ζῶον*.

2. *φαλάγγιά τε*] Ex Rhen. *τε* inserui. *ἀραχνίων* *aranealibus* vertit Thomae versio.

αὐτόματα, τὰ μὲν ἐκ] Versio Thomae *sed caualia* habet. Mosq. *τὰ δὲ ἐκ*. Sequens *πιπτούσης* vulgato *ἐπιπιπτούσης* substitui ex Rhen. *καταπιπτούσης* reddidit Thomae versio *in foliis decidit*.

μὲν οὖν ἐν] Ex Rhen. *οὖν ἐν* inserui. Sequens *καὶ* omisit Thomas. *εὐδία καὶ νοτία* Gazae sunt *tranquillum australeque tempus*. Rectius Gallus serenitatem interpretatur.

καὶ κόπρῳ] Med. Rhen. versio Thomae *τὰ δ' ἐκ κόπρῳ*. Sequebatur *σηπομένη* vulgo, quod correxit Camus ex M. Can. R. A. *σηπομένῳ* Vat. Mosq.

τὰ μὲν φυτῶν] Versio Thomae *φυτῷ* reddit *haec autem in planta*. Illud si verum, est *viridium*. Deinceps L. et Camotiana cum V. A. Mosq. *τὰ δ' ἑαυτοῖς ἤδη*. Rhen. Med.

Reg. τὰ δὲ ἐν αὐτοῖς ἤδη. *in se ipsis* versio Thomae, omisso ἤδη. Recte Basil. quam reliquae secutae sunt. *aut cassia* Gaza.

τὰ δ' ἐν σαρκὶ τῶν ζῴων] Hoc membrum ex Med. Rhen. et versione Thomae inseruit Camus. Sequens ἐκ κεχωρισμένων *ex separatis* recte vertit Thomas, male vulgo continue scriptum. ἐκκεχεσμένων Canis. ἐκκεχωρισμένων A. κεχεσμένων R.

τὰ δ' ἔτι ὄντων ἐν] Verba ἔτι ὄντων ex Med. et Rhen. inseruit Camus, omisit versio Thomae.

3. αἵ τε ὀνομαζόμεναι πλατεῖαι] Mosq. ἥ τε ὀνομαζομένη πλατεῖα. Sequentem articulum αἱ ante στρογγύλαι ex Med. addidit Camus, Rhen. eum ante τρίται omisit cum verbo καλοῦνται. Camus ex Med. dedit quod recepi. *et tertium akarides* versio Thomae. Legit igitur καὶ τρίτον.

οὐθὲν γίγνεται] Mosq. οὐθέν τι γίνεται. Post προσπέφυκε ex Med. Can. et Rhen. τι inseruit Camus; τι est in Mosq. Deinceps μόνη ex Med. Can. Rhen. versione Thomae et Gazae adsciuit Camus.

ἀκονίεται οἷον] Vulgo intersertum τι iisdem libris auctoribus omisit Camus. κολοκύντης pro σικύου scriptum legit et vertit Thomas, quod recepi.

4. αἱ δὲ γίγνονται] Ita pro αἱ δὲ scripsi. Medic. et versio Thomae ἃ γίνονται. Deinceps ἐπὶ cum Medic. Veneto, Rhen. *in foliis* ex versione Thomae posuit Camus, equidem *ex foliis* in libro Lipsiensi scriptum reperi. Vulgo erat ἐκ. Versio Thomae pro ψυχαὶ habet *sichae*.

σκώληκες αὐξανόμενοι] Copulam καὶ vulgo intersertam omisi cum Rhen. Mosq. et versione Thomae. Sequens ἀκινητίζουσι vertit Thomas *latitant*, sed φωλοῦσι scriptum videtur legisse. χρυσαλλίδες Rhenani scriptura mihi quidem rectior videtur. Hesychius: χρυσαλλὶς, ζῶόν τι, αἱ δὲ τὴν ἀπὸ τῆς κάμπης γινομένην χρυσαλλὶν λέγουσι. *Aurelia* etiam latine dicta a proprio colore aureo specierum quarundam, inprimis brassicam quae depasta fuerat eruca.

προσέχονται] Ita pro περιέχονται Venetus et Rhen. προσέρχονται Med. et vertit Thomas: *accedunt autem poris aranealibus neque os habentes.* Facit igitur cum Rhen: Medic. vnde vulgatum οἱ οὔτε – ἔχουσιν correxi. οὔτε δὲ — ἔχουσιν soloecum ex Vatic. Mosq. dedit Camus.

οὐ πολλοῦ] Negationem ex Med. et Veneto inseruit Camus. Deinceps ἐκπέτεται ex Rhen. dedi pro ἐκπέτονται. Postea *psycas* habet versio Thomae.

5. οὐδενὸς οὔτε] Vitiosum οὐδὲν ex Med. correxi, ex quo οὐθενὸς οὔτε γίνονται posuit Camus. οὐδενὸς habet Rhen.

δὲ τρόπον] Articulum ante τρόπον vulgo repetitum cum Med. Reg. et Mosq. omisit Camus. Sequentia καὶ τὰ ἄλλα omisit versio Thomae, quae postea καὶ ὅσα reddidit. Denique συνδυασμῶν ζώων γίνονται σκώληκες Rhen. vnde vulgatum ordinem mutaui.

καὶ γὰρ οἱ ἐκ] Praepositionem ἐκ ex Med. et versione Thomae inserui. ἀνθρινῶν Mosq. Deinceps τρέφονται μὲν vulgatum ex Med. Rhen. et versione Thomae tacite correxit Camus.

καλοῦνται μὲν] Vulgo additum οὖν cum Med. Reg. Mosq. omisit Camus. Deinceps τότε γὰρ οὐ λαμβάνουσι τροφὴν vertit Thomas. ἔτι ante ἔχουσιν ex Rhen. inserui.

περιειργμένοι] Leon. περιειγμέναι, ex quo Sylb. coniiciebat περιειλιγμέναι. Vulgo est περιειργμέναι, quod ex Mosq. et versione Thomae correxi: *circumquaque inclusi latitant* is vertit. Sequens ἕως pro μέχρις ex Rhen. et Mosq. dedi, Ambr. περιειργασμένοι — ἔχρις habet.

τότε δὲ] Versio Thomae τότε γὰρ reddit. Sequens διακόψαντες vulgato διακόψασαι cum Rhen. et Ambr. substitui.

ᾧ κατελήλειπται] Vulgatum καταλέλειπται Sylb. mutari voluit in κατελέληπτο vel κατείληπτο vel κατείλητο ex versione Gazae *rupto continebatur folliculo.* καταλήλειπται Ambr. Casaubonus Gazam scriptum legisse suspicabatur ᾧ καταλελημμέναι (vel κατειλημμέναι) ἦσαν κυττάρῳ. Ex

vèrsione Thomae posuit Camus: *decidentes quo figuratus fuit locus;* sed in libro Lipsiensi est *quo signatus fuit locus.* Igitur *κατελήλειπται* (a *καταλείφω*) expressit.

6. *πηνία*] Med. Rhen. *ὑπήνια*. Versio Thomae *et ippa et ippenia.* Camus *ypera et ypenia* inde posuit. Suidas: *πηνίον, ζῷον ὅμοιον κώνωπι, Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· κείσεσθον ὥσπερ πηνίῳ βινουμένω· — ὅτι δὲ κώνωπος εἶδός ἐστι, Σπεύσιππος ἐν δωδεκάτῳ τῶν ὁμοίων φησὶν οὕτως.* Falli cum Speusippo Grammaticum, hic Philosophi locus docet. Deinde Hesychius: *ὑπέραι, σκώληκές τινες.* Rectius omnino *ὑπέραι* nomen esse videtur a fune nautico *ὑπέρα*, quo antennae tolluntur. *πηνία* vocantur a textura, et intelliguntur phalaenae geometricae Linnaeo vocatae.

τινῶν καμπῶν] Rhen. cum Thomà *ἄλλων* pro *καμπῶν* habet. Sequens *προβᾶσαι* ex Rhen. pro *προαβᾶσαι* dedi; *progressae* versio Thomae, *innitentes* Gazae.

γιγνομένων] Vulgo *τῶν γινῶν*. Med. *γενομένων*. *procreatorum* Thomas. *γενομένων* Rhen. Deinde idem *λαμβάνουσιν.* *accipit* Thomas.

ἄλλων, γίγνεται πρῶτον] Ita vulgatum *ἄλλων· γίνεται δὲ πρῶτον* ex Rhen. et versione Thomae correxi. Miror, nil varietatis a Camo annotatum esse. Verba *ἔπειτα — νεκύδαλος* omisit Rhen. *βομβυλὶς* Med. *νεκύδαλλος* R. A. Mosqu. *σκύδαλλος* Vat. *bombilus — nekidalus* Thomae versio. Equidem in libro Lips. *bombilis* reperi. *primum toto immutato eruca, deinde quae bombyx appellatur, ex quo necydalus, invalidam dixerim* Gaza. Plinius 11. c. 22: *primum eruca fit, deinde quod vocatur bombylius, ex eo necydalus, ex hoc in sex mensibus bombyx.'* Qui, nisi libri scripti fallunt, ipse nos fallit, cum bombycem nominaret, quem vermem Philosophus; igitur etiam illi falluntur, qui cum Plinio necydalum genus aureliae interpretantur, cum ipsum animal perfectum seu vermem *νεκύδαλον* Philosophus dixerit et cum eo Clemens Alex. 2. p. 200. Vocabulum *βομβύλιος* ad bombycem Indicam transtulit Basilius Hexaemeri 8.

p. 109. σκώληκα τὸν Ἰνδὸν τὸν κερασφόρον inepte appellans. Plinii locum ita correxit postremus Editor Brotier, vt *bombylis* ex Codice Reg. 1. 2. scriberet, deinde *ex ea necydalus: et hoc in sex mensibus. Bombyces telas araneorum* etc. Idem Coam texturam et genus vermis illustrauit dissertatione inserta libro *Mémoires de l' Acad. des Inscript.* Tom. 46. quam legere ipse non potui. Cum Philosophus insectum perfectum σκώληκα μέγαν et a reliquis diuersum dixerit, videtur phalaenae speciem impennem aliquam intellexisse, quam inuestigabunt, qui maiorem totius generis notitiam habent.

ταύτας τὰς μορφὰς] Rhen. ταύτας omisit. Deinceps βομβύλια Ambr. et margo Mosq. Versio Thomae habet: *ex hoc autem animali et reson* (i. e. resolutione) *fit genus indumenti mulierum quoddam* (vel *quaedam*) *resoluunt bomboikya carminantes.*

ὑφῆναι] Ita pro ὑφᾶναι Rhen. et Mosq. Deinceps Παμφύλη Rhen. Idem Πλάτεω. Med. Canis. Πλατέῳ. Reg. Λατούῳ. Vulgo Λατώου. Plinius: *texere inuenit in Co mulier Pamphila, Latoi filia,* 11, 22. Gaza: *Platis filia.* Versio Thomae: *prima autem dicitur fecisse enchos pamphili pati filia.* Camus vero inde posuit: *primo — enbos panfili platei filia.* Πλάτεω etiam Codices inspecti a Vossio ad Melam 3, 7. p. 267. habebant.

7. κάραβοι] Rhen. Venet. Canis. καράβιοι, Med. καράμβιοι. *fiunt carabi eodem modo, prius quidem immobilitatis vermibus, deinde circumrupto operculo egrediuntur carambii* versio Thomae. Hesychius: κάραβος, — καὶ τὰ ἐν τοῖς ξηροῖς ξύλοις σκωλήκια. Hinc patet origo vocabuli Κεράμβηλος, de quo Hesychius: προβατικὸν κώνωπα, καὶ θηρίδιόν τι, ὃ περὶ τὰς συκᾶς δεσμευόμενον ἀποδίδωσι τῇ φωνῇ τοὺς κώνωπας· ἔνιοι τοὺς κανθάρους, ὡς κέρατα ἔχοντας, ὡς ὁ κέραμβος. Hinc ex Nicandro poeta Antoninus Liber. c. 22. de Terambo Thessalo mutato in cerambycem: καὶ ἐγένετο ὑλοφάγος κεράμβυξ· φαίνεται δὲ ἐπὶ τῶν ξύλων,

καὶ ἔστιν ἀγκύλος ἐκ τῶν ὀδόντων, καὶ συνεχῶς τὰ γένεια κινεῖ, μέλας, παραμήκης, πτέρυγας στερεὰς ἔχων, ἐοικὼς τοῖς μεγάλοις κανθάροις· οὗτος ξυλοφάγος βοῦς καλεῖται, παρὰ δὲ Θετταλοῖς κεράμβυξ· τοῦτον οἱ παῖδες παίγνιον ἔχουσι, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνοντες φέρουσιν· ἡ δ' ἰόντα σὺν τοῖς κέρασι λύρᾳ τῇ ἐκ τῆς χελώνης.

τὸν αὐτὸν τρόπον· πρῶτον]. Vulgatum γίνονται· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, πρῶτον ex Rhen. correxi. Initium ex Medic. et versione Gaza correxit etiam Camus, sublato puncto et particula δέ; sed ineptissima verba ὑμήν τις, post πρῶτον μὲν vulgo inserta, reliquit et punctum post τρόπον. Mecum facit versio Thomae supra apposita. In verbo ἀκινητισάντων Mosq. syllabam τι a secunda manu insertam habet.

εἶτα περιῤῥαγέντος] Vulgatum νοεῖται· περιῤῥ. ex Med. versione Thomae et Rhen. correxit Camus, sublato etiam δὲ post περιῤῥ. Reg. pro νοεῖται habet a secunda manu scriptum γίνονται. Denique καράβιοι vltimo loco Reg.

ἐκ δὲ τῶν κραμβῶν] In hoc loco corrigendo audaciam meam excusabunt indices intelligentes, vti spero, posteaquam rationes meas audierint. Vulgabatur ἐκ δὲ τῶν καράβων γίνονται αἱ πρασοκουρίδες, manifesto et absurdo errore, quem arguebat etiam versio Gazae: *blattas in aluariis gigni apertum est, quae et ipsae pennatae sunt.* Reddidit is lectionem σίμβλων, quae est in Medic. Canis. Veneto et Rhen. Sed et ipsa haec falsa est. Ex alueari enim qui possit aliquod animal gigni? Quod cum sensisset Casaubonus, malebat suspicari, Gazam ἐκ τῶν κηρίων vel ἐν τοῖς κηρίοις scriptum vertisse. Satis tamen caute Gaza ἐκ τῶν σίμβλων non *ex aluariis* vertit, sed *in aluariis*, vbi species tineae infra memorata in ceris nascitur, ἐν κηρίῳ καλουμένῳ 5. c. 33. Camus σίμβλων recepit. Vulgata καράβων et versio Thomae *ex karambiis* ducit ad coniecturam Scaligeri κραμβῶν, quam cum Hermolao Barbaro probauit Aldrouandus de Insectis p. 265. qui locum hunc ita

corrigebat: *ἔχουσι δὲ πτερὰ καὶ οἶστροι; οἳ ἐκ τῶν ἐν τοῖς —γίνονται*, quoniam scilicet prasocurides non sint alatae, eae nempe, quas interpretabatur vir doctus. Verum istam rationem non esse veram, docet locus Aeliani H. A. 9, 39. totus fere ex hoc ipso nostro aut simillimo excerptus, vbi est: *τίκτεται δὲ καὶ ἐν τῇ κράμβῃ σκωλήκων γένος, καὶ ὄνομα αὐτῷ ἐκ τῶν ἠθῶν, ἐν οἷς διαιτᾶται: καλεῖται γοῦν κραμβίς.* Antecedunt vero haec: *ἐν δὲ τοῖς πράσοις ἡ καλουμένη πρασοκουρὶς γεννᾶται.* Patet igitur, prasocurides non crambis sed porro innasci et ab eo appellari. Atque ita scripturae *καράβων, σίμβλων* et *κρεμβῶν* vitiosae convincuntur, duntaxat si ad prasocurides referantur. Cum vero scriptura *κραμβῶν* proxime absit a librorum scriptorum optimorum *καράβων* et *καραμβίων*, altera vero *σίμβλων* sit plane absurda, probabilior mihi visa est opinio ea, intercidisse hic mentionem crambidis, quam olim hic scriptam reperisse videtur Aelianus, cum aliquot verbis, quae originem vel habitationem prasocuridis indicarent. *Κραμβὶς* aliunde mihi non innotuit. Nomen videtur peculiare papilionis in crambe habitantis fuisse. Nolim enim suspicari, repetiisse Philosophum, quae supra de papilione ex innascente crambae foliis eruca orto tradiderat. Ibi enim animal perfectum memorat, vulgari nomine *ψυχὴ* addito, quo et Theophrastus c. pl. 5, 8. vsus est. Perfectum autem animal arguunt verba: *habent et ipsae pennas.* Quae num et prasocuridibus conueniant, quod negabat Aldrouandus, nunc videamus. Nomen vsurpauit id Theophrastus h. pl. 7, c. 5. vbi pestes hortensiorum enarrat, et insecta noxia recenset ita: *θηρία δὲ ἐγγίνεται ταῖς μὲν ῥαφανίσι ψύλλαι, τῇ δὲ ῥαφάνῳ κάμπαι καὶ σκώληκες· καὶ ἐν τῇ θριδακίνῃ καὶ ἐν τοῖς πράσοις καὶ ἐν ἄλλοις πλείοσιν αἱ πρασοκουρίδες. Ταύτας μὲν οὖν ὕγρανσις ἀθροισθεῖσα ἀπόλλυσι· καὶ ὅταν κόπρος ἀθρόα που καταλάβῃ, φίλυπνον* (Ald. Basil. *φιλόπονον*, Bodaeus et alii *φιλόκοπρον* corrigunt) *τὸ θηρίον ἐνδύεται καὶ ἐνδὺν κοιμᾶται καὶ ἐν τῷ κόπρῳ· διὸ δὴ*

ῥᾴδιον θηρεύειν, ἄλλως δ' οὐκ ἔστι. Quod remedium breviter ita vertit Plinius 19. c. 10. *Porro vero priuatim animalia* (innascuntur), *quae facillime stercore iniecto capiuntur condentia in id sese:* copiosius enarrant Geoponica 12, 9. vbi animal dicitur φιλόκοπρον καὶ ἀεὶ ἐν κόπρῳ ὄν, quod vereor vt totum sit verum. Locum istum vertit Palladius 1, 35, 13. ad quem in annotatione p. 40. emendationem loci huius proposui. Sed ex his locis nihil plane proficimus ad veram huius loci scripturam aut insecti naturam et formam indagandam. Hesychius etiam in hoc vocabulo nihil nos ea de re docet. Scriptura nominis interdum variatur. Sic versio Thomae *prasucorides* (Camus *prasuocarides* posuit). Med. sine αἱ habet πρασουκηρίδες. Superest vnicus locus Strattidis comici in Athenaei libro 2. p. 69. πρασοκουρίδες, αἳ καταφύλλους ἀνὰ κήπους πεντήκοντα ποδῶν ἴχνεσι βαίνετ' (antea erat βαίνουσ') ἐφαπτόμεναι ποδοῖν (Dalecampius ποῶν) σατυριδίων μακροκέρκων χοροὺς ἑλίσσουσαι παρ' ὠκίμων πέταλα καὶ θριδακινίδων εὐόσμων τε σελίνων: quae vertunt: *prasocurides, quae foliosos per hortos quinquaginta pedum vestigiis incedit, arrodentes olera, satyriscorum caudatorum choros voluentes (ducentes) inter basilici folia et lactuoarum odoratorumque apiorum.* Numerus pedum vix dubitare nos sinit, erucae genus intelligi depascentis folia olerum; quod ad choreas satyriscorum caudatorum attinet, suspicor, similitudinem omnem poetam retulisse forte ad cornu aliquod in postremo corpore erucae extans, quod caudae comparauit poeta. Ita vero sequitur, verba ἔχουσι δὲ πτερὰ καὶ αὗται minime ad prasocurides, sed ad crambides pertinere, quibus ea restitui.

ἐπιθεόντων οἱ οἶστροι] Vulgatum ἐπιθεόντων γίνεται ex M. Canis. versione Gazae et Thomae correxit Camus, ita vti iam olim fieri voluit Scaliger, Editor Basil. et Sylburg. In Codd. V. R. A. Mosq. et γίνεται et οἶστροι deest. Nemo hucusque annotauerat locum Scholiorum ad Apollonii 3.

vers. 206. et 1. vers. 1269. vbi ex Sostrato haec ipsa verba referuntur, sed ibi est ἐπιπλεόντων. Versio Thomae habet: *animalibus paruis impositis istri.*

οὐ τὰ τοιαῦτα] Ita vulgatum καὶ τὰ τοιαῦτα ex Medic. Canis. Rhen. correxit Camus. καὶ οὐ τὰ τ. vertit Thomas.

πτερωτὰ ζῶα ἐξ αὐτῶν] Ita vulgatam distinctionem et scripturam πτερωτὰ ζῶα. καὶ ἐξ αὐτῶν ex Med. Rhen. versione Gazae et Thomae correxit Camus. Paulo antea πυγολαμπίδες cum Edd. Leon. Camot. Camus edidit; contra πυγολαμπάδες Aldina, Basil. Sylb. *pigolampides* versio Thomae. πυρολαμπίδες Mosquensis Codex a prima, πυγολαμπίδες a secunda manu scriptum habet. Rhen. πυγολαμπάδες. Hesychius: πυρολαμπὶς, ζῶον πτηνὸν, ἐν σκότει λάμπον. Photii Lexicon πυριλαμπὶς scriptum habet cum eadem interpretatione. Nouit vero Philosophus duplex genus pygolampadum, alterum animal perfectum et pennis volans, alterum ex laruarum genere, ex quo fit bostrychus animal perfectum. Supra 4, 1. οἷον μύρμηκές εἰσι καὶ πτερωτοὶ καὶ ἄπτεροι, καὶ αἱ καλούμεναι πυγολαμπίδες. vbi versio Thomae *picopides* habet, Camus ex suo libro *pikolpis* posuit. Plinius 11. sect. 34. *Lucent ignium modo noctu laterum et clunium colore lampyrides, nunc pinnarum hiatu refulgentes, nunc vero compressu obumbratae, non ante matura pabula aut post desecta conspicuae.* Idem 18. s. 67. *atque etiam in eodem aruo est signum illius maturitatis* (hordei) *et horum sationi* (panici et milii) *commune lucentes vespere per arua cicindelae. Ita appellant rustici stellantes volatus, Graeci vero λαμπυρίδας, incredibili benignitate naturae.* et sect. 67. *ecce tibi inter herbas tuas spargo peculiares stellas easque vespere et ab opere disiungenti ostendo; ac ne possis praeterire, miraculo sollicito. Videsne, vt fulgur igni similis alarum compressu tegatur secumque lucem habeat et nocte.* Ceterum nomen et naturam βοστρυχων qui interpretaretur, nondum reperi;

nam quae ex Ephesio et Nipho posuit Mouffetus Theatri Insect. p. 110. nolo huc apponere.

8. γαύδη ἔχοντα] Rhen. γαιώδη. Versio Thomae ἔχοντος reddidit. Sequens φυκία Thomae versio *gemma parua*, siue, vt Camus ex suo libro refert, *germina parua* reddidit. Constantini emendationem φυκία ex Lexico posuit Camus, quam eandem tanquam varietatem lectionis laudat Casp. Hoffmann Var. Lection. p. 90. qui vocabulum φυκία de animalculo aliquo, forte conchula, interpretatur.

μέν τινα] Ex Med. Vat. Canis, Rhen. et versione Thomae inseruit μέν Camus. Sequens προσπεφυκότα ex eadem versione et Gazae dedi pro vulgato πεφυκότα. Ille *adnata*, hic *haerentia suae origini* vertit. χρόνον τινὰ μέν habet Mosq. Postea ἀποῤῥαγέντος a secunda manu habet, sed idem φέρεται cum Med. Vat. Rhen. quod vulgato φέρονται substituit Camus. Ceterum culicis pipientis Linn. mutationem et generationem enarrare videtur hic Philosophus, de qua compara Listeri Goedartum p. 336. et Derhami Physicotheolog. p. 950.

σκληραὶ, κἄπειτα] Ita vulgatum σκληραί. Ἔπειτα ex Rhen. et Mosq. correxi. Deinceps ἄνωθεν ἐπικάθηνται legit et vertit Thomas *desuper resident*, postea κινῇ, *moueat*. Denique τότε ἤδη pro τότε δὴ ex Med. Rhen. posui. τότε δὲ *tunc autem volant* legit et vertit Thomas. Rhenani liber praeterea ἕως ἢ ἂν — πέτωνται habet, πέτανται Vat. Reg.

9. καὶ ζώοις] Vulgatum καὶ τοῖς ζώοις correxi ex Rhen. vbi hic est ordo verborum: ἄλλοις ζώοις καὶ σκώληξι τοῖς. Sequens γίγνεται vulgato φαίνεται, γίνεσθαι ex Med. Rhen. et versione Thomae substitui. Deinceps vulgo erat ἢ ὑφ' ἡλίου, sed prius hoc ἢ cum Med. Rhen. et versione Thomae sustuli. Pro γωνιάσεως Sylburg coniiciebat κινήσεως scribendum esse.

Μεγαροῖ τε καὶ] Ita Basil. aliaeque Edd. atque Rhenani Codice. Lesmariana τε omisit. Hoc cum sequenti καὶ omisit Camus secutus versionem Thomae et Gazae. Hic vertit:

quale in agro Megarico in operis solet misceri: ille vero: *velut megari fiunt in laboratis.* Vatic. Mosq. μὲν γὰρ οἵ τε. Reg. idem habuit a prima manu, sed correctum ἐν μεγαρίνῳ. Haeserunt viri docti in ἔργοις, et varias emendationes tentarunt: Scaliger quidem ἐν τοῖς Ἄργοις, Sylburgius μεγαροῖ appellatine interpretabatur in subterraneis domiciliis aut barathris (quasi esset ἐν μεγάροις) et vocabulo ἔργοις volebat κοπρίᾳ substitui. Nollem tale quid cogitasset vterque vir egregius! ἔργα sunt hominumque boumque labores, id est arua. Μεγαροῖ est de Megaris et agro Megarensi finitimo Attico.

γὰρ ταῦτα] Vulgatur γὰρ τὰ τοιαῦτα. Rhen. τὰ ταῦτα habet, aut τοιαῦτα omittit. Video enim priorem tantum syllabam notatam a me fuisse verbi: sed idem καὶ μετοπώρου δὲ habet. Vulgo copula deest.

τὸ ὑγρὸν] Articulum ex Rhen. inserui, qui deinceps μᾶλλον inserit ante εἶναι. Totum comma τότε — ἔλαττον omittunt Reg. et Ambr.

κρότωνες] Rhen. κρότονες habet, haud scio an rectius. Hesychius: κρόττονες, ὁμοίως κρότονοι, κρότωνες. Sed adversatur prouerbium κρότωνος ὑγιέστερος. Deinceps *agrostea* versio Thomae. Originem ricinorum ex gramine illustraui in annotatione ad versionem Vlloae Tom. I. p. 226.

βολβίτοις] Vulgo βολίτοις. Mecum Vat. βοβλίτοις Medic. βηλέτοις Reg. βολήτοις Mosq. suprascripto βηλήτοις. Versio Thomae *in fimo boum et ex asinino.*

10. Οἱ δὲ κάνθαροι] Libri editi et scripti αἱ δὲ κ. habent, praeter Medic. Deinceps φωλεύουσί τε καὶ τὸν χειμῶνα, postea σκωλήκια habet pro σκώληκας cum versione Thomae et Gazae. In verbis ἐν ταύτῃ — χειμῶνα vitium inesse, cum vulgaris experientia tum constructio verborum et varietas docent. Sensit hoc etiam Corn. de Pauw, qui ad Horapoll. p. 284. scribi voluit: φωλεύουσί τε τὸν χειμῶνα τὰ γόνιμα, quae interpretatur ipse *recondunt semina per hiemem.* Sed graece ita nemo loquitur! Quid si vestigia Rhen. secutus

scripserim φωλεύουσί τε καὶ ἐντίκτουσι σκωλήκια, omissis verbis τὸν χειμῶνα?

[f] De κανθάροις noster 1, 5. vbi inter coleoptera numerantur μηλολόνθαι καὶ οἱ κάνθαροι. vbi Gaza solos scarabaeos nominauit. Iterum 4, 7. inter coleoptera nominantur vulgo μηλολόνθη, κάνθαρος et κανθαρίς: sed ibi Codd. κάραβος et κάνθαρος habent, Gaza gallerucam, fullonem et pilularium. Inter coleoptera, quae senectutem exuant, nominatur κάνθαρος infra 8, 17. Haec loca sola comparavit Camus, omisit vero classicum de Partibus 4, 6. vbi de insectis est: τὰ δὲ μὴ ἑλικτὰ αὐτῶν σκληρύνεται μᾶλλον συνιόντα ἐς τὰς τομάς. Δῆλον δὲ τοῦτο γίγνεται θιγγανόντων· οἷον ἐπὶ τῶν λεγομένων κανθάρων· φοβηθέντα γὰρ ἀκινητίζει καὶ τὸ σῶμα γίγνεται σκληρὸν αὐτοῖς. i. e. *quae glomerari nequeunt, contrahunt se in incisuras et indurescunt: quod patet, cum tanguntur, velut ea quae canthari vocantur. Vbi enim metuerint, motu cessant, totoque corpore indurescunt seu rigescunt.* Vbi obiter annotandum, additum λεγομένους nomini cantharorum significare solere Aristoteli varietatem nominis. Alii igitur aliter vocarunt hoc genus insectorum. Aelianus κανθάρους κακόσμους H. A. 1, 38. 4, 18. nominat, item 6, 46. Pilularium designat aperte 10, 15. Obiter comparat cantharos cum Indico insecto 4, 46. Obiter etiam sine significatione formae aut vitae nominat Auctor θαυμασίων c. 130. et Antigonus Caryst. c. 14. Quem cantharum ab Aegyptiis scalpi solitum fuisse in gemmis ait Aelianus 10, 15. eum viri docti hodie fere omnes Scarabaeum sacrum Linnaei interpretantur. Cf. Beckmann ad Auctorem θαυμασίων p. 268. et p. 328. ad Caput 159.

ὀσπρίοις] Ἐρεβίνθου erucam et ὀρόβου φαλάγγιον memorat Aelianus H. A. 9, 39. vbi vide adscripta.

κόπρῳ τῇ] Haec verba ex Codd. suis inseruit Camus, accedunt Rhen. Mosq. versio Thomae et Gazae. *in stercore*

separato ille, *digesti in parteis fimi* hic reddit. Sequens χωρίζειν Gaza *discernere* interpretatur.

λέγουσι τότε] Vulgo τότε post κατεργάσασθαι positum transtuli auctore Rhen. et versione Thomae. Gaza omisit. τότε κατειργάσθαι Med. Canis. Annuum stercus intelligi docent Geoponica 2, 21, 10. et ibi annotata.

11. μὲν γὰρ καὶ] Rhen. cum Thoma καὶ omisit. Eadem versio Thomae οἷον πεφυκότα vulgatum vertit *velut adnata*, Gaza *quasi haerens adhuc fibris*. Igitur προσπεφυκότα scripsi, vti supra sect. 8. quo respicit etiam copula καὶ addita.

ἀποτελεῖται] Rhen. ἀποτελευτᾷ. Versio Thomae *consummatur*: eadem deinceps πνεύματος καὶ ἡλίου reddidit.

ὀρσοδάκναι] Edd. pr. et Reg. ὀρσαδάκναι, Med. Canis. ὀρεοδάκναι, versio Thomae *oreodagnae*. Intelliguntur chrysomelae saltatoriae Linnaei, quas Alticarum nomine et genere complexus est Fabricius, nostrates pulices terrestres vocant; ab ὄρσον et δάκνειν appellatae. Ὄρσον vero pro ὀρμενον germen significare videtur. Hesychius ζωΰφιον ἐν τῇ κράμβῃ γινόμενον interpretatur, ad quem mecum de etymologia sentit Guyetus. Fuit, qui ὀρσοδάκνας genus tinearum, nostris *Krauteulenraupe*, κανθαρίδας vero curculionum genus interpretaretur; quocum equidem dissentio. Ceterum *in foliis caulis* habet versio Thomae; igitur ἐν τοῖς φύλλοις scriptum legit. Pro γίνεται Mosq. γίνονται habet.

ἀπίοις — πεύκαις] Versio Thomae *pirum et abietes*, deinde *canina spina* habet. Cantharis Theophr. h. pl. 8, 10. ἐπιγίνεται ἐν τοῖς πυροῖς. Plinius 18. s. 44. *est et cantharis dictus scarabaeus paruus: frumenta erodunt.* Haud scio an diuersa ab Aristotelea sit ista cantharis. Sed ecce Aelianus H. A. 9, 39. τίκτεται ἐν τοῖς τῶν πυρῶν λῃΐοις καὶ ταῖς αἰγείροις καὶ ταῖς συκαῖς προσέτι τὸ τῶν κανθαρίδων φῦλον, ὥσπερ οὖν Ἀριστοτέλης λέγει. De insecto et locis veterum, etiam hoc nostro, plura dixi ad Nicandri Alexiph. 115. p. 114. vbi κανθαρὶς σιτηβόρος est.

ὁρμῶσι δὲ πρὸς] Vulgo intersertum καὶ post δὲ cum Rhen. et versione Thomae omisi.

12. οἳ γίγνονται] Rhen. οὐ γίνονται habet: deinde ex eodem εἶναι inserui post ἀσηπτοτάτοις. Mosq. εὐσηπτοτάτοις suprascriptum, postea vero ἐγγίνονται habet. ζῶον pro ζῶα vertit Thomas. De ortu κωνωπων consentiunt Geoponica 6, 12. et 13. Cf. Bocharti Hieroz. II. p. 564. Ad ipsum hunc locum illustrandum generationem muscae acidi vini enarrauit Chr. Mentzel in Ephemerid. Naturae Curios. Dec. II. Ann. II. p. 97. Fig. 13.

παλαιᾷ· γίγνεται δὲ] Vulgo intersertum σκώληκες cum versione Thomae omisi. Sequentia τῆς ἐν Μηδίᾳ χιόνος substitui vulgatis τῆς ἐν εὐδίᾳ χ. Medic. habet cum Rhen. et Canis. ἐν δὲ τῇ ἐν Μηδίᾳ χιόνι. In eo, quem inspexerat H. Mercurialis Var. Lect. 3, 14. erat οἱ δὲ ἐν τῇ ἐν Μηδίᾳ χιόνι. *qui autem ex ea quae in Media niue* versio Thomae, cum qua facit Gaza. Etiam in Regio Μηδίᾳ corrector posuit. Vulgatum εὐδίᾳ defendere conatus est Cagnatus Var. Observ. 1, 24. Locum hunc partim exscripsit Antigonus Caryst. c. 90. ad quem Beckmannus noster suspicatur poduram niualem Linn. intelligi p. 139. Causam ruboris in niue aliter explicauit Saussure, aliter Ramond in Tomo V. *des Mémoires de l'Institut national No. 27.* Cf. Senecae Q. N. 5, 6. Aeliani H. A. 2, 2.

οὗ ἡ χαλκῖτις] Male Rhen. οὗ omisit. Sequentia ita vertit Thomas: *post multos dies ex iniectis hic.* Legit igitur μετὰ π. ἡ. ἐκ τῶν ἐμβαλλομένων ἐνταῦθα. Mosq. ἐμβαλόντων habet. *lapis ingestus compluribus diebus crematur* Gazae versio. Aelianus H. A. 2, 2. πυριγόνους vocat vermes. Philo Judaeus de Gigantibus p. 263. et p. 331. Tom. I. πυρίγονα vocat ad Macedoniam transferens. Cf. Mureti Var. Lect. 16, 2. Brodaei Miscell. 3, 3. Casaubonus ad Athenaeum p. 620.

διὰ τοῦ πυρὸς] Ita cum Med. Rhen. pro κατά. Versio

Thomae *secundum paruum aliquid — quae in igne saltant et vadunt.*

13. *καὶ οἱ σκώληκες*] Articulum ex Rhen. et Mosq. inserui. Rhen. deinde habet *τὰ δὲ τῆς χιόνος*. Antigonus c. 90. *εἶναι δὲ καὶ ἐν χιόνι ζῶα σκωληκοειδῆ δασέα, ἐν Κύπρῳ δ', οὗ ἡ χαλκῖτις λίθος καίεται, καὶ γίνεσθαι θηρίον μικρῷ μεῖζον μυιῶν· τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ἐν τοῖς Καρυστίων σιδηρείοις· ἀποθνήσκειν δὲ τὰ μὲν τῆς χιόνος, τὰ δὲ τοῦ πυρὸς χωριζόμενα*, ex h. l. retulit, vbi male adhuc vulgatur: *γ' οὖν χαλκῖτις — καὶ γίνεται θηρίον — μυῶν — Καρυστίων θηρίοις*. Pro *μὴ καίεσθαι* Mosq. *μὴ κάεσθαι*, Rhen. *καὶ καίεσθαι*. Sequens *συστάσεις τινὰς* ex Rhen. et Med. vulgato *τινῶν* substitui. *quasdam consistentias* versio Thomae.

14. *Κιμμέριον*] Ita pro *Κιμμερικὸν* Med. Rhen. Sequens *ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ* pro vulgato *ἐπὶ* posui ex Rhen. *in fluuio* versio Thomae, quae etiam *yppanim* et *cimerium* nominat. Hinc vulgatum *Ὑπάνην*, suadente etiam Sylburgio, correxi. *ῥωγῶν* vulgatum in *ῥογῶν* mutat Rhen. in *ῥαγῶν* Vatic. Canis. Versio Thomae: *maiores ragis*, cum glossa: *ragae sunt quaedam venenata animalia.*

πέτεται] Mosq. *πετᾶται — δειλῆς* (sic). Sequens *βιῶσαν* ex Rhen. substitui vulgato *βιοῦν*. Deinceps *ἡμέρας δύο καὶ καλεῖται* Vatic. Mosq. *δυομένῳ* dedi ex Sylburgii correctione pro *δυομένου*. Plinius 11. c. 36. *Hypanis fluuius in Ponto circa solstitium defert acinorum effigie tenues membranas, quibus erumpit volucris quadrupes supra dictae* (pyralidis) *modo, nec vltra diem viuit; vnde hemerobius vocatur.* Cf. Cicero Tuscul. Q. 1, 8. Aeliani H. A. 5, 43. *μονήμερον* nominat, tanquam ex hoc ipso loco nostro.

ἔκ τε καμπῶν καὶ σκωλήκων] Vulgatum *γινομένων καμπῶν ἐκ τῶν σκωλήκων* ex Med. et Rhen. correxi. Camus ex Canis. *ἐκ τῶν καμπῶν καὶ ἐκ τῶν σκ.* dedit. Reg. *ἐκ τῶν κ. ἢ ἐκ τῶν σκ.* ex correctione habet. *factorum ex campis et ex vermibus ab aranealibus continentur prius* versio Thomae. *κατέχεται* pro *περιέχεται* dedi ex Rhen.

15. (Vulgo Cap. 20.) *σφῆκες οἱ*] Rhen. *σφῆκες καὶ οἱ.* Vatic. *ἰσχνούμονες* habet. Sequens *τειχίον* pro vulgato *τῇ κιόνι* ex Med. Canis. Rhen. versione Thomae, qui *murum*, Gazae, qui *parietinas* vertit, dedit Camus. *τειχίον τι* Ambr. *πρὸς τῇ χιόνι τι* Vatic.

προσκαταλείψαντες] Vulgatum *καταχρίσαντες* ex Med. Rhen. Canis. correxi. *luto linientes pariunt* versio Thomae. *ἐκτίκτουσι* postea Rhen. Denique *οἱ* geminum ante et post *σφῆκες* omisit Rhen.

κολεοπτέρων] Rhen. *κυλεοπτέρων*, voluit *κουλεοπτ. τρώγλας* versio Thomae *luti trogulas i. e. parua habitacula aut apud sepulcra aut muros* interpretatur. Sequens *ἐντίκτουσι* vulgato *ἐκτίκτουσι* substitui ex correctione Sylburgii, quam firmat Thomae versio: *intus pariunt.* Ceterum primus recentiorum hanc ichneumonis (specum ex genere Linnaeano) pugnam cum phalangio vidit et descripsit Belonius Observ. 1, 12. et 2, 22. Eandem rem in nostratibus saepius obseruaui.

16. *σχεδὸν τοῖς πλείστοις*] Thomas *ἐν τοῖς πλ.* vertit. Sequens *σκώληξι* ex Ambr. pro *κώνωψι* dedit Camus. *σκόλωψι* Vatic.

ᾠοτοκοῦσι] Male Ald. Junt. Camot. Med. V. A. Rhen. versio Thomae *ζωοτοκοῦσι.* Deinde *ἀραχνίου* Rhen. Med. *ἐν γόνῳ τίκτεται* versio Thomae reddit *a genitura.* Postea *ab araneali.* Pro *ἐκλέπουσι* Edd. pr. *ἐκλείπουσι*, vt A. *καὶ ἐκλείπουσι γόνῳ τήκεται* V. Reg. In hoc posteriore tamen *ἐκλεπίζουσι* correctum. Pro *τοῖς πλείστοις* Thomas *τῶν πλειόνων* vertit. Denique *ἐπὶ τῆς γενέσεως* alicunde annotauit Camus.

17. *γῆρα*] Rhen. *γήρει.* Deinceps *καὶ* ante *τῶν πτερῶν* omisit Thomas. Postea *οὐ σπωμένων* Vatic. Denique *οἱ μύωπες* pro *αἱ* dedit Camus ex Med. Canis. vti fieri voluit Sylburg. *myopes autem et oculis aquosis factis doco* Thomae versio (sic) habet. *caecitate* perire Plinius refert.

CAPVT XVIII. (vulgo XXI.)

οἱ μὲν — καλλύντρου] Gaza *cerinthi* dedit, *callintri* Thomas, *callinstri* posuit Camus ex Thomae versione. Verba καλλύντρου, οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἄνθους τοῦ omittunt Med. R. A. sed in Reg. restituit corrector, qui καλλίντρου fecit. Contra Rhen. οἱ μὲν — καλλύντρου omisit. φορὰ Thomae est *fertilitas*.

αὐτὰς γόνον] Postremum omittit Rhen. qui deinceps προειρημένην pro simplice dedit.

2. μέλας καὶ ποικιλώτερος] Thomae versio: *alius autem magis niger et magnus varius*, ita vt *niger* vocabulo *magis* suprascriptum sit. Varro R. R. 3, 16, 18. *vt quidam dicunt, tria genera cum sint ducum in apibus, niger, ruber, varius, vt Menecrates scribit, duo, niger et varius: qui ita, melior — interficere nigrum.* Ad quem comparaui loca Geoponicorum 15, 2, 16. et nostri infra 9, 40. Aliam nomenclaturam apum Nicander adhibuerat, ex quo retulit Aeliani H. A. 5, 42. vbi non intelligo verba Νίκανδρος δὲ εὐφορεῖν τοὺς κηφῆνάς φησι. Virgilius Georg. 4, 200. *verum ipsae e foliis natos et suauibus herbis ore legunt.*

τὸ δὲ κάτω] Ita pro καὶ τὸ κάτω Rhen. Deinde idem σημεῖον δὲ λέγεται. Postea κἂν ἐνῇ omissa negatione Med. et versio Thomae.

3. χωρὶς ἓξ ἢ ἑπτὰ] Vulgatum καὶ ἐξῆπται ex Med. Canis. Rhen. versione Thomae et Gazae correxit Camus. In Ambr. est ἐξήφαται. Verum in Reg. addidit corrector. Sequens ἄλλῳ iisdem auctoribus inseruit Camus. Pro ἐναντίως ex versione Thomae (*contrarii*) scripsi ἐναντίοι, et indidem μὲν ante μέλιτται adieci. Huc pertinet locus Columellae 9. c. 11. de situ faui regalis: *Est autem facilis conspectu, quoniam fere in ipso fine cerarum velut papilla vberis apparet eminentior et laxioris fistulae, quam sint reliqua foramina, quibus popularis notae pulli detinentur. Celsus quidem affirmat in extremis fauis transuersas fistulas esse, quae conti-*

neant regios pullos; Hyginus quoque auctoritatem Graecorum sequens negat e vermiculo vt ceteras apes fieri ducem, sed in circuitu fauorum paulo maiora quam sint plebeii seminis inueniri recta foramina, repleta quasi sorde rubri coloris, ex qua protinus alatus rex figuretur. Pars extrema obseruationis pertinet ad Capitis sequentis sect. 6. Cf. etiam dicenda ad Libri 9. Cap. 28. s. 3. vbi cellae ducum crabronum comparantur cum ducibus apium.

μὲν κέντρον, ἀλλ'] Vocem κέντρον ex Med. et Vatic. inseruit Camus; idem insertum vulgo μὲν post ἔνιοι sustulit auctore Med.

CAPVT XIX. (vulgo XXII.)

ἀνθρήνη] Leon. Camot. ἀρθρινῇ. Vat. ἀνθρίνη. Bas. et Reg. ἀνθρινῇ. Med. ἀρθρήνη. Varro R. R. 3, 16, 19. *de reliquis apibus optima est parua varia rotunda. Fur, qui vocatur ab aliis fucus, ater est, lato ventre. Vespa, quae similitudinem habet apis, neque socia est operis, et nocere solet morsu, quam apes a se secernunt.* vbi compara adscripta p. 575. et nostri locum infra 9. c. 40. Vocabulum μακρὰ omittit Reg.

μέλας] Rhen. Med. Can. μέγας. *niger et lati ventris* versio Thomae. Gazae *grandis.* Plinius 11. c. 17. *furibus grandissimis inter illas, sed nigris lataque alue.* Sed is alterum locum infra 9, 40. male distinctum ante oculos habuisse videtur. Sequens καὶ ante πλέκουσι ex Rhen. inserui. Postea σκήνη Rhen.

2. μὴ ἱκανοὶ ὦσιν] Ita vulgatum ἱκανοὶ μὴ ἰνῶσιν ex Rhen. correxi. Idem deinceps οὐχ οὕτω διὰ, omisso δὲ, cui ex versione Thomae μὲν substitui. Postea ἄναρχοι dedi ex Rhen. pro ἄναρχα. Male ἄναρχαι Can. et Reg.

διασπῶσι γάρ] Ex Med. Canis. Vat. Reg. Rhen. versione Thomae Camus γὰρ inseruit. Articulus ante ἔαρ ex Rhen. accessit, qui deinde λόγος pro γόνος habet. Versio Thomae: *distrahunt enim. quandoquidem igitur ver* etc. Infra 9, 27, 26. ἐὰν δ' ἔαρ ὄψιον γένηται ἢ αὐχμὸς, καὶ ὅταν ἐρυσίβη,

ἔλαττον ἐργάζονται αἱ μέλιτται τὸν γόνον. vbi vide adscripta.

3. αὐχμοῦ μὲν ὄντος] Plinius 11. s. 18. *Humido vere melior fetus, sicco mel copiosius.* et sect. 8. *Ceras ex omnium arborum satorumque floribus confingunt. — Falso et oleas excipi arbitror, quippe oliuae prouentu plurima examina gigni certum est.*

ὡς μὲν ἔνιοι] Rhen. et versio Thomae ὡς μὲν οὖν ἔνιοι. Sequens ὅσοι vulgato διὸ ex Med. Canis. Rhen. versione Thomae et Gazae substituit Camus. Postea vulgabatur ἄλλοθεν εἰς τοῦτο· τὸ δὲ μέλι τρέφειν, τὴν μὲν. Vitium ex Med. Canis. Rhen. et versione Thomae correxit Camus. Gaza vertit: *deinde cibi causa mellificant.* Regius δὲ tantum omisit. In vulgata Casaubonus τρέφειν in φέρειν mutatum voluit.

4. κηρῶσιν] Versio Thomae *ceram*, Gazae *ceram ex lacryma arborum fingunt.* Sequens ἐν ταῖς ex Med. Canis. Rhen. addidit Camus. Versio Thomae: *ab aere maxime in astrorum ortibus et cum respexerit iris.* Legit igitur pro κατασκήψῃ vel κατασκέψηται vel aliud verbum a σκέπτομαι deductum. Plinius 11, s. 14. de melle aestiuo: *Ab exortu sideris cuiuscunque, sed nobilium maxime, aut coelestis arcus, si non sequantur imbres, sed ros tepescat solis radiis, medicamenta, non mella gignuntur.* Idem c. 12. sect. 12. *mel venit ex aere et maxime siderum exortu, praecipueque ipso Sirio exsplendescente fit; nec omnino prius Virgiliarum exortu sublucanis temporibus.* Ex quo loco Cagnatus Var. Lect. 2. c. 4. ὁ σίριος pro ἡ ἶρις legi voluit in hoc loco, sed mihi non persuasit, quanquam auctoritate Codicis Vaticani nitatur, et emendationis approbatorem nactus sit H. Mercurialem V. Lect. 2, 24. Sed σίριος κατασκήπτειν nusquam dicitur nec dici post, sed ἶρις κατασκήπτειν dicitur in loca et frutices eosque odoratos reddere apud nostrum Problem. XII, 3. et Theophr. C. Pl. 6, 25. ὅπου κατέχῃ ἂν ἡ ἶρις.

Τὸν μὲν οὖν κηρὸν] Med. et versio Thomae *Τὸ μὲν οὖν κηρίον*. Quae vulgo sequebantur *ποιεῖ, ὥσπερ εἴρηται*, cum Med. Canis. Rhen. et versione Thomae omisit Camus. Postea sequebatur *ἐκ δὲ τῶν ἀνθέων τὸ μέλι ὅτι οὐ ποιεῖ, ἀλλὰ φέρει πλεῖστον μόνον, σημεῖον*. Vitia ex nominatis antea Codd. emendauit Camus. Rhen. liber in eo diuersus, quod *ὅτι* etiam omittit; idem cum Canis. *διαφέρει*, sed solus Canis. *τὸ συμπίπτον* habet. Versio Thomae: *fauum quidem igitur ex floribus, mel autem quod non facit sed portat decidens, signum*. Gazae: *Fauos itaque, vt dictum est, floribus faciunt, mel autem non ipsas facere apes, sed rorem cadentem deferre, argumento est*. Vitiose Editiones quaedam Gazae versionis *candentem* praeferunt, vnde Sylburg suspicabatur, Gazam scriptum legisse et vertisse *δρόσον λευκήν*. Opinionem sequitur falsissimam Aristoteles, a quo discipulus Theophrastus recte desciuit, cuius ad Fragmentum *περὶ μελιττῶν* plura de tribus mellis generibus, quae is statuit, disputaui; quo lectorem remittendum nunc censeo, vt tempori parcatur.

ἐν μιᾷ γὰρ ἢ ἐν δυσὶν] Vatic. *ἔνια γὰρ ἐν δυσὶν*. Deinceps *καὶ τροφῆς δὲ οὐκ ἐνούσης* reddidit versio Thomae. Pro *μελιττουργοὶ* Edd. quaedam *μελιτουργοὶ* dabant, quod ex Junt. Camot. mutauit Sylburg. Plinius 11. s. 12. *et melle vno alterove ad summum die cellas replent*.

5. *Συνίσταται*] V. R. A. *συνίεται δὲ τὸ μέλι*. Deinceps vulgatum *κἂν ὑφαιρεθῇ* ex Med. correxi. *ἐὰν ἀφαιρεθῇ* reddidit versio Thomae *cum auferatur*. Postea *ἐν αὐταῖς ταῖς* Edd. pr. ante Sylburgianam cum Ambr. Plinius 11. s. 13. *est initio mel vt aqua dilutum, et primis diebus feruet, vt musta, seque purgat: vicesimo die crassescit, mox obducitur tenui membrana, quae feruoris ipsius spuma concrescit*. Auctor *θαυμασίων* c. 18. aliam de melle habet obseruationem: *ἅπαν δὲ μέλι πηγνύμενον τὸν ἴσον ὄγκον ἔχειν φασὶν, οὐχ ὥσπερ τὸ ὕδωρ καὶ τὰ ἄλλα ὑγρά*. quam pessime interpretantur omnes Interpretes. Significat enim

scriptor, *mella coagulata* vel frigore coacta vel densata eandem seruare molem, nec augeri, vt aquam et ceteros humores frigore coactos.

τὸ ἀπὸ τοῦ χυμοῦ] Vulgo additum in fine μάλιστα cum Med. Rhen. et versione Thomae omisit Camus. Gaza vertit: *Judicium perfectionis in sapore potissimum est: dulcius enim quod crassius.* Camus contra: *Le mérite du miel se reconnoit aisément au gout.* Mihi sensus adhuc dubius est: nam τὸ ἀπὸ χυμοῦ μέλι quod dicatur, nondum excogitani. Scaliger enim male τὸ ἀ. τ. χ. interpretatur, *quod ad saporem attinet.*

ὅσα ἐν κάλυκι ἄνθεῖ] Vulgatum ὅσα ἔχει ἐν κάλυκι ἄνθη ex Rhen. et Veneto correxi, qui vulgatam in margine appositam habent. In Mediceo ἔχει deesse annotauit Camus. *quaecunque in flore sunt* versio Thomae. *quae florem caliculatum ferunt* Gazae. Plinius 11. s. 13. *ibi optimus semper* (succus mellifluus coeli), *vbi optimorum doliolis florum conditur.* Cf. ad Varronis R. R. 3, 16. p. 579. De varia notione vocabuli κάλυξ dixi in Lexico et Indice Eclogarum Physicarum sub hac voce.

6. Βλίττεται δὲ] Vulgatum αἰλίττεται ex versione Gazae corrigi iussit Sylburg, quod fecit Camus ex Canis. et Rhen. βλίτεται Med. ἐλίττεται Reg. βλίττεαι Ambr. βολίττεται Venetus. *aufertur autem mel examinum* versio Thomae. Deinceps vulgatum φάγῃ ex Med. Canis. Rhen. Veneto et versione Thomae correxi. *quando agrestis ficulneae apparuerit ficus* reddidit Thomas. *vindemiantur initio caprifici* Gaza, secutus Plinium, qui 11. s. 15. *Huic vindemiae Attici signum dedere initium caprifici.*

σχαδόνας δὲ ἀρίστας] Versio Thomae *spadones optimos:* eadem ἐριθάκην *alimentum* reddit, περὶ τοῖς σκέλεσιν *in cruribus,* κύτταρον *habitaculum.* Aldina, Junt. Camot. κύπταρον habent. Gazae versio: *Schadones autem (sobolem dico) optimae fiunt, cum mellificatur.* Infra 9, 40. τότε γὰρ σχαδόνας ἐργάζονται. vbi cum Codd. quibus-

dam σχαδόνες scriptum legit et vertit Gaza: *tunc enim nouellas operantur.* Plinius 11. s. 12. de melle: *et in vterculos congestus apum, ore enim eum vomunt.* Infra 9, 27, 2. est de cerintho: κομίζουσι δὲ τοῦτο τοῖς σκέλεσι, καθάπερ καὶ τὸν κηρόν.

καὶ πρὸς τῷ κηρίῳ ἔχεται] Med. Canis. Rhen. habent sensu contrario: πρὸς δὲ τῷ κηρίῳ οὐ προσέρχεται. Versio Thomae: *apud fauum autem* (*enim* reperi in Lipsiensi libro) *non accedit, vt et sustentetur.* Gazae: *et fauo ita adhaeret, vt retineri videatur.* Scripturam Codicum damnat locus capitis sequentis de fauis vesparum, in quibus omnia plane eadem sunt: ἐναφιᾶσι δὲ γόνον, ὥσπερ αἱ μέλιτται, ὅσον σταλαγμὸν εἰς τὸ πλάγιον τοῦ κυττάρου καὶ προσέχεται τῷ τοίχῳ. — κόπρος δὲ μόνον περὶ τοῖς σκώληξιν, ὥσπερ καὶ ταῖς μελίτταις, καὶ ἔστ' ἂν νύμφαι ὦσιν, ἀκινητίζουσι, καὶ ἀπαλήλιπται ὁ κύτταρος· καταντικρὺ δὲ ἐν τῷ κυττάρῳ τοῦ γόνου ὅσον σταλαγμὸς μέλιτος ἐγγίνεται ἐν τοῖς τῆς ἀνθρήνης κηρίοις. Plinius 11. s. 16. *Gallinarum modo incubant; id quod exclusum est, primum vermiculus videtur candidus, iacens transuersus, adhaerensque ita, vt pars cerae videatur.* vbi ante Harduinum erat *vt pascere videatur.* Vitium apertum cum Petauio correxit Harduinus.

αὐξανομένων δὲ, γίγνονται] Med. post δὲ interserit ὀλίγαι, Rhen. ὀλίγα. Versio Thomae: *augmentato autem, paucae fiunt apes.* Legit igitur αὐξανομένου scriptum. Deinceps τῷ γενομένῳ ἐξ ὀλίγου σκώληξ οὐ γίνεται, πρότερον δὲ Vatic. Etiam in Reg. est ἐξ ὀλίγου, sed deletum a secunda manu. Denique ἡ μέλιττα, ὥς φασιν, vulgato μέλιττα φαίνεται ex Med. Rhen. versione Thomae et Gazae. *sed confestim, vt aiunt, apes* Thomas vertit, qui μέλιτται et ante hoc vocabulum verba ὥς φασι collocata legisse videtur. Plinius post superiora: *Rex statim mellei coloris, vt electo flore ex omni copia factus, neque vermiculus, sed statim penniger.* Hygini opinionem ex h. l. ductam ad Caput antecedens ex Columella apposui.

ἀπαντικοῦ] Gaza vertit: *qua autem parte foetus constitutus sit, mel ibi e regione conficitur.* Deinceps articulum ἡ ante σχάδων inserui ex Rhen. et vulgatum καταληφθῇ correxi. καταλειφθῇ est in Basil. Versio Thomae: *apprehensus fuerit.* Gaza οὐ φύει δὲ ἡ σχάδων — καταληφθῇ scriptum vertit: *Schadones, si foetus oppressus intercipiatur, truncatae sine pennis et cruribus prodeunt.* Camus: *pendant qu'il est enfermé.* Sed καταλιφθῇ est a verbo καταλείφω, cum schado illita vel oblita et obducta membrana clausa fuerit. Firmat hanc scripturam narratio similis de sobole vesparum capitis sequentis, iam supra comparata.

7. λάβῃ πέρας] Rhen. τέλος habet, et sequens μὲν omittit. Postea vulgatum ὡσανεὶ σκωλήκιον ex Mediceo in ἕως ἂν ᾖν mutauit male Camus, cum Canis. rectum ὡς ἂν ᾖ offerret. *donec fuerit* versio Thomae. ἕως ἂν σκωλήκιον Rhen. qui in extremo membro πλὴν εἰ μὴ dat.

ἐξεσθίουσιν αὐταὶ] Versio Thomae *cum quis spadonis — ex ipsis comedunt apes, — auellens — de reliquis ipsas alas gustant.* Deinceps Rhen. καὶ κηφῆνος τὸ πτερὸν ἂν ἀποκινήσας ἀφῇ. Plinius 11. s. 16. post superiora: *Cetera turba cum formam capere coepit, nymphae vocantur, vt fuci, sirenes aut cephenes. Si quis alterutris capita demat, priusquam pennas habeant, pro gratissimo pabulo sunt matribus.* Qui diuersissimam huius loci scripturam secutus esse videtur. Sirenes enim inter domesticas apes nusquam nominauit Philosophus, at alii, vt constat ex Aeliani H. A. 5, 42. ἡγεμόνες καλοῦνταί τινες, καὶ ἄλλαι σειρῆνες καὶ ἐργοφόροι τινὲς καὶ ἕτεραι πλάστιδες. Sed idem sect. 11. *Fucus ademtis alis in alueum reiectus, ipse ceteris adimit.* In Vatic. scriptum extat: τῆς σχάδονος πλὴν πτερὰ ἔχει ἐξ ἐσθίουσιν αὐτὰ αἱ μέλιτται, καὶ κηφῆνες ὕστερον ὕπεβρον ἐὰν ἀποκνίσας. Etiam Reg. καὶ κηφῆνες ὕπεβρον ἐὰν habet. Pro αὐτὰ priore in loco Camus αὐταὶ recte dedit, cum in Med. sit αὗται; altero vero loco Camus pro

αὗται vulgato αὐτὰ dedit cum versione Thomae. Equidem leuiore mutatione αὐταὶ scripsi. Plinius αὐτὸς ἀπεσθίει scriptum legisse videtur.

8. ἔνιαι δὲ καὶ ἑπτὰ ζῶσιν] Vulgatam auctiorem ἔνιαι δὲ τῶν μελιττῶν καὶ ἑπτὰ ἔτη ζῶσιν contraxi ex Rhen. cum quo facit versio Thomae: *quaedam autem et VII viuunt.* Sequens εὖ διαγεγενῆσθαι idem Thomas vertit *videbitur boni generis fuisse.* Quid scriptum in libro suo legerit, difficile est coniicere, si verba vulgata compares. In Vatic. est οὐ δοκεῖ. Plinius 11. s. 22. *Vita eis longissima, ut prospere inimica ac fortuita cedant, septenis annis vniuersa. Aluos nunquam vltra decem annos durasse proditur.* Eadem Virgilius Georg. 4, 206. et Columella 9, 3. tradunt.

δὶς τοῦ μηνὸς] Plinius 11. s. 19. *in Ponto sunt quaedam albae, quae bis in mense mella faciunt. Circa Thermodontem autem fluuium duo genera, aliarum, quae in arboribus mellificant, aliarum, quae sub terra, triplici cerarum ordine, vberrimi prouentus.*

ἐν δὲ Θεμισκύρᾳ] Ita pro αἱ δ' ἐν Θεμ. cum Med. et Rhen. scribendum. Deinceps pro verbis ἐν τῇ γῇ versio Thomae *in Tracia* reddidit, quasi ἐν Θρᾴκῃ scriptum legisset. Mel aliquod Thracium ἐκ τῶν φυτῶν coactum memorat Aelianus H. A. 5, 42. ex eodem auctore, vnde Auctor θαυμασίων, cap. 18. qui οὐχ οὕτω στερεὸν, ἀλλ' ὡσανεὶ ἀμμῶδες esse ait comparatum cum Lydio, quod manna potius esse constat. Idem pro ἐν τῷ τόπῳ cum Med. Can. ἐν Πόντῳ scriptum legit et reddidit: *kissus enim multus in Ponto, et floret hoc tempore.*

καὶ εἰς Ἄμισον — μέλι] Aliter collocata verba ita vertit Thomas: *deducitur autem et mel ysamisum desuper.* Medic. ἀμισσὸν μέλι ἄνωθεν. Nec longe abhinc καὶ ἄλλο habet Reg. *quale etiam fieri in Ponto cognitum est* versio Gazae. Deinceps Ὁμοίως δ' εἰσὶ μέλιτται, αἳ ποιοῦσι scriptum legit et vertit Thomas: *in Ponto. Similiter autem sunt apes, quae faciunt.* Denique extrema ita vertit: *neque*

omnes tales apes faciunt: vt scriptum *οὔτε πᾶσαι τοιαῦται αἱ μέλιτται ποιοῦσιν* legisse videatur. De postremo genere mellis Auctor *θαυμασίων* cap. 16. *Περὶ Καππαδοκίαν ἔν τισι τόποις ἄνευ κηρίου φασὶν ἐργάζεσθαι τὸ μέλι· γίνεσθαι δὲ τὸ πάχος ὅμοιον ἐλαίῳ.* Item Aelianus H. A. 5, 42. Genus hoc esse non mellis sed potius manna ex arborum foliis collectum censebat Beckmann ad Mirabilia Aristot. p. 43. Simile nisi idem videtur mel natum apud Scythas Alizonas, (de quibus Herodotus 4, 17.) de quo Pausanias 1, 32. *συμφυὲς τὸ ἔργον αὐταῖς ἐστιν, ἰδίᾳ δὲ οὔτε κηρὸν οὔτε μέλι ἀπ' αὐτοῦ ποιήσεις.* De melle Trapezuntico ex floribus buxi confecto idem Auctor Mirabilium c. 17. et Aelianus l. c. narrat, de quo dictum fuit ad Xenophontis Anabasin 4, 8, 20. p. 255.

CAPVT XX. (vulgo XXIII.)

ἀνθρῆναι καὶ οἱ σφῆκες] Iunt. Camot. *ἀρθρῖναι* hic et in sequentibus habent. *ἀνθρῖναι.* dedit Camus. Sequentem articulum *οἱ* ex Codd. inseruit tacitus Camus, habet etiam Rhen. Deinceps *ἡγεμόνας* vulgatum ex Med. versione Thomae et Gazae in singularem mutauit Camus hic et paulo post. Statim vero *ἐν τρώγλαις* vulgato *ἐν τρώγλῃ* ex Rhen. et versione Thomae et Gazae, vbi est *in foraminibus,* substitui. *in latibulis* dixit Thomas, qui *κηρία* initio capitis *habitacula* vertit. Plinius 11. c. 21. *Vespae in sublimi e luto nidos faciunt et in his ceras: crabrones in cauernis aut sub terra. Et horum omnium sexangulae cellae.* De veritate additamenti *ὅταν μὴ ἔχωσιν ἡγεμόνα* recte dubitauit Reaumure, laudatus etiam a Camo Comment. p. 339. Repetit tamen infra 9, 29, 3. *ὅταν δὲ πλανηθῶσί τινες τῶν ἀνθρηνῶν ἀπὸ τοῦ σμήνους, συστραφεῖσαι πρός τινα ὕλην ποιοῦσι κηρία, οἷάπερ καὶ ὁρᾶται ἐπιπολήσαντα· πολλάκις, καὶ ἐν τούτῳ ἐργάζονται ἡγεμόνα ἕνα· οὗτος δ' ἐπὰν αὐξηθῇ, ἐξελθὼν ἀπάγει λαβὼν καὶ κατοικίζει μεθ' αὑτοῦ εἰς σμῆνος.*

- καὶ τὰ ποιητῶν] Rhen. κηρία αὐτῶν habet: deinceps οὐκ ἐκ κηρίων ἀλλ' ἐκ. Postea ἀμμώδους ὕλης cum Med. Rhen. et versio Thomae, vbi est *ex corticis et arenosa materia.* Plinii Editio Harduiniana dedit: *Cera autem corticea et araneosa. Foetus ipse inaequalis vt barbaris: alius euolat, alius in nympha est, alius in vermiculo. Et autumno non verno omnia ea. Plenilunio maxime crescunt.* Antea Frobeniana lectio habebat ita: *Cetera autem e cortice et arena.* Editio Parmensis: *Cetera autem cortice araneis.* Vincentius Sp. nat. 20. c. 157. *caetera autem cortice. Araneis foetus et ipse inaequalis est et barbarus.* In Codd. Harduini omnibus etiam *barbarus* scriptum erat. Codex Regius 1. habet *Cera autem cortice araneos.* Reg. 2. *cerae autem cortice araneosae.* Denique Vincentius *in infantia* habet pro *in nympha.* Apparet igitur ex Plinii lectione *arenosa* vulgatam huius loci scripturam non esse mutandam, quod censuit olim M. Cagnatus Observ. var. 2, 7. — Denique ἐναφίασι Junt. Camot. habent.

- κυττάρου] *foraminis* versio Thomae. Deinceps προσέρχονται πρὸς τῷ τοίχῳ Rhen. *et adiungitur parieti* versio Thomae. Postea ἅμα δὲ πᾶσι τοῖς κυττάροις Rhen. et statim ἔστιν pro ἔνεστιν, et abhinc ἀλλ' ἐν ἐνίοις — πέτεσθαι, ἐν ἐνίοις γὰρ νύμφαι scriptum legit et vertit Thomas, cui νύμφαι *vermes* sunt. Verba autem ἐν τοῖς δὲ σκώληκες plane omisit.

2. περὶ τοῖς σκώληξιν] Ita pro ὑπεστι τοῖς σ. Med. Rhen. et versio Thomae, qui *apud vermes* vertit. Sequens καὶ post ὥσπερ ex Rhen. et versione Thomae inserui: *sicut et apibus* hic ait.

ὦσιν, ἀκινητίζουσι] Vulgatum ὦσι καὶ ἀκινητίζωσι ex Med. Rhen. et versione Thomae correxit Camus. Thomas enim reddidit haec: *et quando nimfae fuerint, immobilitantur.* Scilicet is ὅταν νύμφαι ὦσι scriptum legit cum Mediceo: ὅτε Canis. Ante Sylburgium edebatur καὶ ὥστ' ἄν, quod ille in ἔστ' ἄν mutari voluit, receptum a Casau-

bono et recentioribus Editoribus, eamque ipsam scripturam exhibet cum Reg. et Vatic. Rhenani liber, quos sequor.

ἀπαλήλιπται] Canis. ἐπαλήλιπται, Med. Rhen. contra ἀπαλήλειπται dant. *obstruitur foramen* versio Thomae. Deinceps Medic. habet τοῦτον οἷον ὅσον, sed in Rhen. est κυττάρῳ τούτων οὐ ὅσον. Versio Thomae habet: *e regione autem foramen goni quantum stilla.* Legit igitur scriptum καταντικρὺ δὲ ὁ κύτταρος τοῦ γόνου ὅσον σταλαγμός. Gaza vertit: *paululum mellis quantum gutta in cellis crabronum e regione proli paratur.* Quam interpretationem equidem probo. Capite antecedente sect. 7. de sobole apum similiter erat: ὅταν δὲ τέκῃ ἐν τῷ κηρίῳ, μέλι ἐκ τοῦ ἀπαντικρὺ γίγνεται.

αἱ σχάδονες] Articulum ex Rhen. addidi, qui tamen liber deinceps male αἰέρι et λαμβάνει scriptum habet; idem ἐν ante ταῖς πανσελήνοις omisit. Postea ἐκ τοῦ πλαγίου Rhen. Aliam scripturam reddidit Thomas his verbis: *habent autem gonos et vermes, — ex latere.* Legit igitur scriptum ἔχουσι δὲ καὶ etc. De re ipsa noster infra 9, 28, 3. de cellis σφηκῶν et quidem matricum: γίγνονται δὲ οὗτοι ἄνω ἐπὶ τοῦ σφηκίου ἐπιπολῆς μείζους σκώληκες ἐν θυρίσι συνεχέσι τέτταρσιν ἢ μικρῷ πλείοσι, παραπλησίως δὲ ὥσπερ ἐν τοῖς κηρίοις τὰ τῶν ἡγεμόνων. vbi vide adscripta. Sed ibi de loco cellarum in fauis sermo esse videtur, hic de situ seminis et vermium in ipsis cellis. Ceterum σπαδόνες etiam hic, vt alibi, *spadones* audiunt Thomae. In Aristotelis hoc loco constanter σχάδων et σχάδονες editum et scriptum legitur, vt apud Suidam; contra infra 9, 40. vt in Hesychio, Etymologico M. Polluce 7. s. 148. σχαδόνες sunt τὰ τῶν κηφήνων κηρία. Hesychius rectius: τὰ τῶν μελισσῶν κηρία, ἔνθα οἱ σκώληκες. Theocritus 1, 147. pro fauo melle repleto dixit: πλῆρές τοι σχαδόνων (τὸ καλὸν στόμα, Θύρσι, γένοιτο), et ante eum poeta comicus

Eubulus Athenaei 10. p. 640. C. vbi pariter σχαδόνες sine variatione legitur.

CAPVT XXI. (vulgo XXIV.)

βομβυκίων] Med. Canis. Rhen. βομβυκοειδῶν. Versio Thomae *bombizantium*. Gazae *ex bombycum genere*. Consentiunt igitur vterque cum libris scriptis. Deinceps τοιούτῳ τινὶ πηλίνῳ ὀξεῖ ὥσπερ V. Reg. omisso verbo ποιοῦσι, quod deest etiam in Ambros. et copula καὶ, quam omisit etiam Rhen. Postea ὥσπερ ἐν ἄλλοις οἱ ἅλες Med. *luteum acutum sicut in aliis sales linuntur* versio Thomae. *e luto quasi illitos vitri specie affigunt lapidi* Gazae, vnde ait Niphus in libris scriptis ὥσπερ ὕαλον etiam legi.

παχὺ καὶ σκληρὸν] Rhen. καὶ παχὺ καὶ σκληρόν· τοῦτο δὲ μόλις καὶ λογχῃ διαπίπτει. Versio Thomae: *ferro enim vix penetratur*. qui certe διαιρεῖται scriptum legit. Postea ἐνταῦθα ἐντίκτουσι Sylburgiana eamque secutae cum V. Reg. et Rhen. ἐκτίκτουσι habet Basil. ἐνταῦθα δὲ τίκτουσιν ex Med. dedit Camus. Denique γίνονται σκώληκες λευκοὶ Rhen. Versio Thomae: *in ymeniis nigris*, scriptum ἐν ὑμενίοις μέλασι reddidit.

ἐγγίγνεται κηρὸς] Vulgatum γίνεται ex Rhen. correxi, vt deinceps quod erat πολύ τι ὠχρότερος γίνεται ex eodem et Med. et Canis. *multo est rubicundior quam quae apum* versio Thomae. Atque haec tanta varietas lectionis in tam breui capite argumento esse potest, quantum in reliquis sibi scribae permiserint, vbi fides Codicum nos deserit. Sed ex ipsa hac varietate difficile est veram Philosophi scripturam et mentem diuinare. Difficultatem auget versio Plinii vltimo loco ponenda 11. c. 22. s. 25. *Quartum inter haec genus est bombycum in Assyria proueniens, maius quam supra dicta. Nidos luto fingunt salis specie, applicatos lapidi, tanta duritie, vt spiculis perforari vix possint. In iis et ceras largius quam apes faciunt, deinde maiorem vermiculum.* Verum in his error Plinii manifestus

est vulgata lectione *βομβυκίων* decepti, qui bombyces hos eosdem credidit cum iis, quos Philosophus supra c. 19. memorauit, quosque idem Plinius cum Assyriis bombycibus sericum praebentibus comparauerat. Temere igitur verba *in Assyria proueniens* interseruit statim ab initio, quae, si prudenter agere maluisset, deinceps demum collocare debebat, vbi subiungit: *Et alia horum origo:* quae sunt potius de bombyce vel verme sericum gignente. Sed Assyrium bombycem ignorauit Aristoteles; Coum enim nominauit. Libri scripti in Plinio non variant, nisi quod *in his ceras* ex Regio 2. posuit Broterius. Plinii errorem ineptissimis argumentis defendit Harduinus, quanquam verba de bombylio intelligenda esse cum aliis agnouerit. Scilicet noster infra 9. c. 40. post *σφῆκας*, *ἀνθρήνας* et *τενθρηδόνας* tria genera solitaria *κηριοποιὰ* memorat, *σειρῆνας* communi nomine appellans; quorum primum *σειρὴν ὁ μικρὸς, φαιὸς*, alterum *σειρὴν ὁ μείζων ὁ μέλας καὶ ποικίλος*, tertium *ὁ καλούμενος βομβύλιος, μέγιστος τούτων*. De hoc vero, postquam reliqua genera pertractauerat, omissa tamen sirenis maioris et minoris mentione, ita demum cap. 43. pergit: *οἱ δὲ βομβύλιοι τίκτουσιν ὑπὸ πέτρας ἐπ' αὐτῆς τῆς γῆς θυρίσι δυσὶν ἢ μικρῷ πλείοσιν. εὑρίσκεται δὲ καὶ μέλιτος ἀρχὴ φαύλου τινὸς ἐν τούτοις.* De hoc eodem igitur bombylio hic etiam Philosophum intellexisse, certum mihi videtur, quanquam id neget Camus Comment. p. 131. nulla edita ratione. Sed is verba libri noni *ὑπὸ πέτρας* male vertit *sur la terre nue sous une pierre* cum Gaza, qui *sub petris* posuit. Sed ita debebat esse *ὑπὸ πέτραις*. Ex hoc altero loco nostro apparet, *ὑπὸ πέτρας* esse idem quod *πρὸς πέτρας*, ad saxa vel lapides. Nunc ad Plinii interpretationem reuertamur, qui pro *πολύ τι ὠχρότερος* aliud quid scriptum legit, quod *largius* interpretatus est. Equidem *πολυχούστερον* scriptum in eius libro fuisse auspicor. Deinde vbi *salis specie* conuertit, vulgatam scripturam *ὥσπερ οἱ ἅλες* secutus esse videtur.

Gaza vero Sylburgio scriptum ὕαλοι legisse videbatur. Sed cum neutra scriptura verbum καταλείφονται conuenit, quod ipsum Gaza vertit *nidos e luto quasi illitos vitri specie affingunt.* Aliter is totum locum scriptum legisse videtur. Qui enim ποιοῦσι potuit *affingere* reddere, nisi πηγνύουσι scriptum legit? Reliqua ita fere scripta legisse mihi videtur: ὥσπερ ὑάλῳ ἐπαλείφουσι. Sed quid est ὑάλῳ ἐπαλείφειν? quid *nidos illinere vitri specie?* Haec non magis equidem intelligo, quam *nidos fingere salis specie* Plinii, nisi cum Camo vertere velis: *ils recouvrent d'un enduit ayant l'apparence de sel.* Equidem vulgatum καὶ ὥσπερ οἱ ἅλες καταλείφονται, nisi membrum alterum orationis forte deest, vitiosum censens praeeunte Gazae versione correxi, ita vt saltem intelligi posset, ὑάλῳ καταλείφονται. Veritatem emendationis praestare nequeo, cum genus insectorum, de quo disputatur, hodie ignoremus. Licebit tamen suspiciones addere, quibus forte aliquid roboris accedit lectioni ὑάλῳ a me receptae. Hesychius enim glossam hanc habet: ὑάλη, ὕαλος, βόμβυξ, σκώληξ. Idem antea: ὑάλεται, σκωληκιᾷ. quas scripturas viri quidam docti ex εὐλή, εὐλᾶται corruptas esse suspicati sunt, cum quibus quo minus equidem sentiam, impediti vocabulum βόμβυξ tam definiti generis additum iuxta alterum σκώληξ, quod solum si adesset, magis vocabulo εὐλῇ conueniret. Idem denique Hesychius: Βόμβυκες — ἢ εἶδος ζώου πτερωτοῦ κατὰ σφῆκα. vbi vulgatam huius loci scripturam confirmare videtur, adeo vt duobus in locis βομβυλιὸς nominetur nulla scripturae varietate, tertio βομβυξ. Nunc de bombylio videamus. Loca Philosophi omnia supra posui. Supersunt pauca aliorum scriptorum, velut Aristophanis Vesparum versu 107. ὥσπερ μέλιττ' ἢ βομβυλιὸς εἰσέρχεται ὑπὸ τοῖς ὄνυξι κηρὸν ὑποπεπλασμένος. Vnde insectum esse κηριοποιὸν intelligitur. Scholiastes ad eum locum ait esse ζῶον μελίττῃ ὅμοιον, ὃ κηρὸν ποιεῖ. Hesychius eundem locum spectasse videtur, vbi ait: Βομβυλιός — ἢ ζῶον ἠχόν

τινα ποιοῦν, τοῦ γένους τῶν σφηκῶν, ἢ μέλισσα μεγάλη ἢ μυῖα. Idem iam olim βόμβυκα et βομβυλιὸν confusos in libris scriptorum vel a Grammaticis fuisse significat his verbis: Βόμβυξ — καὶ αὐλοῦ εἶδος καὶ ζῶον, ἀφ' οὗ τὰ βομβύκινα ὑφάσματα συντελεῖται· ἔνιοι δὲ βομβύλιον οὕτω λέγουσιν. Isocrates in Encomio Helenae memorat scriptorem, qui laudes βομβυλιῶν scripserat, p. 340. quem locum respiciens Harpocration Grammaticus βομβυλιὸν ita interpretatur, vt Suidas et Tzetzes ad Lycophronem p. 110. vbi ait: βομβυλιός ἐστι ζωΰφιον ὅμοιον μελίττῃ, μέλαν δὲ τῇ χροιᾷ, ἐκ πηλοῦ κηροπλαστοῦν. λέγεται δὲ βομβυλιὸς παρὰ τὸ βομβεῖν. Suidas similiter bis habet εἶδος μελίσσης ἐκ πηλοῦ πλαττούσης τὰ κηρία, plane vt Zenobius Prouerbiorum Centur. 2, 80. Ex his igitur locis apparet, βομβυλιὸν hunc eundem esse cum bombyce vel bombyciis Aristotelis. Videntur autem alii βόμβυκας etiam βέμβικας dixisse, eadem illa aut congenera insecta, quae Aristoteles βομβυλίους, vel, vt alii scribunt, βομβυλιούς. Nicander enim Theriacorum versu 866. iuxta nominat βέμβικος ὀρεστέρου ἠὲ μελίσσης. vbi Scholia interpretantur ζῶον σφηκοειδὲς, μέλαν κατὰ τὴν χρόαν, κέντρῳ χρώμενον. Aristophanes in Auibus versu 1461. et in Vespis versu 1520. βέμβηκας nominat, vbi Brunck ex libris scriptis βέμβικας reposuit. Tzetzes l. c. post verba supra posita addit haec: καὶ βέμβιξ καλεῖται. Ita βέμβικα is plane eundem facit cum βομβυλιῷ. Vterque a sono, bombo, appellatus esse videtur. Scholia ad Aristophanis Nubes versu 159. vbi de insectorum voce disputatur: καὶ γὰρ ἐκ τῶν τεττίγων τοῦτο καὶ τῶν ἐγκελάδων ἰδεῖν, ἃ καὶ οὕτω προσηγορεύθησαν, ἐπεὶ ἐν αὐτοῖς τὸν κέλαδον ἔχουσιν. Οὗτοι γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα ζῶα πάντα διὰ τοῦ στήθους τὴν φωνὴν προΐεται· εἰ γὰρ τούτου λάβοιο, [κἂν] οὔτε φθέγξαιτο τὸ ἐγκέλαδον οὔτε ὁ μουσικὸς καὶ καλὸς τέττιξ ἔτι προΐοι φωνήν· τῆς αὐτῆς γὰρ καὶ ὁ τέττιξ ἐστὶ φύσεως· καὶ τὰ τοιαῦτα ζῶα καλεῖται μὲν παρά τισι βομ-

βύκια, καλεῖται δὲ καὶ ἔντομα, ὅτι κατὰ τὴν ῥάχιν ἐντέτμηται, ὥς ἐστιν ἰδεῖν ἐπὶ τῶν σφηκῶν καὶ κανθάρων καὶ ἐγκελάδων καὶ τῶν τεττίγων μάλιστα· διὸ καὶ φθέγγεσθαι ἀξιοῦσιν αὐτά. vbi temere nuperus Editor ex Reizii coniectura *βομβυλιὰ* scripsit. Haec sunt enim ipsa Aristotelis *βομβυκια*, quo nomine Philosophus videtur comprehendere nunc tria illa genera *σειρῆνος*, quorum tertium et maximum proprio nomine distinxit infra 9. c. 40. *βομβύλιον* vocans, de cuius nido ea ibi tradit, quae hic de generibus aliquibus ex ordine *τῶν βομβυκίων* referuntur. Atque ita locum Philosophi obscurum antea satis illustrasse et ab emendatione vindicasse mihi videor.

καὶ οἱ μυρμηκες] Copulam *καὶ* omisit versio Thomae. Sequebatur vulgo: *σκωλήκια δὲ οὐ προσπέφυκε πρὸς οὐδέν.* quae ex Med. Canis. Rhen. et versione Thomae correxi. *vermiculos; qui non adhaerent ad aliquid,* Thomas vertit. Gaza: *et vermiculum pariunt nulli annexum.* Postea *μικρα* pro *μακρὰ* habet Med. Versio Thomae: *crescentes autem sic ex paruis.* Igitur scriptum legit: *αὐξανόμενα δὲ οὕτω ἐκ μικρῶν.* Vulgatum denique *διαρθροῦνται* Rhen. mutat in *διαρθροῦται.* Plinius XI. s. 36. *plurima insectorum vermiculum gignunt. Nam et formicae similem ouis vere.* Is igitur *σκωλήκια ᾠοειδῆ* h. l. scriptum legisse videtur. Quod ait Philosophus, ex rotundis fieri longiuscula, id pertinet ad ouorum transformationem in laruas oblongas.

σκωλήκια ᾠοειδῆ] Vulgato *σκωληκώδη* ex Med. Canis. Rhen. versione Thomae, vbi est *vermiculos ouales,* et Gazae, *vermiculos ouorum specie,* substituit Camus. Sequentia ita vertit Gaza: *et interimuntur a suis liberis magno numero; saepius enim vndenos pariunt.* Thomas: *frequenter enim fit numero.* Hic igitur scriptum legit: *πολλάκις γὰρ γίνεται τὸν ἀριθμὸν περὶ ἕνδεκα.* Ille vero: *ὑπὸ τῶν τέκνων τοῦ ἀριθμοῦ.* Vulgatum *πολλάκις δὲ γίνεται* ex Rhen. correxi. Plinius XI. s. 30. *similiter his* (araneis) *et scorpiones terrestres vermiculos ouorum specie pariunt, similiterque*

pereunt. Sed in postremo addit aliunde: *Quidam et ab ipsis fetum deuorari arbitrantur. Vnum modo relinqui solertissimum, et qui se ipsius matris clunibus imponendo tutus et a cauda et a morsu loco fiat. Hunc esse reliquorum vltorem, qui postremo genitores superne conficiat. Pariuntur autem vndeni.*

CAPVT XXII. (vulgo XXVII.)

ὀχεύονται μὲν] Tacitus Camus μὲν inseruit, quod etiam ipse ex Rhen. et versione Thomae recepi. Idem deinceps cum Rhen. habet ὅλον — μεταβαλλον — ἀράχνιον. Thomas: *totum autem permutatum fit araneale.* Is igitur praeterea ὅλον δὲ legit aptius, quam vulgatum γάρ.

ἐπεὶ στρογγύλα] Vulgatum ἐπιστρόγγυλα δέ ἐστι ex Med. Rhen. versione Thomae et Gazae correxi. Ille enim: *quoniam rotundi quidem sunt a principio:* hic habet: *nam et rotundi iam inde a primo ortu proueniunt.* Sed Gaza sensum loci male interpretari videtur inserto *iam.* Noster de Generatione 3, 9. τὰ δ᾽ ἔντομα γεννᾷ, τὰ γεννῶντα, σκώληκας· καὶ τὰ γιγνόμενα μὴ δι᾽ ὀχείας ἀλλ᾽ αὐτόματα ἐκ τοιαύτης γίγνεται πρῶτον συστάσεως· δεῖ γὰρ καὶ τὰς κάμπας εἶδος τιθέναι σκώληκος, καὶ τὰ τῶν ἀραχνίων· καίτοι δόξειεν ἂν ᾠοῖς ἐοικέναι διὰ τὴν τοῦ σχήματος περιφέρειαν· καὶ τούτων ἔνια καὶ πολλὰ τῶν ἄλλων· ἀλλὰ οὐ τῷ σχήματι λεκτέον οὐδὲ τῇ μαλακότητι τὸ ᾠὸν καὶ σκληρότητι· καὶ γὰρ σκληρὰ τὰ κυήματα γίγνεται ἐνίων· ἀλλὰ τῷ ὅλον μεταβάλλειν καὶ μὴ ἐκ μορίου τινὸς γίγνεσθαι τὸ ζῷον. Προελθόντα δὲ παντα σκωληκώδη, καὶ τοῦ μεγέθους λαβόντα τέλος, οἷον ᾠὸν γίγνεται· σκληρύνεται γὰρ περὶ αὐτὰ τὸ κέλυφος, καὶ ἀκινητίζουσι κατὰ τοῦτον τὸν καιρόν. Δῆλον δὲ τοῦτο ἐν τοῖς σκώληξι τοῖς τῶν μελιττῶν καὶ σφηκῶν, καὶ ταῖς καμπαῖς. — Πάντα γὰρ μετὰ τὴν τοῦ σκώληκος φυσιν ἀκινητίσαντα καὶ τοῦ κελύφους περιξηρανθέντος, μετὰ ταῦτα τούτου ῥαγέντος ἐξέρχεται καθάπερ ἐξ ᾠοῦ ζῷον ἐπιτελεσθὲν ἐκ τῆς τρίτης γενέσεως, ὧν τὰ πλεῖ-

στα πτερωτὰ τῶν ζώων ἐστί. — Αἵ τε γὰρ κάμπαι λαμβάνουσαι τὸ πρῶτον τροφὴν, μετὰ ταῦτα οὐκέτι λαμβάνουσιν, ἀλλ' ἀκινητίζουσιν αἱ καλούμεναι ὑπό τινων χρυσαλλίδες, καὶ σφηκῶν οἱ σκώληκες καὶ τῶν μελιττῶν μετὰ ταῦτα αἱ καλούμεναι νύμφαι γίνονται, καὶ τοιοῦτον οὐδὲν ἔχουσιν· καὶ γὰρ ἡ τοῦ ᾠοῦ φύσις, ὅταν λάβῃ τέλος, ἀναυξής ἐστι· τὸ δὲ πρῶτον αὐξάνεται καὶ λαμβάνει τροφὴν, ἕως ἂν διορισθῇ καὶ γένηται τέλειον ᾠόν. etc. Vnde apparet ratio, cur insectorum horum genituram σκωλήκια ᾠοειδῆ, vermiculos ouiformes, dixerit; laruam enim demum cum perfecto ouo comparandam censuit. Vermes contra dixit, vbi totum mutatur, nec ex parte eius animal fit, vt ex ouo. Hinc explicatur locus sectionis de formicarum foetura: αὐξανόμενα δὲ ταῦτα ἐκ μικρῶν καὶ στρογγύλων τὸ πρῶτον μακρὰ γίγνεται καὶ διαρθροῦνται.

εἰς ἀράχνιον· ἀλλὰ] Med. Canis. Rhen. Reg. ἐν ἀραχνίῳ. Vat. ἐν ἀράχνιον. Deinceps M. Canis. Rhen. ἐν λεπτῷ καὶ μικρῷ — ἐν παχεῖ. Reg. τὰ μὲν λεπτὸν καὶ μικρὸν, τὰ δὲ παχύ. Vat. τὰ μὲν ἐν λεπτὸν καὶ μικρὸν, τὰ δὲ ἐν παχύ. Ambr. τὰ μὲν λεπτόν. Cum Med. et Rhen. facit versio Thomae.

ἀφίησιν ἀράχνιον] De hoc et de materia telae disputat infra 9, 39. δύνανται δ' ἀφιέναι οἱ ἀράχναι τὸ ἀράχνιον εὐθὺς γεννώμενοι. vbi vide annotata. Sequens θλιβομένοις vulgato φθειρομένοις ex Med. et Rhen. substituit Camus. Versio Thomae: *vermibus conquassatis*. Gazae: *vermiculis in frictu percipitur*. Denique vulgatum ζῶα ποιοῦσιν, quod Thomas vertit *animalia faciunt*, ex Rhen. correxi. *viuificant* Gaza reddit.

2. γύργαθον — ἐφ' ᾧ] Ex Med. Rhen. vulgatum ἐν ᾧ correxi. Versio Thomae: *canistrum complectentes molem, in quo*. Legisse igitur scriptum videtur συμπλεξάμενα.

γλαφυραὶ] Ita cum Camo Rhenani liber, cum Sylburgiana et antiquiores Edd. γλαφύραι habeant. *claras* vertit Thomas. Articulum τὸ ante πλῆθος ex Rhen. addidi, quem

tacitus inseruit etiam Camus. Postea *κύκλῳ* ex Med. Canis. Rhen. inserui. Versio Thomae *in circuitu* habet, *continet in circulo* ex suo libro posuit Camus. Denique *καὶ ἀποκτείνει τὴν τεκοῦσαν καὶ ἐκβάλλονται — ἂν λάβωσι* Rhen. vnde vulgatum *ἐὰν λαμβάνωσι* correxi. Editio Leon. et Camot. *τὸ δὲ φαλάγγιον καὶ ἀποκτείνει τὴν τεκοῦσαν, ἐκβάλλοντα.* Versio Thomae, omisso *δὲ*, habet *et eiiciunt, frequenter enim — si ceperint.* Scriptum igitur legit *πολλάκις γάρ.* Finem concludit idem liber Rhenani et Canisiani ita: *ἐνίοτε δὲ τὸ πλῆθος γίνονται καὶ* etc. Vulgabatur antea *τῇ θηλείᾳ ἐνίοτε· τὸ δὲ πλῆθος.* Mecum facit Plinius, qui totum hunc locum ita in compendium redegit 11. s. 29. *Aranei conueniunt clunibus: pariunt vermiculos ouis similes. Pariunt autem oua ea in telas, sed sparsa, quia saliunt, atque ita emittunt. Phalangia tantum in ipso specu incubant magnum numerum: qui vt emersit, matrem consumit, saepe et patrem: adiuuat enim incubare. Pariunt autem et trecenos, ceterae pauciores, et incubant triduo. Consummantur aranei quater septenis diebus.* Ita enim Brotier ex editione principe, Regio Codice 1. et 2. dedit pro *tricenos.* Sed praeterea ex Codice Chiffletiano scribendum *Pariunt autem omnia in tela.* Sequentia peruertit Plinius interpretando, quod recte animaduertit Dalecampius. Inepte etiam *γυργαθον specum* vertit. Scholia Nicandri ad Theriac. versum 715. haec tradunt: *Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν τῷ περὶ θηρίων καὶ Ἀριστοτέλης φησὶν, ὅτι ἐν γυργάθοις γεννῶσι τὰ φαλάγγια· τίκτει δὲ ὑπὲρ τὰ τριάκοντα· γεννηθέντα δὲ τὰ φαλάγγια ἀναιρεῖ τὴν μητέρα, ἐνίοτε δὲ καὶ τὸν ἄῤῥενα.* Vides numerum *τριάκοντα* pro Aristotelico *τριακόσια* poni, et in Plinio libri scripturam inter *trecenos* et *tricenos* variant. Cetera quae supersunt in aranearum et phalangiorum historia naturali illustranda, ad Commentarios in Nicandri Theriaca differo. Interim Listeri historiam naturalem Aranearum ex Anglico sermone in vernaculum conuersam a Goetzio

cum fructu consulet lector; Walckenarii enim Librum de hoc genere ipse nondum, excepto primo Fasciculo, videram, dum haec commentabar.

CAPVT XXIII. (vulgo XXVIII. et XXIX.)

ὀχεύονται μὲν] Ex Rhen. μὲν inserui. Sequens τὸ μεῖζον vulgato τὸν μείζονα ex Med. Rhen. substituit Camus. *super maius* versio Thomae. Deinceps *masculus — minor* idem Thomas vertens scriptum ὁ ἄῤῥην ἐλάττων expressit. Postea καυλὸν vulgato αὐλὸν substitui ex Med. Canis. Rhen. et vulgatum οἱ δὲ ἄῤῥενες οὐκ ἔχουσιν ex iisdem libris correxi. Praeterea Rhen. habet: πήξασα τῇ κέρκῳ καυλόν. Versio Thomae: *adaptantes prominens quod est apud caudam, quod masculi non habent.* Gazae: *fixo cauliculo, quo mares vacant.* Plinius 11. c. 29. s. 35. *Quorundam extremi longiores pedes foris curuantur, vt locustis. Hae pariunt in terram, demisso spinae caule, oua condensa autumni tempore. Ea durant hieme sub terra. Subsequente anno exitu veris emittunt paruas nigrantes et sine cruribus pennisque reptantes. Itaque vernis aquis intereunt oua, siccoque vere maior prouentus. Mori matres, cum pepererint, certum est, vermiculo statim circa fauces enascente* (*innascente* Vincentius), *qui eas strangulat. Eodem tempore mares obeunt. — Non nascuntur nisi in planis locis et rimosis. — Coitus locustarum, qui et insectorum omnium, quae coeunt, marem portante femina, in eum feminarum vltimo caudas reflexo tardoque digressu. Minores autem in omni hoc genere feminis mares.* Posui verba Plinii ex libris scriptis passim emendata, quae recentiores Edd. multis in locis corruperant. Totum hoc Aristotelis caput de locustis egregie illustrarunt *Scuffonius* in Observ. de coitu et ouis locustarum in Ephemerid. Natur. Curios. Centur. X. p. 485. *Zinanni*, qui Italicarum locustarum historiam et anatomiam persecutus est in Tractatu post Opus de Auium nidis: *Osservazioni sopra le Cavalette* p. 9. *Gleditsch* in libro:

Vermischte Abhandlungen Tom. III. p. 230. seqq. denique *Bowles, Introduction à l'histoire naturelle de l'Espagne*, vnde excerptas ponam obseruationes eas, quae ad caput hoc illustrandum facere videntur. Ita statim caulem vel aculeum longum non habent omnes species, sed eius loco appendices analogas. Marem fere duplo minorem esse et ascendere feminam, testatur Zinanni. Deinde annotat species aculeo destitutas in eodem loco oua deponere omnia in linea perpendiculari, humore spumoso, glutinoso et tenaci inuoluta. Is humor singula oua obuoluit, atque exterius colligat sibi indurescens terram; hinc cylindrus terra obductus existit, vbi interius oua singula membrana propria obducta et distincta iacere vt in fauo videntur. Hoc esse, quod Philosophus ait *γῆν λεπτὴν, ὥσπερ ὑμένα*, et *γεῶδες τὸ περιέχον*, ait Zinanni. Contra species aculeatas oua dispergere pluribus in locis, non *ἀθρόας*. Saltem id in duabus speciebus obseruauit Zinanni. Post tertiam demum vernationem vera corporis species alaeque apparent in plerisque. Si quae vetulae matres et annuae restant, hae ineunte vere proximo pereunt; sed quae ex annuis ouis post hiemem primo vere nascuntur, hae demum exeunte vere pereunt; et quaedam oua per hiemem in terra sepulta durant. Haec Zinanni p. 45.

ἀθρόας] Vulgato *ἀθρόως* substitui ex Rhen. et versione Thomae, vbi est *multas simul*. Sequens *τόπον* Med. Reg. cum Camotiana in *τρόπον* mutant. Post *ὥστε* insertum *ἂν* omisi cum Med. Vatic. Abhinc *ὑπό τινος λεπτοῦ ὥσπερ ὑμένος* scriptum vertit Thomas *a quodam subtili sicut ymene*. Etiam Rhen. *ὑφ'* omisit. Locustae matres oua posita veluti visco quodam inuoluunt, quod facile terrae leuissimae et arenae granula e proximo sibi agglutinat, vt veluti crusta terrena appareat, qua oua inuoluta latent in terra. Hoc idem inuolucrum postea dicit *τὸ γεῶδες τὸ περιέχον*.

ἐν ταύτῃ δὲ ἐκπέττονται] Ita pro *ἐκπέτονται* ex Med. Reg.

et versione Thomae, vbi est *in hac autem maturantur*, scripsit Camus. ἐκ ταύτης Med. Rhen. *qua disiecta emergunt locustae ac euolant* vertit Gaza. Sed vitium vulgati ἐκπέτονται senserunt iam olim Scaliger et Sylburg.

γίγνεται δὲ μαλακά] Camotiana γίγνεται omisit. Thomas vertit: *fiunt autem molles foetus*. Sequens γῆς in γῆν mutat Rhen. Deinceps vulgato ἐκτέκωσιν ex Med. Canis. πεφθῶσιν substitui; ἐκπεφθῶσι dedit Camus ex Reg. Ambr. πεμφῶσιν est in Rhen. Versio Thomae: *cum pepererunt — ex terra ambiente*. Gazae: *Hic concoctione peracta exeunt ex illo terreno amiculo*. Ceterum negat *Zinanni*, vidisse Aristotelem oua locustarum matura; ea enim esse duriuscula, nec tam facile elidi.

ἅμα γὰρ τεκούσαις] Vulgo ἅμα bis erat in extremo membro antecedente et initio huius. Alterum cum Med. Canis. et versione Thomae omisit Camus. Pro τεκούσαις Camotiana et Juntinae τεκνώσει, Med. Rhen. τικτούσαις habet, quod Rhen. vertit *parientibus*. Aldina cum Vatic. τεκῶσι. Rem ipsam firmat experientia, testibus Gleditschio et Zinanno; hic enim vidit non quidem post partum statim, sed postea demum vermes hos occidere seu strangulare locustas, natos et habitantes circa ouaria. Theophrastus ait: ὑπὸ κύνα οἰστρᾷ καὶ ἐγγίνεταί τι σκωλήκιον ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ φθείρεται.

δὲ ἀκρίδες οὔτε ἐν — λυπρᾷ] Vulgatum δὲ αἱ ἀκρίδες ἐν τῇ ὀρεινῇ οὐδ' ἐν τῇ λέπρᾳ correxi ex Rhen. in λυπρᾷ. Consentit Med. Canis. Reg. *locis tenuibus* Gaza vertit, Thomas *vili*. Pro κατεῤῥωγυίᾳ Thomas κατειργασμένῃ scriptum vertit *campestri et elaborata:* et statim ἐν ταῖς ῥωγμαῖς δὲ legit et vertit. Sed scripturam κατειργασμένῃ damnat locus Theophrasti postea apponendus, qui locustis ἐπιτήδειον χώραν ait esse τὴν μαλακὴν καὶ νοτίδα ἔχουσαν καὶ δροσοβόλον. Denique vulgatum ἅμα δὲ ἐν τῷ θέρει ex Med. Rhen. et versione Thomae, vbi est *simul autem aestate*, correxit Camus. ἐν τῷ θανεῖν Vat. περιουσῶν Junt.

Camot. περουσινῶν Aldina. Scaliger monstrosum περιουσινῶν coniecit et vertit *qui superfuere*. Recte Thomas: *ex foetibus anni prioris*.

2. ἀττέλαβοι] Med. vbique ἀττέλεβοι, V. Reg. ἀττέλαφοι habent. Deinceps vulgatum μᾶλλον ἀττέλαβοι πολλοὶ ex Rhen. correxi. *fiunt multi atelabi* versio Thomae. Paulo antea συμβῇ ποτε V. R. A. Sequens αὐτὰ ad ᾠὰ referendum omisit Rhen. Postea vulgatum ἐπεὶ ἄτακτος γε δοκεῖ ex Rhen. mutaui. Pro φθορὰ Thomas φορὰ vertit: *inordinata videtur esse ipsorum copia*. Nunc videamus rem. Attelabos Plinius 29. s. 29. interpretatur ita: *Aduersantur et locustarum minimae sine pennis, quos attelabos vocant*. Locus est Theophrasti in libro de animalibus subito apparentibus de vtroque hoc genere, vnde excerpta ponam, quae ad h. l. pertinent: οἱ δ' ἀττέλεβοι καὶ αἱ ἀκρίδες πανταχοῦ μέν εἰσιν, ὡς εἰπεῖν, πληθεται δὲ ταῦτα τῷ τε τόπους οἰκείους λαμβάνειν καὶ τῷ μὴ διαφθείρεσθαι αὐτῶν τὰ ᾠὰ, ὃ συμβαίνει διὰ τὴν ἀργίαν τῆς χώρας· ἐν γὰρ τῇ γεωργουμένῃ ἀπόλλυνται. Διὸ καὶ ἐκ τῆς ἐρήμου καὶ ἀργούσης καταφέρονται πρὸς τὴν οἰκουμένην καὶ ἐργάσιμον. — Χαλεπαὶ μὲν οὖν αἱ ἀκρίδες, χαλεπώτεροι δὲ οἱ ἀττέλεβοι καὶ τουτων μαλιστα οὓς καλοῦσι βαρούκτους. vbi βρουκους scribendum esse alii iam monuerunt. Quidam βρούχους vocarunt. Hieronymus in Commentario ad Nahum 3. versu 16. *Attelabus*, inquit, *parua locusta est, inter locustam et bruchum, et modicis pennis reptans potius quam volans semperque subsiliens*. Hanc sententiam recentiores multi, inter quos Jonstonus et Swammerdam, secuti foetum imperfectum locustarum attelabum esse censuerunt. Nec quidquam definiit Cami Commentarius p. 112. ne laudato quidem ciuis eius Bocharti Hierozoico, vbi T. II. p. 447. praeclara est de toto hoc genere disputatio. Is recte monuit, Philosophum nostrum cum discipulo, egregio Theophrasto, quibus generatio locustarum tam bene nota fuerit omnis, non potuisse de attelabo tanquam specie di-

verso loqui, si foetus fuisset locustarum. Is etiam, vt erat etymologiarum amantissimus, ita sane laetatus esset magnopere, cum vidisset coniecturam suam de primaria scriptura vocabuli *ἀττέλαφος*, Codicis Vaticani et Regii auctoritate confirmatam. Hoc vero certum est, *ἀττέλαβον* a verbo *ἅττειν*, subsilire, fuisse deriuatum. De scriptura inter *ἀττέλεβος* et *ἀττέλαβος* fluctuante nihil definire licet, cum in ipso Herodoto 4, 172. vulgatum *ἀττελέβους* libri duo scripti praeclari in *ἀττελάβους* mutent. Quod ad genus insecti attinet, non potest dubitari, attelabos esse ex ordine locustarum genus istud, quod Linnaeus gryllos, Fabricius achetas vocauit, antennis filiformibus, capite globoso, thorace latiore, pedum posteriorum trinis phalangibus distinctum, cuius plures species alis carent, velvti gryllus domesticus.

CAPVT XXIV. (vulgo XXX.)

οἱ δὲ μεγάλοι] Med. *οἱ δὲ τελευταῖοι ᾄδοντες, οἳ καὶ ὕστερον γίνονται.* Rhen. *οἱ δὲ τελευταῖοι οἱ ᾄδοντες, οἳ καὶ ὕστερον γίνονται.* Versio Thomae etiam *quae posterius fiunt* habet. Deinceps *ὑπόζωμα ᾄδοντες* Rhen. Postea *οἱ δ' ἀδιαίρετον οἱ οὐκ ᾄδοντες* Med. *ἀδιαίρετοι* Canis. et Rhen. ceterum consentientes cum Med. vnde vulgatum *οἱ δὲ ἀδιαίρετον οὐκ ᾄδουσιν* correxi. Versio Thomae: *indiuisum habent quae non cantant.* Legit igitur scriptum *ἀδιαίρετον δ' ἔχουσιν οἱ οὐκ ᾄδοντες*, quam equidem scripturam reliquis praefero. Plinii interpretatio haec est libri 11. s. 32. *Cicadarum duo genera: minores, quae primae proueniunt et nouissime pereunt: sunt autem mutae. Sequens est volatura, quae canunt, vocantur achetae, et quae minores ex his sunt, tettigoniae: sed illae magis canorae. Mares canunt in vtroque genere, feminae silent.* Ita enim recte editio Romana et Codd. Vulgo legitur falso *volatu rara.* Ita est *volatura* de aue volante apud Columellam 8, 8, 5: et 8, 9, 1. In Romanis Codd. praeterea teste Hermolao est:

item maiores quae canunt. In reliquis Plinii verbis multi etiam errores insunt, nescio ipsius an librariorum culpa admissi.

καλοῦσι δὲ τοὺς] Vulgo intersertum *τινὲς* post *δὲ* cum Med. Rhen. omisi. Deinceps *ἀχίτας* Rhen. Idem cum Medic. *τριγόνια* habet, *trigonia* versio Thomae. Hesychius: *Τιγόνιον ἢ τεττιγόνιον, εἶδός τι τεττίγων Ἀριστοτέλει.* vbi Photii locum apposuit Alberti hunc: *Τιγόνιον, ἐπὶ τοῦ μηκίου τίθεται.* Idem Photius: *Τεττιγόνιον, ὅμοιον τέττιγι. Ἐπίλυκος Κοραλίσκῳ.* Etymologicum M. *Τιτιγόνιον, ζωΰφιον ὅμοιον τέττιγι.* vbi monet Sylburg, eandem scripturam ex Aelio Dionysio habere Eustathium ad Homer. Il. 2, 314. p. 229, 27. Iterum Hesychius: *Ἡτιγόνιον, τέττιγι ὅμοιον, καὶ ὁ κέρκωψ.* Vocabulum *τιτιγόνιον* deriuabant Grammatici a verbo *τιτίζειν*, quod de pullis auium vsurpatum Homerico versui Il. 2, 314. Zenodotus inserebat in locum vulgati *τετριγῶτας*, ad quem locum Scholia Veneta habent: *οἱ νεοττοὶ τιτίζουσιν.* Alii tradebant, Zenodotum *τεττίζοντες* scripsisse in isto loco, velut Eustathius ad Il. 4, 374. Vnde apparet, verba *τιτίζειν* et *τεττίζειν* eundem stridulum sonum cicadarum, etiam similem auium pullorum significasse. Simplex fuit *τίζω*, duplicatum *τετίζω* et *τιτίζω*, vnde *τέττιγι* nomen fuit factum. Et videtur in scriptura Codicum optimorum *τριγόνια* latere *τιτιγόνιον*, ex quo Hesychii *ἠτιγόνιον* vitio fuit natum. Auctor Philomelae *fritinire* ait cicadam. Denique noster supra 4, 7. minus definite: *ἔστι δ' αὐτῶν πλείω εἴδη, καὶ διαφέρουσι μεγέθει καὶ μικρότητι καὶ τῷ τοὺς μὲν καλουμένους ἀχέτας ὑπὸ τὸ διάζωμα διῃρῆσθαι καὶ ἔχειν υμένα φανερὸν, τὰ δὲ τεττιγόνια μὴ ἔχειν.* vbi libri scripti non variant. De voeis instrumento dictum ad 4, 9.

καὶ τούτων οἱ διῃρημένοι] Verba *καὶ τούτων* omittit Ambr. Articulum *οἱ* primus addendum monuit Sylburg, et habet Rhen. Deinceps vulgatum *ἐλαῖαι οὐ γίνονται πολύσκιοι* ex Medic. Veneto, Rhen. et versione Thomae cor-

rexi, vbi est: *non enim fiunt vmbrosae valde.* Postea vulgatum *εὐασκίοις* ex Med. Rhen. et Veneto emendaui. *ἄλεσιν* Juntina et Camotiana.

ἀλλήλοις] Rhen. *ἀλλήλοισι* habet, in Atticis forma non rara, inprimis apud Platonem. Pro *ὕπτιοι* Thomas *ὑπὸ γῆς* scriptum vertit *sub terra.* Plinius: *Coitus supinis. Asperitas in dorso praeacuta, qua excauant foeturas lacum in terra. — non nascuntur in raritate arborum: idcirco non sunt Cyrenis circa oppidum; nec in campis, nec in frigidis aut vmbrosis nemoribus.* vbi Hermolaus bene vidit scribendum esse *idcirco sunt Cyrenis circa oppidum.*

ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα] Scaliger negationem *οὐχ* addi voluit, quoniam reliqua insecta supina non coeant. Arripuit emendationem Aldrouandus de Insectis p. 312. At Philosophus intelligi voluit marem superiorem esse in congressu.

ἔχει δὲ ἡ θήλεια] Rhen. habet *ἔχει δὲ καὶ ἡ θήλεια.* Sed idem rectius deinceps, vbi vulgabatur *ἡ δὲ θήλειά ἐστιν ἐν ᾗ ἐναφίησιν ὁ ἄῤῥην.* Versio Thomae: *femella autem est, in quam.* Post *ἄῤῥην* Reg. *τι* additum habet. Thomas: *Genitale foemina habet rescissum, quo recipit id, quod a mare iniicitur.* Denique *ἐν ἀγροῖς* Aldina cum Regio. *in non laboratis* versio Thomae.

ᾧ ἔχουσιν — ὀξεῖ] Vat. Reg. Rhen. *οἷς ἔχουσιν.* Deinceps *ὀξὺ* Rhen. *ὀξεῖ* omisit Vat. qui *ἀττέλαφοι* dat. *τρυπῶντες ὀξεῖ* omittunt R. A. *τοῖς ἀργοῖς* Ambr. Sequentia ita continuat Rhen. *καθάπερ καὶ οἱ ἀττέλαβοι τίκτουσιν ἐν τοῖς ἀργοῖς.* Vat. *καὶ γὰρ οὗτοι οἱ ἀττέλαφοι τίκτουσιν ἐν, διὸ* etc. Postea vulgatum *Κυρήνῃ* ex Med. Rhen. correxi. Versio Thomae *Cyrenula* habet.

τοῖς τῆς σκίλλης καυλοῖς] Aldina, Junt. Camot. *σκίλλης,* Med. Rhen. *κίκλης.* Versio Thomae simpliciter *et in caulis* habet. Deinceps *κάτω ῥεῖ* V. R. *κάτωῤῥεῖ* Ambr.

ὁ δὲ σκώληξ αὐξηθεὶς] Vulgatum *ὅταν δὲ σκώληξ αὐξηθῇ ἐν τῇ γῇ, τότε γίνεται* ex Rhen. correxi. *τότε* cum

Med. V. R. A. omisit etiam Camus et versio Thomae. Plinius: *Fit primo vermiculus, deinde ex eo quae vocatur tettigometra, cuius cortice rupto circa solstitia euolant, noctu semper, primum diurae et nigrae.*

ῥήγνυται τε — καὶ γίγνονται] Ita vulgatum γίνονται δὲ ex Rhen. correxi, vnde etiam τε addidi. Deinceps πρῶτον ἰδίους Rhen. Pro ἀναπετόμενα idem liber habet ἀναπεπτάμενα. Med. Can. ἀναπεπταμέναι δ' ὅταν. Noster infra 8, 17. οἱ δὲ τέττιγες ὅταν ἐξέλθωσι, καθιζάνουσιν ἐπί τε τὰς ἐλαίας καὶ καλάμους, περιῤῥαγέντος δὲ τοῦ κελύφους ἐξέρχονται ἐγκαταλιπόντες ὑγρότητα μικρὰν, καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἀναπέτονται καὶ ᾄδουσιν. vbi recte Thomas ἐκδυσωσιν legit et vertit pro vulgato ἐξέλθωσι. Plinius: *Gentes vescuntur iis ad orientem, etiam Parthi opibus abvndantes. Ante coitum mares praeferunt, a coitu feminas, ouis earum correptis, quae sunt candida.* vbi Broterius ex Petauii emendatione *conceptis* dedit.

ὅταν σοβήσῃ τις] Ita pro συμβῇ ex Med. Canis. Rhen. dedit Camus. *cum sonuerit quis* vertit Thomas, igitur ψοφήσῃ scriptum legit. Deinceps οἷον ὡς ὕδωρ Rhen. Idem καὶ ante sequens ἐχόντων omisit. Plinius: *Excitatae cum subuolant, humorem reddunt, quod solum argumentum est, rore eas ali. Iisdem solis nullum ad excrementa corporis foramen.* Postremum mendacium de suo adiecit Plinius, quasi ductum ex nostri 4, 7.

ἀπ' ἄκρου] Vulgato ἐπ' ex Med. Canis. V. R. et Rhen. substituit Camus, qui deinceps vulgatum ᾗ τι κάμπτων ex Med. Rhen. correxit. Versio Thomae: *a summitate flectens et extendens:* et mox pro ἐκτείνῃ *extendens.* Pro ἐκτείνων dedi scripturam Rhen. Postea πάλιν omisit Reg. ἐκτείνων μᾶλλον, πάλιν ὑπομένουσι Vatic.

καὶ ἀναβαίνουσιν ἐπὶ] Ita Rhen. pro ἀναβαίνουσι δ' ἐπὶ. Ex eodem distinctione vulgata mutata γὰρ inserui post ἀμυδρῶς, articulum ante φύλλον sustuli et ἀναβαίνοντες mutaui in ἀναβαίνουσι. Versio Thomae: *et ascendunt*

super digitum, quod debiliter vident. Plinius: *Oculi tam hebetes, vt si quis digitum contrahens ac remittens iis appropinquet, transeant velut in folia.* Idem s. 52. *Nigidius nec locustis nec cicadis esse oculos ait.*

Nunc ad rem accedamus. Aculeum seu serram, qua femina perforat truncos virgultorum ouis deponendis, descripsit et pinxit Malpighius Operum Tom. I. p. 129. fig. 73. sqq. Pontedera in Epistola ad Sherardum, vnde plura excerpta dedi ad 4, 9. in Philosopho cauillatur etiam verba τὸ ὄπισθεν ὀξὺ, quoniam aculeus iste in abdomine situs et ad posteriora porrigatur. Quid facturum putas, si cum Plinio dixisset *asperitatem praeacutam in dorso?*

Oua, formam et vitam laruarum cicadae plebeiae, quam cum maiore Aristotelis cicada ipse comparabat et Blumenbach in Compendio Hist. natur. copiose enarrauit Scopoli in Entomol. Carniol. Vindob. 1763. p. 116. De eadem tradidit Mathiolus ad Dioscoridem p. 264. Cicadae Bononiensis generationem descripsit Chr. Mentzel in Ephemer. Natur. Curios. Decad. II. Anni VI. p. 119. fig. 20. seqq. Cicadae nigrae foeturam ab ouo vsque persecutus est Comes de Fraula in *Mémoires de l'Academie de Bruxelles* Tom. III. Oua is vidit plura quasi in folliculo iuncta iacere, qui folliculus aperitur, cum oua maturuerunt. Americae septentrionalis cicadarum generationem et mores accurate descripsit Commerson in *Philosophical Transactions* Vol. LIV. p. 65. vnde disputationem conuersam dedit *Der Naturforscher* Tom. II. pag. 19. seqq. Is testatur, circa initium Maii noctu omnes cicadarum larvas excludi et euolare; ipsas cicadas euulsis alis coctas comedi ab incolis. In Germania fere solas cicadas spumarias nouimus.

Tettigonia plures sine dubio species minores eiusdem generis comprehendunt, quas definire hodie non licet. Plura etiam nomina extant cicadarum in scriptis graecis et latinis, quae nemo facile hodie ex vero interpretabitur. Ad-

dam tamen eorum recensum, vt iis vti possint physiophili ad ordinandum genus speciesque varias distribuendas et appellandas. Male enim hucusque plerisque abusi sunt viri docti, qui notitiam eorum aliquam habuerunt, et fere omnia male scripta posuerunt. Primum ponam Plinii locum, qui diuersam generis totius partitionem habet 11. s. 32. *Quidam duo alia genera faciunt earum, surculariam, quae sit grandior, frumentariam, quam alii auenariam vocant. Apparet enim simul cum frumentis arescentibus.* Plinius ipse videtur alia duo genera ab Aristotelicis diuersa intelligi voluisse; ego vero scriptorem latinum, a quo Plinius transtulit, eadem ipsa genera, quae Philosophus nominibus graecis appellauerat, latinis vocabulis vsum dixisse censeo. Surculariam autem dixit maiorem, quae arboribus, arbustis et surculis insidet, ibique canit; contra frumentariam minorem, serius enatam, quae in segetibus et herbis degere solet.

Aelianus H. A. 12, 6. narrat ipse vidisse publice vendentes fasciculos consertarum cicadarum; quin etiam sale vel alio modo conditas seruari memorat ad coenarum vsum: *εἶδον καὶ τέττιγας εἱραντάς τινας καὶ πιπράσκοντας ἐπὶ δεῖπνον καὶ μάλα γε ἄδειπνον.* (Vulgo est *ἐδείπνει*) — *ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς ταρίχους ἐργάσασθαι τολμῶσι.* Altero loco 10, 44. haec genera vel potius species cicadarum commemorat: primum quidem *ὁ τέφρας*, cinereum a colore vocatum; alterum *μέμβραξ*, cuius vocabuli originem ipse ignorare se profitetur. Cetera nomina: *ὁ λακέτας, ὁ κέρκωψ, ἀχέτας, ἀκανθίας*, genera diuersa an sexus vocabula sint, ipse definire non est ausus. Quem locum Suidas in voce *Τέφρα* cum excerpsisset, addit, *ἠχέτας* et *ἀκανθίας* non generum diuersorum nomina, sed epitheta esse. Quod de *ἀχέταις* verum esse, ipsius Aristotelis testimonio constat. Idem sub *ἀκανθίας* repetit, addens *ἀπὸ τοῦ ἠχεῖν ἐν ἀκάνθαις* vocatum, quod spinetis insidens stridet. Pertinet igitur ad *surcularium* Plinii genus. *Μέμβρακα* significare idem cum

vocabulo *ἠχέτας*, probabile mihi videri, monui ad Aelianum. Nam apud Athenaeum 7. p. 282. est in poetae loco: *ὅταν θέρος ᾖ καὶ ἠχέται βαβράζωσι.* Eodem pertinet *λακέτας* a verbo *λακεῖν*, sonare, strepere. Pro *κέρκωψ* Athenienses etiam *κερκωπη* dixere, teste Alexidis fragmento apud Athenaeum 4. p. 133. Hesychius: *Κερκωπη, μικρὸν τεττίγιον, τὸ καλαμαῖον λεγομενον. — οἱ δὲ τέττιξ θήλεια μη φωνοῦσα.* Idem *κερκώπων* interpretatur *τεττίγων*. Vides igitur, *κέρκωπα* vel *κερκωπην* alios de femina cicada fuisse interpretatos; quae sententia mihi quidem verior videtur. *Κέρκον* enim locustarum feminarum similem aculeum defodiendis ouis inseruientem vocauit Aristoteles. Simul ex Hesychio nanciscimur aliud nomen vel synonymon *καλαμαῖος*, quem alii *κέρκωπα* esse interpretabantur. Pertinere is videtur ad Plinii genus *frumentarium*, in calamis frugum degens. Diuersa videtur Theocriti 10, 18. *μάντις ἁ καλαμαία*, quam interpretes Graeci ad genus *ἀκρίδων*, locustarum, referunt, Schreberus vero ad Mantias Linnaei. Contra Hesychius in *Καλαμὶς* habet haec: *Κερυνῆται δὲ τοὺς μικροὺς τέττιγας καλαμίνδας καλοῦσι.* vbi probabilis est interpretum suspicio, scribendum esse *καλαμίδας*. Idem ab Eleis cicadas vocari refert *Βαβάκους* a verbo *βαβάζειν*, quod idem interpretatur *βοᾷν*, clamare. In Ponto vero vocabulo eodem ranas appellari testatur idem Hesychius. Comparari hoc nomen potest cum altero *Μέμβραξ*, de quo fuit antea dictum.

CAPVT XXV. (vulgo XXXI.)

οἵ τε φθεῖρες] Rhen. *οἱ φθεῖρες καὶ αἱ ψύλλαι καὶ κόρις.* Versio Thomae *coreas* habet. Cf. dicta ad Cap. I. sect. 5. de accentu vocabuli *κονιδες*. Deinceps *ὅπου δ' ἂν κόπρος* Rhen. cum versione Thomae habet; vnde *ἂν* adsumsi; postea *συνίσταται* Rhen.

οἱ δὲ κόρεις] Ita pro *αἱ δὲ* Med. Rhen. Canis. Genere foemineo Geoponica 13, 14. vsurparunt, sed Attici, vt

Aristophanes, masculo tantum. *ἰκμάδος* Gaza vertit *humore*, Scaliger *vapore*, qui resudationem vaporosam (*λιγνυώδη*) intelligi censuit. Recte. Hinc *ἰκμὰς ὑγρὰ* et *αἱματώδης* nostro vapor humidus et sanguinolentus, *ἰκμάδες περισσαὶ*, vapores excrementitii. Verbum *ἐξικμάζειν* nostro est vapore vel transsudatione excernere, velut H. A. 7, 2. *ἐν ταῖς ὁμιλίαις τῶν ἀφροδισίων αἱ λευκότεραι τὴν φύσιν ἐξικμάζουσι μᾶλλον τῶν μελαινῶν*. Idem de Gener. 1, 9. eadem notione vsurpauit *καταμηνίων ἰκμὰς* et verbum *ἐξικμάζει*. Problem. 22, 9. *διαπέπνευκε καὶ ἐξίκμασε τὸ πλεῖστον τοῦ γλυκέος*. Geoponica 5, 52. *ἐξικμανθεῖσαν τὴν σταφυλὴν*, vbi *exsiccatam vuam* recte vertit Cornarius. Ibi alii libri *ἐξικμασθεῖσαν* habent. Iterum 9, 19. *ὥστε ἐξικμασθῆναι τὸ ἐν αὐταῖς ὑδατῶδες*. Ibidem 9, 31. permutatum fuerat cum *ἐξιπωθῆναι* verbum *ἐξικμασθῆναι*. Infra 8, 4. vulgatum *ἐξικμάζουσιν* correxi et ex Mediceo *ἐκχυμίζουσι* substitui. Sed *περίττωμα ἐξικμασμένον*, exsuccum, dicitur de Partibus animal. 3, 14. vt histor. 8, 5. *ξηρὸν καὶ ἐξικμασμένον*. Plutarchus similiter *ἄνικμος καὶ ξηρὸς ἀὴρ* iuncta habet, et Plato in Timaeo *τροφὴν ἐξικμασμένην* dixit. *τὴν κόπρισιν ἐξικμάζεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου* ex Theophrasto attulit H. Stephani Thesaurus. *διϊκμαζομένης τῆς γῆς* Theophr. c. pl. 3, 5. est solo humescente vapore transpirante. Idem 4, 15. *ὅταν δὲ εἰς θωμοὺς συντεθῇ, συνικμάζεταί τε καὶ ἡ ἀναγομένη ἀτμὶς — παρεισδύεται*. vbi Gaza vertit obscure, *humectari*, *madefieri* male Budaeus cum Stephano. De Lapidibus enim p. 393. iunguntur *καταβρεχθέντες καὶ συνικμασθέντες* i. e. madefacti et humore vaporeque penetrante humidi facti. Plura dicam in noua Lexici Editione. Sequens *ἴονθοι* Thomae *pustulae*. Post *μικροὶ* copulam *καὶ* inserit Rhen. et pro *πύον* habet *ποῖον*.

ἐκ τούτων ἐξέρχονται] Ex Rhen. et versione Thomae *ἐκ τούτων* addidi, vt paulo post *τοῦτο* ante *συμβαίνει* ex Med. Canis. Rhen. et versione Thomae. Deinceps *Ἀκμᾶνα* Rhen.

omisso sequente τε. Sed Med. verba τὸν ποιητὴν omittit. Φερεκίδην Reg. τὸν Ἀσσύριον Med. Canis. Rhen. *Sirum* versio Thomae. Denique γίνονται πλήθη φθειρῶν Rhen. πάθος φθειρῶν reddidit versio Thomae. Nunc ad rem. Antigonus cap. 95. qui h. l. excerpsit, post verba ἐξέρχεσθαι φθεῖρας habet: καὶ ἐάν τις ἐάσῃ, εἰς νόσημα τοῦτο ἐμπίπτει· ὥσπερ Ἀλκμαίωνι τῷ φυσικῷ καὶ Φερεκύδει τῷ Συρίῳ. quae multo minus integra sunt, quam vulgata huius loci scriptura. De varietate nominis vide annotationem Jo. Beckmanni. Plura ex nostri ζωϊκοῖς excerpta posuit Apollonius θαυμασ. c. 27. Plinius 11. s. 39. *Jam in carne exanimi et viuentium quoque hominum capillo: qua foeditate Sylla Dictator et Alcman ex clarissimis Graeciae poetis obiere.*

2. ἀπὸ τοῦ σώματος] Rhen. ἀπὸ τοῦ χρωτὸς habet, quod praefero. Deinceps idem ἐν τῇ κεφαλῇ dedit cum versione Thomae. Vulgo ἐν deerat; et pro ἐγγίνωνται Edd. pr. dabant ἐγγίνονται, quod vitium correxit Sylburg. Sequens ζώων Rhen. omisit, vt articulum οἱ ante ὄρνιθες.

καὶ οἱ καλούμενοι] Vulgatum οἶγε ex Rhen. correxi. Deinceps ἐὰν μὲν Med. *si quidem puluerizentur* versio Thomae. Vulgatum κονιῶνται monente Sylburgio correxi. Κονιᾶσθαι enim est calce illini.

τῶν ἐχόντων καυλὸν] Med. Canis. Reg. et Rhen. scripturam τὸ ἔχον κ. recepit Camus. τὸν ἔχον Ambr. *habentes collum* versio Thomae. Philosophus ita aues πτερωτὰς distinguit ab ὁλοπτέροις, insectis plerisque, quae tamen ipsae etiam pediculorum generi alicui obnoxia sunt. Plinius l. c. *Hoc quidem et aues infestat: phasianas vero interimit, nisi puluerantes sese. Pilos habentium asinum tantum immunem hoc malo credunt et oues. — Aquas quoque quasdam, quibus lauamur, fertiliores eius generis, inuenio apud auctores.* Idem sect. 40. *Est animal eiusdem temporis, infixo semper sanguini capite viuens, atque ita intumescens, vnum animalium, cui cibi non sit exitus: de-*

hiscitque nimia satietate, alimento ipso moriens. Nunquam hoc in iumentis gignitur, in bubus frequens, in canibus aliquando, in quibus omnia. In ouibus et capris hoc solum. — Est et volucre canibus peculiare suum malum, aures maxime lancinans, quae defendi morsu non queunt. De canibus Columella 7, 13. *Fere per aestatem sic muscis aures canum exulcerantur, saepe vt totas amittant.* Versio Thomae κυνοῤῥαῖσταὶ reddidit *muscas caninas*, quae sunt diuersae a Graecorum κυνομυίαις. Homerus Odysseae 17, 300. canem senem Argum ἐνίπλειον κυνοραιστέων dixit. Hesychius de eodem insecto annotauit vocabulum ἀσκότονοι et κορτος, ὁ ἐν τοῖς κυσὶ κρότων. quod dictum pro κρότος, vnde κρότονοι eidem κρότωνες sunt. Ricinus a Plinio pictus est acarus ricinus Linnaei, *latique* Gallis, bobus et canibus infestus. Hic alis caret. Muscae vero caninae, volucre malum canum, pertinent ad Hippoboscas Linnaei, quibus etiam equi et oues obnoxiae sunt. Auium vero pediculi a Linnaeo plerique genere pediculi comprehensi aut acari a doctissimo Gallo Cuvier ad proprium Ricini genus referuntur in libro *Tableau élémentaire d'Histoire naturelle* p. 472.

μᾶλλον — τὰ ὕδατα] Vulgatum μάλιστα correxi ex Rhen. versione Thomae et Gazae. Ille enim *magis quum permutauerint*, hic *proueniunt largius* dixit. Articulum τὰ ex Rhen. addidi.

3. γίγνονται μὲν] Rhen. δὲ habet. Deinceps ὀνίοις Med. τοῖς ταχυποσι Canis. et Rhen. *oniis multipedibus* versio Thomae. Postea παχεῖαν pro πλατεῖαν Rhen. Videtur Philosophus dicere insecta, quae oniscorum genere comprehendit Linnaeus, cuius familiam aliquam in marinis piscibus viuentem nomine *cymothoa* distinxit Fabricius.

περὶ τὰς τρίγλας] Vulgatum τρώγλας, quod Gaza vertit *in foraminibus et cauernis*, quodque vocabulo πανταχοῦ melius respondere videtur, ex Med. V. R. A. Veneto et Rhen. correxi. In Regio tamen a secunda manu vulgata

fuit reposita. *circa trilias* versio Thomae. Quae de triglarum vermibus retulit velut ex Aristotele Athenaeus 7. p. 324. ex h. l. duxisse mihi videtur, vt dixi in Histor. litter. Pisc. p. 112. Compara locum infra 6, 17. et ibi dicenda.

καὶ ἄναιμα καὶ ἔντομα] Vulgatum *τὰ ἔντομα* ex Med. Canis. Reg. Rhen. versione Thomae et Gazae correxit Camus. Praeterea *ἔναιμα* Med. Rhen. Deinceps vulgabatur *τισὶ δὲ τῶν θύννων*. Scripturam Med. Canis. Rhen. reddidit versio Thomae et Gazae.

ἡλίκος ἀράχνης] Vulgatum *ἡλίκον* ex Med. V. Reg. Rhen. correxit Camus. *quanta aranea* versio Thomae. De eodem insecto eadem referuntur infra 8, 20, 8. Videtur oestrus thynnorum ad idem genus Linnaei pertinere cum Phalangio balaenarum. Vide tamen dicenda ad 8, 20, 8. Asilum repertum sub pinnis thynni maris mediterranei descripsit et pinxit Rondeletius (*Histoire des Poissons*) p. 78. in quo doctiores fortasse agnoscent verum genus insecti.

ὃν καλοῦσι φθεῖρα] Versio Thomae *quem vocant fthira id est pediculum*. Deinceps *πιώτατος* Rhen. Narrationem hinc transtulit et inepte ampliauit Aelianus H. A. 9, 7. vbi in annotatione, et in Histor. litter. Pisc. p. 27. dixi mihi videri naucratis genus aliquod intelligi.

CAPVT XXVI. (vulgo XXXII.)

καὶ πρότερον] Haec duo ex Med. Rhen. accesserunt. Ante ea *ζωάρια* habet Med.

σῆτες] Thomae *tyneae*. Plinius 11. c. 35. *idem puluis in lanis et veste tineas creat, praecipue si araneus vna includatur. Sitit enim et omnem humorem absorbens ariditatem ampliat. Hoc et in chartis nascitur.* Similiter nostri discipulus Theophrastus de causis pl. 4, 17. *ὁ δὲ κονιορτώδης σῖτος θᾶττον σήπεται* (*ἢ ὁ ἀκονίορτος* addo ex h. pl. 8, 10.) — *καὶ γὰρ ὁ κονιορτὸς θερμὸς, ἅτε ξηρὸς ὤν.*

χιτῶνι] Med. cum versione Thomae ineptum *χιόνι* habent. Sequens *κηρίῳ* pro *κηρῷ* solus dedit Rhen. Male h.

l. vertit Camus *il se forme aussi des animaux dans la vieill cire comme dans le vieux bois. Celui de la cire paroit être le plus petit des animaux.* Verum duo diuersa insecta simul memorat Philosophus, alterum, quod vetustis alueorum ceris innascitur et alibi *κλῆρος* nominatur; alterum ligno innatum *ἄκαρι* vocatur, vel, vt est in Med. *ἀκαρῆ*. Sic etiam Canis. et Rhen. versio Thomae *achare.* Illud est phalaena cereana Linn. hoc termes fatale Linn. Errorem cum Gaza communem habet Gallus. Hesychius: *σὴς, σκώληξ ὁ ἐν τοῖς μελισσίοις γινόμενος καὶ ὑφάσμασι.* Quae vestibus innascitur, est phalaena sarcitella Linnaei. Alii tineam vestinellam, pellinellam et mellonellam interpretantur.

τοῖς σκορπίοις] Articulus ex Rhen. accessit. Hoc insectum supra *τὸ σκορπιοειδὲς* vocauerat.

ὅσα ἔχει αὐτῶν ζωὴν] Ambr. *ζῶα.* Obscure vertit Gaza: *omnibus prope dixerim vel siccis — vel humidis — creari animal potest.* Rectius Camus: *pourvû qu'il soit susceptible de les nourrir.*

2. *ξυλοφθόρον*] A. *ζωΰφιον — ξυληφθόρον.* Versio Thomae: *xyloforon nullo minus ingens animalium.* Intersertum *τούτων* Med. cum Rhen. et Thoma omittit. Vat. cum Reg. *ἧττον ἀπὸ τουτων,* sed R. a secunda manu *ἀπὸ* deletum habet. Ceterum quod Aldrouandus de Insectis p. 306. coniecerat *μᾶλλον* pro *ἧττον* scribendum esse, id falsum esse ipse lector facile intelliget.

προέρχεται] Ita Rhen. cum versione Thomae pro vulgato *προσέρχεται,* quod ipsum tanquam ex Med. et Can. posuit Camus, vulgatum *προσέχεται* memorans. Error videtur operarum intercessisse. Deinceps Rhen. *τηκίλη — ἄκρον.* Versio Thomae *ἄκρων* expressit. Ceterum laruam phryganeae in aquis habitantem intelligunt *Reaumure Histoire des Insectes Tom. III. Part. I. Mém. 5.* et *De Geer II, t.* p. 370. vers. Goezianae, qui nomen *ξυλοφθόρον* illi tamen non conuenire recte monent. Praeterea habitationis aqua-

ticae Philosophus non meminit. Igitur inter terrestres larua est quaerenda, quales sunt, quae e frustis ligni et corticis pruni, quercus et salicis sibi vaginam parant, mox in tineas mutandae. Huc pertinet inprimis et cum philosophi descriptione plane conuenit larua tineae descriptae et pictae a Frischio nostrate, quam secundo loco Aldrouandus iam olim descripserat, postea etiam Gallus Reaumure, postremus denique Italus Caietanus Montius in Comment. Bonon. Tom. V. Part. I. p. 333. seqq. Nomen ξυλοφόρον ipse etiam praefero vt aptius naturae animalis, quam ξυλοφθόρον, nisi forte hoc ex vulgi errore vel fabula ortum dixeris.

ἀραχνιώδει] Hoc vulgato ἀραχνιῶδες ex M. Can. versione Gazae et Thomae substituit Camus. Thomas χιτῶνι δὲ ἀραχνιώδει τὸ ἄλλο σῶμα legit scriptum.

κάρφη] Thomas *claui lignei* inepte vertit, et προσέχεσθαι βαδίζοντι *tangere ambulantem*. Statim συμφύα Med.

ἄχρειος] Edd. Leon. et Camot. ἀχρεῖος, vt infra libro 6. ἀχρεῖον τὸ ᾠὸν τοῦτο καὶ ἄγονόν ἐστιν. Similis locus 9, 39. ἕως ἄχρειον ἂν ποιήσῃ. De accentu disputant Grammatici ad Il. 2, 269.

ὅ,τι δ' ἐξ] Ita pro ὅ δ' ἐξ cum Med. Rhen. Versio Thomae: *quid autem ex ipsis fit.* Sed male iidem αὐτῶν, et Medic. πτερῶν τῶν ζώων. Plinius 11. c. 35. *Est tinearum genus tunicas suas trahentium quo cochleae modo; sed harum pedes cernuntur: spoliatae exspirant: si adcreuere, faciunt chrysallidem. Ficarios culices caprificus generat.*

3. Οἱ δ' ἐρινεοὶ] Ita vulgatum οἱ δὲ ῥῖνες ex Canis. et Med. correxit Camus, consentiente versione Gazae et Thomae, vbi est: *erinei autem in agrestibus ficulneis.* Ita fieri voluerat etiam Casaubonus; contra Bochartus Hieroz. 4, c. 17. οἱ δ' ἄῤῥενες οἱ — ἐρινοῖς. Codex Rhen. pro ἐρινοῖς habet ἐρινεοῖς. Mihi fructus caprifici ἐρινὰ vbique scribendi videntur, caprifici ipsae ἐρινοί. Quare scripsi ἐν τοῖς ἐρινεοῖς. Prius οἱ δ' ἐρινεοὶ mutare non sum ausus in τὰ δ' ἐρινά, quanquam hanc scripturam veram existimem.

ψῆνας] Ita pro ψῆρας ex Med. Can. Rhen. correxit Camus, quod fieri voluerunt iam dudum viri docti, qui vitium viderant. τὰς καλουμένας Vat. *vocatas indicia* versio Thomae, qui quid scriptum legerit, difficile est indicare.

τοῦτο πρῶτον] Rhen. τοῦτο omisit: ex eodem vulgatum ἐμπεριῤῥαγέντος correxi. Versio Thomae: *fit autem prius vermiculus, deinde circum.* Deinde idem ἐκπέπταται dat: voluit ἐκπέταται.

ἐγκαταλιπὼν ὁ ψὴν] Vulgatum ἐγκαταλεῖπον ὄψιν ex coniecturis Scaligeri, Sylburgii et Casauboni correxit Camus. Debebat tamen ex Med. ἐγκαταλιπὼν recipere. Versio Thomae: *euolat hoc et visus non assequitur.* Postea ἐρινεὰ — διὰ στόματος — ἐρινεὰ — τε τὰ ἐρινεὰ — συκέας Rhen. ἐρινεὰ etiam vbique M. et Canis. Equidem tribus his in locis ἐρινὰ substitui. De vocabuli notione dicetur accuratius ad Theophrasti c. pl. 5. c. 1. διαστομῶν ex R. et A. recepit Camus vertens: *et par l' ouverture qu' il y fait l'empêche de tomber.* Versio Thomae: *in ficuum agrestes et per ora facit.* Eadem verba προσάπτουσι — γεωργοὶ vertit: *adiungunt ad ficum agricolae,* reliquis omissis. Plinius 15. c. 19. *culices parit caprificus: hi fraudati alimento in matre — ad cognatam volant, morsuque ficorum crebro hoc est auidiore pastu aperientes ora earum atque penetrantes intus solem primo secum inducunt cerealesque auras immittunt foribus adapertis.*

CAPVT XXVII. (vulgo XXXIII.)

δὲ οὐ πάντα] Med. Canis. κατὰ pro πάντα habent, et πάντα omissum a Thoma et Gaza annotauit Camus. δὲ καὶ οὐ κατὰ τὴν αὐτὴν habet Rhen. Postea ἐγγόνων Camot. pro ἐκγόνων dedit.

ἐπίκροτον] Rhen. ἐπικροτῶν. Versio Thomae: *et desuper facit cumulum.* Deinceps ἐπωάζει ἄνω Rhen.

ἐμὺς] Ita pro μῦς Reg. et Rhen. ἐμὶς Med. et versio Thomae. De Part. 3, 9. dicitur ἀμμὺς, sed ibi versio

Thomae *emys* verum habet. Hesychius ἐμύδα testudinem caudatam in paludibus et fontibus degentem interpretatur. Plinius 32, 4. *quae in dulci aqua viuunt, has quidam e Graecis emydas appellant.* πιθώδη Thomas vertit *aptam*, quasi ἐπιτήδειον scriptum secutus esset.

ἐντεκοῦσα] Hoc pro ἐκτεκοῦσα ex Med. Canis. dedit Camus. Sequens ἐλάττους ἢ Camotiana et Med. cum Canis. Rhen. et versione Thomae habent, reliqui libri omittunt, quos sequitur Camus.

ἀπάγει τοὺς νεοττοὺς] Ita Rhen. Vulgo ἀπάγει εὐθὺς τοὺς νεοττοὺς ordine mutato. Versio Thomae ἐκλέπει reddit: *aperiuntur cito.*

ὠὰ ὅμοια] Ex Med. Can. Rhen. versione Thomae et Gazae ὠὰ inseruit Camus. Deinceps τοῖς ἡμετέροις Med.

πολυ πλῆθος — εἰς ἑκατὸν] Ita Rhen. Vulgo πλῆθος πολὺ omisso εἰς. *ad centum* versio Thomae.

2. αἱ σαῦραι] Ita Med. Rhen. pro καὶ σαῦροι. Sequens διετίζει vertit Thomas: *non enim per annum viuit lacerta.*

ἑξάμηνος εἶναι βίος ὁ σαύρας] Ita Rhen. Minus integre Med. ἔκμηνος εἶναι βίος σαύρας. Versio Thomae: *sex mensium esse vita lacertae.*

πολλὰ, τὰ πλεῖστα] Haec verba ex Med. Rhen. versione Thomae et Gazae adiecit Camus. Ex Rhen. deinceps καὶ ante βιοῖ inserui.

μέγιστον ζῷον] Ita pro ζώων Edd. omnes praeter Laemar. Post verba καὶ ὁ νεοττὸς Rhen. male δὲ insertum habet. Contra rectius τούτου ex Medic. Canis. et versione Thomae inseruit Camus. In V. et R. est καὶ νεοττοῦ τοῦ κατὰ λόγον.

CAPVT XXVIII. (vulgo XXXIV.)

ᾠοτοκήσας] Male Rhen. ζωοτοκήσας. Deinde vulgatum ἄνωθεν περιγίνεται ex Med. Can. Rhen. correxi. *desuper circa fit* versio Thomae.

δὲ μικρὰ ἐχίδια] Rhen. δὲ καὶ μικρά. Ambr. μακρά. Med. Rhen. ἐχίδνια. *parua viperina* versio Thomae.

τὰ ἔσω] Ita vulgatum *ἔσωθεν* sine articulo ex Rhen. correxi. *interioribus deuoratis* versio Thomae. Idem deinceps *ἐξέρχονται*.

οἱ δ' ἄλλοι ὄφεις] Solus Reg. *αἱ δ' ἄλλαι ὄφεις* habet. Sequens *ὑποδερίδες* vertit Thomas: *mulierum gutturosa.*

ὅταν δὲ τέκῃ] Intellige *ἡ θήλεια*. Deinceps *ἑτέρῳ ἔτει* Medic. *altero anno* versio Thomae.

ADNOTATIONES

AD LIBRI VI. CAPVT I.

Ἔτι δὲ καὶ τῶν τετραπόδων ζώων] Verba *καὶ* et *ζώων* ex Vatic. inseruit Camus. Deinceps vulgatum *δύο μηνῶν* ex Med. correxi et Canis. Postea *Ἀδριαναὶ* Canis. In Reg. erat a prima manu *Ἀνδριανικαί*. Harduinus ad Plinii 10. s. 67. malebat *Ἀδριαναὶ* vel *Ἀδριατικαί*. Noster de Generat. 3, 1. *ὀχευτικὰ δὲ καὶ πολυτόκα καὶ τὰ μικρὰ τῶν ὀρνέων ἐστὶ, καθάπερ ἐνίοτε καὶ τῶν φυτῶν· — διὸ καὶ τῶν ἀλεκτορίδων αἱ Ἀδριανικαὶ πολυτοκώταταί εἰσι. καὶ αἱ ἀγεννεῖς τῶν γενναίων πολυτοκώτεραι· ὑγρότερα γὰρ τὰ σώματα τῶνδε καὶ ὀγκωδέστερα, τῶν δ' ἰσχνότερα καὶ ξηρότερα.* vbi nihil variat versio Thomae. Chrysippus Athenaei 7. p. 285. *οἱ μὲν ἐνταῦθα (ἐν Ἀθήναις) τοὺς Ἀδριατικοὺς ὄρνιθας τρέφειν σπεύδουσιν ἀχρειοτέρους ὄντας, οτι τῶν παρ' ἡμῖν πολὺ ἐλάττους εἰσίν· ἐκεῖνοι δὲ τοὐναντία μεταπέμπονται τοὺς ἐνθάδε.* Plinius 10. s. 74. *Quaedam omni tempore coeunt et pariunt, vt gallinae, praeterquam duobus mensibus hiemis brumalibus. Ex iis iuuencae plura quam veteres, sed minora, in eodem fetu prima ac nouissima. Est autem tanta fecunditas, vt aliquae et sexagena pariant, aliquae quotidie, aliquae bis die, aliquae in tantum, vt effetae moriantur. Adrianis laus maxima. Columbae decies anno pariunt, quaedam et vndecies: in Aegypto vero etiam brumali mense.* Stephanus Byzantinus in *Ἀδρία*. — *καὶ τὰς ἀλεκτορίδας δὶς τίκτειν τῆς ἡμέρας, τῷ δὲ μεγέθει*

πάντων εἶναι μικροτέρας τῶν ὀρνίθων. Vnde colligere possis, quosdam olim in hoc loco scriptum legisse *δὶς ἀν' ἑκάστην ἡμέραν*, inprimis cum sequatur *τίκτουσι δὲ καὶ οἰκογενεῖς ἔνιαι δὶς τῆς ἡμέρας.* Verum ita dixisset Philosophus non *ἀν' ἑκάστην ἡμέραν*, sed *δὶς τῆς ἡμέρας.*

2. *καὶ φάττα*] Versio Thomae *fatga* et *ynas* habet. Vat. *οἴασκαι.* Reg. *οἰνὰς* omisit. Sequens *διτοκοῦσι* male Gaza vertit *bina pariunt.* Postea vulgatum *ἀλλ' οὐχ ὡς περιστεραὶ* ex Med. Canis. correxit Camus, consentiente versione Thomae et Gazae. Reg. *οὐκ* omisit. Vatic. *καὶ δεκάκις μὲν* habet. Denique vulgatum *αἱ μὲν τῷ — αἱ δὲ τῷ πολλὰ* ex Med. correxi. Plinius 10. s. 74. *Hirundines et merulae et palumbi et turtures bis anno pariunt: ceterae aues fere semel.* Supra noster 5, 12. *χελιδὼν δὲ δὶς τίκτει καὶ ὁ κόττυφος — ὅσα δὲ ἥμερα ἢ ἡμεροῦσθαι δύναται, ταῦτα δὲ πλεονάκις, οἷον αἱ περιστεραὶ κατὰ πᾶν τὸ θέρος καὶ τὸ τῶν ἀλεκτορίδων γένος.* vbi sequitur deinceps descriptio generis columbacei: *τῶν δὲ περιστεροειδῶν τυγχάνει πλείω ὄντα τὰ γένη.* quo ipso comprehenditur *πελειὰς καὶ περιστερὰ — τιθασὸν δὲ γίγνεται μᾶλλον ἡ περιστερά.* Scaliger locum nostrum vertit: *Turrilia autem et palumbes et turtur et rupilia non sicut columbae decies, sed bis tantum pariunt.* Annotauit simul in Codice suo scriptum reperisse *ἀριστερὰ δὲ καὶ φάττα.* Ne Philosophus ipse sibi in tam breui loco contradicat, dicendum puto, vbi singulari numero *περιστερὰ* nominatur, siluestrem, contra, vbi plurali, altilem et domesticam *περιστερὰν* intelligi voluisse.

ἔξω κεγχρίδος] De nomine dicetur ad 8, 3. Plinius 10. s. 73. *Pennatorum autem infecunda sunt, quae aduncos habent vngues: cenchris sola ex his supra quaterna edit oua. Tribuit hoc auium generi natura, vt fecundiores essent fugaces earum, quam fortes.* Deinceps *ἐν νεοττείαις οὐδαμῶς, οἷον οἵ τε* Med. Antea erat *οὐκ ἐν ν. οἷον αἵ τε.* Postea vulgato *ἐπηλυγαζόμενα*, quod Casauboniana prima

induxit, antiquarum Edd. scripturam ἐπιλυγ. substituit Camus. ἐπιλαζόμενα ὕλης R. A. ἐν τῇ ἐπηλυγαζομένῃ ὕλῃ Med. Versio Thomae *in arata materia.*

κόρυδος] Junt. Camot. Sylburg. Vatic. habent κόρυδες, Bas. κόριδες, Med. κόρυδος, quod Casauboniana prima restituit, *coridus* versio Thomae. Cf. dicta ad 9, 25.

τέτριξ] Versio Thomae *koridus et tethrix* habet. Semel h. l. auem nominauit Philosophus, quam otidis speciem, *Cannepetière* Gallis appellatam, interpretatus est Belonius Observ. 1, 9.

3. μέροπα] Med. Venetus καλοῦσιν εἴροπα. *quem Biotii vocant iropodem, alias iropem*, versio Thomae: in Lipsiensi libro *yropem* legi scriptum: *et aues quae dicuntur graece Boarcia, ouant in foraminibus terrae* Scoti: *quam Obarcham Graeci vocant* Alberti. Infra 9, 13. μέροψ dicitur parere ὑπὸ τὴν ὀπώραν. Ibi Codices nihil variant. Sed bene factum, quod h. l. duo optimi εἴροπα dederunt. Hesychius: αἔροπες, ὄρνεά τινα. Scholia Aristophanis ad Aues versu 1354. nominant αἔροπας, Suidas vero in verbo ἀντιπελαργεῖν vocat αἐρόποδας aues meropes, vterque Aristotelis auctoritatem praefatus, ex quo fabulam de amore eius in parentes referunt. Similiter Apostolius Adag. Centur. 3, 39. Accedit auctoritas Boei apud Antoninum Liber. c. 18. qui Eumeli Thebani filium mutatum narrat in auem ἠέροπον, quae etiam nunc sub terra pariat, et semper volatum meditetur. Ex qua narratione clarissime apparet, auem, a Graecis reliquis μέροπα appellatam, Boeotis αἔροπα vel αἔροπον, poetice ἠέροπον, audiisse. Igitur non dubitaui in Philosophi hoc loco vulgatum μέροπα mutare in αἔροπα.

κίχλαι] Versio Thomae *manicis*, Cami Index nominum *maninx* posuit. Plinius 10. s. 74. *Turdi in cacuminibus arborum luto nidificantes paene contextim in secessu generant.* De turdi nido *Zinanni* p. 38. ita: *Intorno al suo nido si verifica più al monte che al piano cio che viene scritto, cioè ch' egli lo formi anche più artifiziosamente*

delle rondini componendolo di creta, attaccandolo ai rami dei più alti alberi — conciossiachè questo accade, come dissi, ne' monti, formandolo sopra il Carpine overo Cerro, e fabricandolo di radichette di alberi tessute con terra, mosco o fieno secco. Al piano ciò succede rare volte, ma per lo più lo compone in alberi folti — e lo tesse al di fuori di radichette mischiate con terra e al di dentro con sottili e tenere erbette secche. Scopoli p. 161. narrat, turdum merulam Linnaei nidum ex luto fingere in fruticetis, humi vero ex luto fingere turdum album germanice vocatum, Zorn Petinotheol. Tom. I. p. 317. et 330. Turdum musicum nidum intus ligno putrido comminuto et glutine aliquo admisto obductum struere tradit Naumann Histor. Auium Anhaltinarum Fascic. IV. Vide etiam dicenda ad Libri 9. Cap. 18. sect. 2.

νεοττείαν] Med. hic et pluribus in locis *νεοττίαν* habet. Sequens ὀρμαθὸν *νεοττειῶν* vulgato ὀρμαθὸν, *νεοττείαν* Casauboniana prima substituit ex versione Gazae, firmante Mediceo (vbi *νεοττιῶν* est) et versione Thomae, vbi est *sicut concatenatio nidorum.*

ἔποψ — νεοττείαν] Junt. Camot. *νεοττίαν*. Deinceps *καθ' ἑαυτῶν* Basil. *καθ' ἑαυτοὺς* malebat Sylburg, qui ceterarum Edd. *καθ' ἑαυτὸν* dederat. Ex Ambr. *καθ' ἑαυτὰ* dedit Camus, quod praeferebat etiam Scaliger. *vnus in suo genere* vertit Gaza. *In eo genere auium, quae nido vtuntur, sola vpupa nullum sibi aedificat* Scaliger.

ὁ δὲ *κόκκυξ*] Albertus: *Cycnus autem albus, qui et olor vocatur, nidificat in domibus, quando est domesticus, et in lapidibus iuxta aquas.* Etiam Scoti versio habet *cycnus albescens.* Quae sunt pariter inepta et falsa, quam quae de cuculo vulgata refert scriptura. Quare iam olim Conr. Gesner Hist. Auium p. 350. *κοττυφος* scribi maluit. Cf. dicta infra ad 6, 7. Scripturam tamen vulgatam defendere conatus est Camus in Notitiis, ita vt cum ciue suo Lacepede affirmaret, cuculum, cum nidum alienum non

repererit, in quo pariat, etiam in canis murorum et parietum (*dans des trous de muraille*) deponere oua. Quod neutri credet quisquam affirmanti. Sed ecce versio Thomae *kirhus* habet scriptum, in quo vocabulo haud scio an lateat latina *cirrhis*. Potest etiam *kircus* vel *kirkus* significari.

τέτριξ — οὔραγα] Albertus nominat *Radoryz* et *Cacaliz*. Videtur tetrix haec diuersa esse a superiore, ideoque Philosophus videtur nomen Atticum addidisse, quo melius diuersitatem significaret. Apparet etiam ex nidificatione, quam superior facit *ἐν τῇ γῇ* more alaudae. Contra haec minime *ἐπὶ τῆς γῆς*, velut Thomas vertit *in terra*, sed in humilibus fruticibus. Scaliger primum de calandra coniecerat, sed ipse postea retractauit eam opinionem; monuit etiam quosdam *τέτρακας σπερμολόγους* Epicharmi apud Athenaeum comparasse, item tetracem geminum Alexandri Myndii apud Athenaeum, sed definire aliquid ausus non est. Philosophus distinguit duas tetrices, vt recte vidit et monuit Conr. Gesner p. 624. Male vtramque confudit Camus secutus Buffonum, qui vrogallum (*coq de bruyere*) interpretatur.

ἐπὶ τῆς γῆς] Versio Thomae *in terra* reddit, igitur scriptum legit is *ἐν τῇ γῇ*. Deinceps vulgatum *ἐν τοῖς δένδρεσιν ἀλλ' ἐν τοῖς* ex Med. correxi. Camus ex Regio *ἐπὶ τοῖς δένδροις ἀλλ' ἐπὶ* dedit. *Χαμαιζήλοις* Thomas *demissis* vertit.

CAPVT II.

δίχροα] Plinius 10. s. 74. *Intus autem omne ouum volucrum bicolor. Aquaticis lutei plus quam albi, idque ipsum magis luridum quam ceteris. — Auium oua ex calore fragilia. — Exeunt a rotundissima sui parte, dum pariuntur, molli putamine, sed protinus durescente, quibuscunque emergunt portionibus.*

ξηροβιωτικῶν] Reg. *ξηραβιωτικῶν*. Vat. *τὰ τῶν ἐγξηρὰ βιωτικῶν πολλὰ, πλεῖον γάρ*. Med. Canis. *ξηροβατικῶν*. Versio Thomae: *differunt ad ea morantium in sicco. mul-*

tiplex quidem habet quod aquatilium secundum rationem rubeum. Scoti: *diuisantur ab ouis manentium in sicco, quoniam citrinum est in istis magis quantum duplum ad citrinum auium quae sunt prope ripas.* Alberti: *In quantitate autem vitellorum est diuersitas in ouis auium, quoniam citrinum in ouis auium aquaticarum, sicut in ouis anatum et anserum et huiusmodi fere duplum est ad citrinum quod est in ouis auium terrestrium non in aqua sed in ripa habitantium, ita quod comparatio fiat inter oua eiusdem quantitatis.* Scilicet vulgabatur ante Sylburgianam ξηροβιωτικῶν πολλά· πλεῖον γάρ. Ex Basil. Sylburg πολλῷ πλεῖον γάρ scripsit, sed nostrum recepit ex Med. Canis. Camus. Gaza etiam vertit *a terrestribus, quod multo plus lutei quam albi ex proportione contineant.* Thomas tamen πολλαπλάσιον μὲν ἔχει scriptum vertit. Quod attinet ξηροβατικῶν librorum optimorum, potest id defendi loco et auctoritate Platonis in Politico s. 8. vbi τῷ ἐνύδρῳ opponitur τὸ ξηροβατικὸν, Athenaeus vero 3. p. 99. ex isto loco etiam ὑγροβατικὸν posuit. Denique obseruationem repetit de Generat. 3, 1. τοῖς δ' ἧττον θερμοῖς καὶ ὑγροτέροις τὸ ὠχρὸν πλεῖον καὶ ὑγρότερον, ὅπερ συμβαίνει ἐπὶ τῶν λιμναίων ὀρνέων. — ὥστε καὶ τὰ ὠὰ τῶν τοιούτων πολλὴν ἔχει τὴν καλουμένην λέκιθον καὶ ἧττον ὠχρὰν, διὰ τὸ ἧττον ἀποκεκρίσθαι τὸ λευκόν. Contra oua aquaticarum auium plus albuminis habere affirmat Marsigli Danubii Part. V. p. 124. Cf. dicta ad Friderici II. Artem venandi p. 148.

2. καὶ πέρδικος] Haec omisit Med. Albertus autem perdices, columbas et gallinas nominauit. Sequens ὠχρὰ *rubea* vertit Thomas; et de colore palustrium consentit *Anderson Reise* p. 849. Versio Alberti: *quaedam sunt viridia declinantia ad citrinitatem, sicut oua auium palustrium, sicut anatum et huiusmodi auium:* quasi χλωρὰ scriptum legisset, Postea μελεαπίδων Vat. μελεαρίδων Reg. a prima manu habet.

ὥσπερ μίλτος] Thomae versio *sinopis*, Gazae *minium* habet. Quod deinceps legitur ἔχει δὲ τὸ ᾠὸν διαφοράν, Gaza vertit: *Quin et ipsum ouum in se suum habet discrimen:* quasi legisset scriptum ἐν ἑαυτῷ vel καθ' ἑαυτό. Albertus: *amplius autem oua diuersantur in figura.* Scaliger: *differunt inter se oui partes*: quem sequitur Camus. Deesse aliquid videtur in Graeco. Sequentem locum de ouis longis et rotundis aliter vertit Scotus et cum eo Vincentius 17. c. 149. *oua vero longa acuti capitis producunt mares, rotunda vero et habentia in loco acuminis rotundum, producunt feminas.* Columella etiam 8; 5. *cum deinde quis voluerit quam plurimos mares excludi, longissima quaeque et acutissima oua subiiciat, et rursus cum feminas, quam rotundissima.* Plinius 10. s. 74. *Quae oblonga sunt oua, gratioris saporis putat Horatius Flaccus.* (2. Sermon. 4.) *Feminam edunt, quae rotundiora gignuntur, reliqua marem.* Horatius l. c. versu 13. addit: *namque marem cohibent callosa vitellum.* Cum his facit etiam Antigonus Carystius c. 103. qui ex h. l. excerpsit: τῶν ᾠῶν τὰ μακρὰ ἄρσενα εἶναι, τὰ δὲ δεύτερα θήλεα. vbi scriptura vitiosa ζώων decepit postremum Editorem. Dixi de re ad Columellam p. 435. et ad Varronem 3, 9, 12. p. 539. Audi nunc Albertum: *Dicit autem Aristoteles, quod oua longa acuti capitis producunt mares auium, rotunda autem et habentia in loco acuti anguli rotunditatem producunt feminas: et hoc est falsum omnino et vitium fuit ex scriptura peruersa: et non ex dictis Philosophi: propter quod dicit Auicenna, quod ex rotundis et breuibus ouis producuntur mares et galli, ex longis autem et acutis ouis producuntur gallinae, et hoc concordat cum experientia, quam nos in ouis experti sumus, et cum ratione* etc. Dubitari potest, vnde Albertus notitiam habuerit scripturae vulgatae peruersae, si is ex sola Scoti vel Auicennae versione cognitam habuit Philosophi doctrinam. Quicquid sit de ea re, equi-

dem auctoritate Antigoni confisus vulgatam scripturam correxi, et vocabula ἄῤῥενα et θήλεα transposui.

3. ἐκπέττεται] Med. ἐκλέπεται, aperiuntur versio Thomae. Sequens ἀλλὰ omisit idem Med. Postea vulgatum εἰς τὴν γῆν ἐν τῇ κόπρῳ correxi ex Med. et Vatic. sed Med. et Canis. soli verba εἰς τὴν γῆν omittunt, male τὸν κόπρον praeferentes. Versio Thomae: *sepelientibus in fimum.* Antigonus c. 104. καὶ ἐν Αἰγύπτῳ κατορύττοντας εἰς κόπρον νεοττοὺς ποιεῖν. Vnde etiam h. l. articulum ante κόπρον sublatum malim. Albertus: *Aegyptii enim complent oua sua ponendo sub fimo ad solem.* Plinius 10. s. 75. *Quaedam et citra incubitum sponte naturae gignunt, vt in Aegypti fimetis. Scitum de quodam reperitur Syracusis tam diu potare solitum, donec cooperta terra fetum ederent oua.* Rationem Aegyptiorum memorauit etiam Diodorus 1, 74. p. 85. ed. Wessel. copiose explicauit Democritus aliquis in Geoponicis 14, 8. vbi comparabis annotationem Niclasii p. 996. Hadriani Epistola inserta Vopisci Saturnino p. 245. *nihil his opto, nisi vt suis pullis alantur, quos quemadmodum fecundent, pudet dicere.*

ὑπὸ τὴν ψίαθον] *sub storia in terra positis* versio Gazae. Albertus: *quidam bibulus posuit oua sub culcitra calida et dixit se posse continuare potum vsque ad exitum ouorum. et hoc probant experimenta, quoniam gallinis volentibus incubare oua sua, oua ponuntur in vasis calidis et supponitur stupa calida, et lento calore fouente et non adurente extrahuntur pulli; et praecipue calore vitali alicuius animalis, sicut si in sinu hominis teneantur, aut si forte sub fimo calido ponantur aut sub cineribus lente calefactis aut aliquo huiusmodi.* Verba ἕως ἐκλεπεῖη Thomas vertit *donec exciperentur.* Antigonus c. 105. ἐν Συρακούσαις φιλοπότην τινὰ ἐς τὴν γῆν κατορύξαι καὶ ἐπιτιθέντα τὴν ψίεθον ἕως τούτου πίνειν συνεχῶς, ἕως ἐκγλυφῆναι τὰ ὠά· ἤδη δὲ κείμενα ἐν ἀγγείοις ἀλεεινοῖς ἐκπεφθῆναι

καὶ προελθεῖν. vbi vulgabatur γλυφῆναι — λαγίνοις ἐκτριφθῆναι καὶ προσελθεῖν. Sed a manu secunda in Codice scriptum extare προελθεῖν testatur Bast in Epistola Critica Parisiis 1805. edita.

ἐξεπέφθη] Vulgatum ἐξεπέμφθη, quod Gaza videtur vertisse *sponte sua pullos promere*, ex Med. Reg. correxit Camus, admonente Sylburgio. *maturata sunt* versio Thomae. Sequens αὐτόματα vulgato αὐτομάτως ex Med. Canis. et versione Thomae substitui.

4. λαμβάνει] Recte Gaza *concipit ouum*. Sequentia τὸ ᾠὸν cum Med. Reg. et versione Thomae omisit Camus. De Generat. 3, 1. Ἡ δὲ γονὴ συνέστηκε μόνον. καὶ διὰ τοῦτο τὸ μὲν πρῶτον φαίνεται λευκὸν καὶ μικρὸν τὸ κύημα ἐν τοῖς ὄρνισι, προϊὸν δ' ὠχρὸν ἅπαν, συμμιγνυμένου ἀεὶ πλείονος αἱματώδους· τέλος δ' ἀποκρινομένου τοῦ θερμοῦ κύκλῳ περιΐσταται τὸ λευκὸν, ὥσπερ ὑγροῦ ζέοντος ὁμοίως πάντῃ. vbi Gaza scripturam Basil. συνέστησε reddidit *semen autem maris constituit tantum* cum Thoma: ἁδρότερον Thomae *maturius*. Postea Gaza non pauca omisit ita vertens: *vbi perfectum est, absoluitur atque exit, putamine, dum paritur, molli, sed protinus durescente, quibuscunque emergit portionibus, nisi vitio vuluae defecerit.* In graecis solus Med. variat pauca: habet enim καὶ ἐξέρχεται πεπηγὸς οὕτως τῷ καιρῷ ἐκ — μεταβάλλον ἐπὶ τὸ σκληρόν. Etiam versio Thomae scripturam μεταβάλλον reddidit, et recte ἐξέρχεται οὕτω continuat, cum vulgo post ἐξέρχεται interpungeretur. Nominatiuus μεταβάλλον praesentis omnino recipiendus fuit, cum vulgatus genitiuus aoristi μεταβαλόντος plane ferri non possit. Sed ipsa tota sententia haec, οὕτω τῷ καιρῷ — σκληρὸν ὥστε, non solum male cohaeret cum reliqua oratione et narratione, sed contraria etiam est verbis subiectis, ἐξερχόμενον εὐθέως πήγνυται. Nam quod εὐθέως πήγνυται ἐξερχόμενον ouum, id vere non potest dici τῷ καιρῷ μεταβάλλον ἐκ τοῦ — ἐπὶ τὸ σκληρὸν vel, vt vulgo erat, εἰς τὸ σκληρόν. Nec est

dictio Aristotelea; sed philosophus dicere solet ἐκ τοῦ μαλακοῦ γίγνεται σκληρόν. Verbum εἶναι abundat insolito more. Alberti versio membrum hoc non reddidit magis quam Gazae. Ibi enim est: *et cum sic completum fuerit ouum, exibit ab aue, et in descensu ouum quum exit a gallina induratur quasi per congelationem. Signum autem eius quod diximus est, quod quando finditur gallina, inueniuntur oua sub mirath: et sunt multa simul diuersae quantitatis, fundata interius supra spondile gallinarum, et sunt tota oua, licet sint diuersae quantitatis, citrini coloris.* Is praeterea ante haec posuit: *et album in circuitu, vt ex ipso fiat substantia membrorum radicalium: et tunc membrana circumducitur fortis, et circa illam testa dura.* Videtur igitur Scotus graeca pleniora legisse, vbi vulgo mentio membranae circumdatae et materiae testaceae deest. Contra sequentia ita fere scripta reddidit: ὅταν δὲ τελειωθῇ οὕτω ἀπολύεται καὶ κατέρχεται, quibus si subiicias τῷ καιρῷ — μεταβάλλον ἐπὶ τὸ σκληρὸν, possunt vtcunque ferri: certe melius coeunt cum sequentibus, ὥστε ἐξέρχεται. Scaliger vitium vulgatae incrustauit celatum hac versione: *Cum vero perfectum fuerit, absoluitur atque exit: quo tempore e molli mutatur in durum;* quasi τούτῳ τῷ καιρῷ scriptum legisset. Scaligerum imitatus est Camus. Comparemus nunc locum de Generat. 3, 1. vbi est: γίνεται γὰρ τὸ πέριξ ὄστρακον τελειωθέντος — λανθάνει δὲ, ὅτι τὸ γιγνόμενον ὄστρακον τὸ πρῶτον μαλακὸς ὑμήν ἐστι, τελειωθέντος δὲ γίνεται σκληρὸν καὶ κραῦρον οὕτω συμμέτρως, ὥστε ἐξέρχεται μὲν ἔτι μαλακὸν (πόνον γὰρ ἂν παρεῖχε τικτόμενον) ἐξελθὸν δ' εὐθὺς πήγνυται ψυχθέν. vnde suspicor, verba καὶ ἐξέρχεται οὕτω συμμέτρως τῷ καιρῷ ἐκ — μεταβάλλον — σκληρὸν, ὥστε etc. ita vt posui scribenda esse. Denique ἂν μὴ ἐξίῃ νενοσηκὸς habet Med. In ipso vtero, non extra, indurescere ouum contra affirmat Harvey 37. et 42.

ἐφάνη] Vulgabatur ἐφάνη δὲ ἤδη οἷον ἔν τινι καιρῷ γίνεται

τὸ ᾠόν· ἅπαντα γὰρ ὠχρὰ ὁμοίως ἐστὶν, ὥσπερ etc. Vatic. habet ἤδη ᾠὸν — ἅπαντα ὠχρὸν ὁμοίως γάρ. Ambr. post γίνεται omisit verba τὸ ᾠόν. Med. Canis. et Reg. απαν γὰρ ὠχρόν. Versio Thomae: *apparuit autem iam quale in quodam tempore fit ouum, totum enim alias* (vel *aliud*) *rubeum est, sicut posterius pullus: talia et in gallo diuiso.* Scoti: *et si quis findiderit gallinam, inueniet sub — vbi sunt oua in gallina totum citrini coloris.* Quam Camus secutus edidit locum ita scriptum: ἐφάνη δὲ ἤδη, οἷον ἔν τινι καιρῷ γίνεται, τὸ ᾠὸν ἅπαντα ὠχρόν· ὁμοίως γάρ ἐστιν ὥσπερ ὕστερον ὁ νεοττός. Τοιαῦτα καὶ ἐν ἀλέκτορι διαιρουμένῳ. quae non melius vertit: *il n'est pas sans exemple, qu'on ait vu des oeufs pondus entiérement jaunes, comme ils le sont à une certaine époque dans le corps de l' oiseau: ils sont tels que le sera ensuite le petit.* Gazae versio habet: *Jam quale certo tempore est, tale aliquando prodiit luteum totum, qualis postea pullus est.* Scaliger: *Editum etiam aliquando fuit ouum tale, quale quodam tempore est: luteum scilicet, qualia et sunt omnia et est tandem pullus.* Equidem dedi, quod mihi non solum facilius sed etiam melius videbatur. νεοττὸς autem dicitur vitellus in ouo perfecto in medio appositus ad pulli nutrimentum, minime vero pullus ipse.

ἀλεκτρυόνι] Vulgatum ἀλεκτορίδι ex Med. correxi. Gaza *gallina discissa.* Thomas *gallo diuiso.* Scotus cum Alberto *gallinam* nominat. Scaliger: *Hoc enim colore in dissecta gallina videntur sub praecincturae loco, vbi illae oua continent.* Hic totam loci sententiam peruertit, dum verba illa, οὗπερ αἱ θήλειαι ἔχουσι τὰ ᾠά, ita obscurauit vertendo, vt de gallo sermonem esse nemo possit suspicari. ἐν ἀλέκτορι edidit Camus et locum recte vertit. ἐν ἀλεκτορίδι αἱρουμένῳ V. R. A. nisi quod αἱρουμένου Vatic. habet.

5. ὦπται γάρ] Sylburgio insolens merito visum pro ὡμμέναι εἰσίν. De Generat. 3, 1. est: περὶ τῶν ὑπηνεμίων τινὲς εἰώθασι λέγειν, ὡς οὐ γιγνομένων, ἀλλ' ὡς τῶν

ὑπολειμμάτων ἐκ προτέρας ὀχείας ὄντων. Τοῦτο δ' ἐστὶ ψεῦδος. Ὦπται γὰρ ἱκανῶς καὶ ἐπὶ νεοττίδων ἀλεκτορίδος καὶ χηνὸς γενόμενα ἄνευ ὀχείας. vbi versio Thomae ὑπολελειμμένων reddidit. Considerandum igitur, an noster locus ex illo corrigendus sit, quod attinet ad insolitum verbi ὤπται vsum. Deinceps verba δὲ πλείω omittuntur in V. R. A. πλήθει δὲ πλείω non reddidit versio Scoti et Alberti. Noster de Gener. 3, 1. de his ouis: ἃ καλοῦσιν ὑπηνέμια καὶ ζεφύριά τινες. — πλείω δὲ τὰ ὑπηνέμια γίνεται τῶν γονῶν γινομένων, ἔλαττω δὲ τὸ μέγεθος — καὶ ἧττον ἡδέα. vbi Gaza pro γονῶν vertit γονίμων, *quam quae foecunda sunt*, Thomas vero ἀγόνων. Sed scribendum est τῶν γόνῳ γινομένων. Postea παχύνεται τῷ ὑγρῷ Med. qui praeterea χημηλώπεκος habet scriptum. De vulpansere dicetur ad 8, 3.

6. θᾶττον] V. Reg. ἔλαττον. Plinius 10. s. 75. *Celerius excluduntur calidis diebus: ideo aestate vndeuicesimo educunt fetum, hieme XXV. Si incubitu tonuit, oua pereunt, et accipitris voce audita vitiantur.*

κυνόσουρα καὶ οὔρια] Vulgatum οὔρινα, quod reddidit Gaza, qui κυνόσουρα *canicularia*, ex Med. Vatic. et versione Thomae correxi. Scoti versio *ara* habet, Alberti vocabulum id cum aliis omisit. De Generat. 3, 2. de luteo: διὰ τοῦτο θερμαινόμενον μᾶλλον, ἐὰν ᾖ μὴ ἐξ ὑγροῦ περιττώματος, διουρεῖται, καὶ γίνεται οὔρια. vbi verbum διουρεῖται Gaza reddidit *saniescunt*, Thomas *euaporant.* Est igitur οὔριον ᾠὸν deriuatum ab ὀρὸς, ὀῤῥὸς, vnde etiam οὖρον, vrina; hinc ἐξουρίσαντα ᾠὰ eadem dicuntur ab Alexandro Aphrodisiensi Problem. 2. Forma διουρεῖται forte mutanda est in διοῤῥεῖται vel διοῤῥοῦται. Plinius 10. s. 80. *Irrita oua, quae hypenemia diximus, aut mutua feminae inter se libidinis imaginatione concipiunt aut puluere: nec columbae tantum, sed et gallinae, perdices, pauones, anseres, chenalopeces. Sunt autem sterilia et minora ac minus iucundi saporis et magis hu-*

mida. Quidam et vento putant ea generari; qua de causa etiam zephyria appellantur. Haec autem vere tantum fiunt, incubatione derelicta, quae alii cynosura dixere. Postrema vt sana sint, vereor; cynosura enim et zephyria male confunduntur.

ὑπηνέμια γόνιμα] De Generat. 3, 1. *γίνεται γὰρ τὰ ὑπηνέμια γόνιμα, ἐὰν ἔν τινι καιρῷ ὀχευθῇ ὑπὸ τοῦ ἄῤῥενος.* Cap. 2. *καὶ διαφθείρεται δὲ τὰ ᾠὰ καὶ γίνεται τὰ καλούμενα οὔρια μᾶλλον κατὰ τὴν θερμὴν ὥραν. εὐλόγως· ὥσπερ γὰρ οἱ οἶνοι ἐν ταῖς ἀλέαις ὀξύνονται ἀνατρεπομένης τῆς ἰλύος, καὶ ἐν τοῖς ᾠοῖς ἡ λέκιθος· τοῦτο γὰρ ἐν ἀμφοτέροις τὸ γεῶδες· διὸ καὶ ἀναθολοῦται ὁ οἶνος μιγνυμένης τῆς ἰλύος καὶ τὰ διαφθειρόμενα ᾠὰ τῆς λεκίθου.* vbi pariter Gaza *vrina* reddidit. Ibidem est: *γίγνεται γὰρ τὰ ὑπηνέμια γόνιμα, ἐὰν ἔν τινι καιρῷ ὀχευθῇ ὑπὸ τοῦ ἄῤῥενος.*

πρὶν μεταβαλεῖν] Med. Reg. *μεταβάλλειν.* Deinceps Med. *εἰς τὸ περίλευκον.* Postea Ambr. *γονοῤῥυημένα,* margo *γόνῳ ἠρημένα,* vt est in Regio. Forte voluerunt *γόνῳ κυούμενα* dare.

7. *Ἂν δ' ἤδη μεταβαλόντων — μεταβάλλει*] Vulgatum *μετέβαλον — μεταβάλλονται* correxi e versione Thomae et Med. Hic enim *μεταβαλλόντων — μεταβάλλει* habet, ille *μεταβαλόντων* scriptum vertit. Intellige *ὀχεύηται ἡ τὰ ὑπηνέμια ἔχουσα.*

ὑπαρχόντων δὲ] Versio Thomae *δὲ* omisit. De Generatione 3, 1. *ὅλως δὲ ἐν τοῖς ὄρνισιν οὐδὲ τὰ γινόμενα διὰ τῆς ὀχείας ᾠὰ θέλει ἐπιτοπολὺ λαμβάνειν αὔξησιν, ἐὰν μὴ ὀχεύηται ἡ ὄρνις συνεχῶς.* Ceterum in verbis *εἰς τὸ μέγεθος* V. R. A. male *εἰς* omittunt.

ψύχους] V. R. A. *ψυχροῦ.* Sequens *ἑψομένου ἢ πυρουμένου* Gaza vertit: *magisque in aqua feruente quam ad ignem cogitur atque induratur.* Rectius Scaliger: *et elixando quam assando plus concrescit atque siccatur.* De Generat. 3, 2. *ἔχει γὰρ δὴ καὶ τὴν φύσιν ἐναντίαν τό τε*

ὠχρὸν καὶ τὸ λευκόν· τὰ μὲν γὰρ ὠχρὸν ἐν τοῖς πάγοις πήγνυται, θερμαινόμενον δὲ ὑγραίνεται: — πυρούμενον δὲ καὶ ὀπτώμενον οὐ γίνεται σκληρὸν, διὰ τὸ εἶναι τὴν φυσιν γεῶδες οὕτως ὥσπερ κηρός.

8. *ἀπ' ἀλλήλων*] Vulgatum *ὑπ' ἀλλήλων* ex Mediceo correxit Camus, monente Scaligero et Casaubono. Vincula illa duo vel ligamenta tortilia vulgato etiamnum errore, quem obiter damnat Philosophus, Germani dicunt *Hahnentritt*, quasi initus galli signum. Chalazae istae duae non in linea recta versus duos apices oui, sed obliquae sunt annexae vitello, faciuntque, vt minor vitelli pars, cui punctum saliens seu cicatricula adest, semper in quocunque situ supernatet. Cf. Monro in libro: *Medizinische Beobachtungen der Edinburg. Gesellschaft.* Voll. II. p. 266. In ouis morbidis, vbi vitellus deest, formam serpentum induere, aliumque situm habere docet obseruatio inserta libro *Mémoires de l'Académie des Sciences de Paris anni 1710. p. 553.*

συνεραγίσῃ] Vulgatum *συγκεράσῃ* correxi ex Med. Ita enim noster de Gener. 3, 1. *τὸ γὰρ λευκὸν φύσει μὲν ὑγρὸν, ἔχει δ' ἐν αὑτῷ τὴν θερμότητα τὴν ψυχικήν· διὸ κύκλῳ ἀποκρίνεται, τὸ δ' ὠχρὸν καὶ γεῶδες ἐντός. κἂν πολλὰ συνεραγίσας* (*confringens* vertit Thomas) *τις ὠὰ εἰς κύστιν ἤ τι τοιοῦτον ἕψῃ πυρὶ, μὴ θάττονα ποιοῦντι τὴν τοῦ θερμοῦ κίνησιν ἢ τὴν ἐν τοῖς ὠοῖς διάκρισιν, ὥσπερ ἐν ἑνὶ ὠῷ καὶ τῷ ἐκ πάντων τῶν ὠῶν συστήματι τὸ μὲν ὠχρὸν ἐν μέσῳ γίνεται, κύκλῳ δὲ τὸ λευκόν.* Vbi versio Gazae *patinam*, Thomae *patellam* vertit *κύστιν*, vt hoc etiam in loco, pariter Thomas hic *confregerit* vertit, igitur *συνεραγίσῃ* scriptum legit.

μαλακῷ καὶ μὴ συντόνῳ] Gaza vertit *molli et continente.* Videtur igitur *καὶ συνεχεῖ* scriptum legisse. Scaliger: *molliore remissioreque.* Ipse Philosophus optime altero in loco antea posito interpretatus est. Med. *μαλακῶς καὶ μὴ συνεχῶς τῷ πυρί.* Canis. *μαλακῶς καὶ μὴ συντόνως τῷ πυρί.*

συνέρχεται πᾶν, τὸ δὲ λευκὸν] Post *πᾶν* intersertum vulgo *κύκλῳ* cum Medic. et versione Thomae omisit Camus. Contra V. R. posteriore loco male id vocabulum omittunt. Deinceps *περιτέταται* Med. *circumstat* versio Thomae.

ἢ αἱ πρεσβύτεραι] Male Reg. *ἢ* omisit. Plinius 10. s. 74. *Ex gallinis iuuencae plura quam veteres, sed minora, in eodem fetu prima ac nouissima.* Deinceps vulgatum *ἐὰν μήπω ἐπωάζουσιν* ex Med. et versione Thomae correxit Camus. Gaza, et cum eo Scaliger, vertit: *aues nisi pariant, laborant morbo atque intereunt.* Noster de Generat. 3, 2. *διόπερ καὶ μὴ ἐπωάζουσαι αἱ θήλειαι, ὅταν τέκωσι, διατίθενται χεῖρον, ὥσπερ ἑνός τινος στερισκόμεναι τῶν συμφύτων.*

9. *κάρφος περιβάλλονται*] Theophrastus de animalibus inuidiosis p. 475. *διὰ τί ἡ ὄρνις, ὅταν τέκῃ, περιῤῥίπτει τὰ κάρφη;* Albertus: *paleam accipit in ore et reponit quasi nidum proponens — et ideo gallinae sedentes in nido saepe rostro conuertunt paleas.* Plinius 10. c. 41. *gallinis villaribus et religio inest. inhorrescunt enim edito ouo excutiuntque sese et circumactae purificant festuca aliqua sese et lustrant oua.* Cf. annotata ad Oppiani Ixeutica 1, 20. p. 428. Male Thomas *ἀποσείονται* vertit *extendunt se.*

ἐφέλκουσι] *caudam distendunt* pessime Gaza: paulo rectius Thomas *trahunt demissam caudam.* Male etiam Camus *releve son croupion.* Cloacam, qua iuncta coeunt columbae, vt reliquae aues, vt supra annotauit etiam Philosophus, retrahendam inflexa deorsum cauda adiuuant.

κατακολυμβῶσιν] Varro R. R. 3, 10, 3. *anseres saliunt in aqua, tum merguntur in flumen aut piscinam.* Auctor libri de rerum natura apud Vincentium 16, 50. de cygno: *post coitum frequenti caudae motu et rostri se aquis immergens purificat.*

κατὰ πνεῦμα στῇ τοῦ ἄῤῥενος] Vulgatum *καταπνευσθῇ* ex Med. Canis. et versione Thomae correxi. *si enim steterit*

secundum ventum Thomas. Cf. supra ad 5, 5. Sequens *ἐπίδηλον* *exquisitum* Gaza, *excellentem* Thomas vertit.

ᾠοῦ γένεσις] Vatic. *ἡ δὲ τοῦ νεοττοῦ γένεσις — συμπεττομένου οὐκ ἐν ἴσοις*. Ambr. verba *ἡ τοῦ νεοττοῦ γένεσις* omittit. Reg. *ἡ δὲ τοῦ ᾠοῦ γένεσις μετὰ τὴν ὀχείαν καὶ τοῦ νεοττοῦ ἐκ τοῦ ᾠοῦ πάλιν συμπεττομένου οὐκ ἐν ἴσοις*. Deinde vulgatum *ᾠὸν κατὰ τὴν ὀχείαν* ex Codd. suis et versione Thomae et Gazae correxit Camus. Plinius 10. s. 74. *A coitu diebus decem oua maturescunt in vtero*. Post *τελειοῦται* repetitum vulgo *ᾠὸν* deleui cum versione Thomae. Postea *ἐνωδίνοντος* Med. Canis. *ἤδη τὸ ᾠὸν ἐκ ὠδῖνι ἔξιον* vertit Thomas.

ἢ πτερὸν] Med. addit *ἤ τι ἕτερον*. Plinius 10. s. 74. *Vexatae gallinae et columbae penna euulsa aliaue simili iniuria diutius* (*in vtero maturescunt*). Deinceps ineptum *μελίσσασα* ex Edd. pr. et Med. reuocauit Camus. Verum dederat iam olim Sylburgiana, et Thomas vertit: *non parit, cum debuisset*.

10. *ἢ οὐκ ἂν ὀχεύσειεν*] Vulgato *πρὶν ἂν ὀχεύσῃ* hoc substituissem ex Med. Canis. et versione Thomae, vbi est: *aut non vtique coibunt*. Etiam Vatic. Reg. *οὐκ ἂν ὀχεύσῃ* habent. Sed verum monstrauit Athenaeus 9. p. 394. *ἴδιον δὲ λέγει τῆς περιστερᾶς τὸ κυνεῖν αὑτὰς, ὅταν μέλλωσιν ἀναβαίνειν, ἢ οὐκ ἀνέχεσθαι τὰς θηλείας. ὁ δὲ πρεσβύτερος, φησὶ, καὶ προαναβαίνει μὴ κύσας· οἱ δὲ νεώτεροι αἰεὶ τοῦτο ποιήσαντες ὀχεύουσιν*. quae sic excerpsit Aelianus V. H. 1, 15. *μὴ πρότερον ἐπιβαίνειν τὸν ἄῤῥενα τῇ θηλείᾳ, πρὶν ἢ φιλήσῃ αὐτήν· μὴ γὰρ ἀνέχεσθαι τὰς θηλείας τὴν τῶν ἀῤῥένων ὁμιλίαν τοῦ φιλήματος ἔρημον*. Cetera omisit. Igitur non dubitaui in Philosopho ponere *ἢ οὐκ ἀνέχονται*. Vulgata ineptam habet tautologiam; alterius Codicum scripturae sensum elegantius reddit lectio Athenaei. Sed alio modo etiam scripturam loci variatam olim fuisse, testem tibi excitabo satis antiquum, auctorem Ixeuticorum cum Oppiano editorum 1. c. 21. vbi haec de turturibus

traduntur: *καὶ συνουσίας δὲ ἀρχὴν ποιεῖται τὸ φίλημα· καὶ πρεσβυτέρα μὲν οὐκ ἂν ἀνέχοιτο, πρὸ τῆς τῶν χειλέων συμβολῆς, μίξεως· αἱ δὲ νέαι πολλάκις πρὸς τὴν συνουσίαν καὶ δίχα τῶν φιλημάτων ὁρμῶσιν.* In Athenaeo vulgatum *κύειν* ex duobus Codd. in *κυνεῖν* mutauit nuperus Editor, quod idem valere ait quod *κυεῖν*. Sed praeter hunc ipsum locum alium Stephanus non attulit, nec equidem reperi, vbi praesenti tempore *κύειν* dicatur pro osculari. At *κυνεον* imperfecto iam Homerus vsurpauit, idque vnice verum puto; itaque vulgatum *κυουσι* mutaui.

τὸ πρῶτον] Recte Gaza: *senior primum coitum osculo exorditur.* Male sensum accepit Athenaeus. Plinius 10. s. 79. *Columbae proprio ritu osculantur ante coitum.* Sed ecce Camotiana, Med. Canis. *ἐὰν μὴ κύσῃ τὸ πρῶτον.* Versio Thomae: *senior quidem si non primo, posterius tamen ascendit, etsi non osculatus fuerit.* In Lipsiensi est: *senior enim si non prius* etc. Is plane eandem scripturam habuit, in qua tamen vitium latet. Nam si *μέντοι* verum est, sequens negatio tollenda est et scribendum *ἀναβαίνει καὶ κύσας.* Aut in priore membro scribendum *ἐὰν μὲν τὸ πρῶτον, ὕστερον μέντοι ἀν. καὶ μὴ κύσας.* In dubia igitur Codicum optimorum scriptura vulgatam tenui, sententia eadem. Auctor Ixeuticorum forte secutus fuit istam Codd. scripturam, cetera vero ita scripta reperit: *ἢ οὐκ ἂν ἀνέχοιτο ἡ μὲν πρεσβυτέρα, ἐὰν μὴ πρῶτον κύσῃ — αἱ δὲ νεώτεραι καὶ τοῦτο μὴ ποιήσαντος ὀχεύονται.* Pro *κύσας* male Camot. *κυήσας* dedit.

Τοῦτό τε ἴδιον — καὶ ἔτι] Vitiosa haec esse puto. Thomas reddidit scriptum *τοῦτο δὲ ἴδιον — ὅτι αἱ θήλειαι.* Equidem malim *Ἔτι δὲ τοῦτο ἴδιον ποιοῦσιν αἱ θήλειαι· ἀλλήλας.* vel *Καὶ τοῦτο δὲ ἴδιον ποιοῦσιν, ὅτι αἱ θήλειαι.* vel denique *Τοῦτο μὲν οὖν ἴδιον ποιοῦσιν· καὶ ἔτι αἱ θ.* Sequens *κυσασαι* non legit Thomas, qui *perosculantes* vertit, sed *διακύσασαι.* Athenaeus: *καὶ αἱ θήλειαι δ' ἀλλήλας ἀναβαίνουσιν, ὅταν ἄῤῥην μὴ παρῇ, κυσάμεναι· καὶ οὐ-*

δὲν προϊέμεναι εἰς ἀλλήλας τίκτουσιν ᾠὰ, ἐξ ὧν οὐ γίνεται νεοττός. quae repetiit Aelianus V. H. 1, 15. sed omisit verbum *κυσάμεναι*, quod hac notione vix alibi reperies. Expressit enim Athenaeus graecum *διακύσασαι*, *interosculantes*, quod equidem ex Thoma vulgato *κύσασαι* substitui.

γόνῳ γιγνόμενα] Vatic. *γενόμενα*, Med. *γεννώμενα*. Deinceps vulgatum *ὁ νεοττὸς οὐδὲ εἷς* ex Med. Reg. correxit Camus. *νεοττὸς εἷς* Vat. Ambr. Accedit Athenaei auctoritas. Ceterum feminae non solum coitu sed titillatione etiam hypochondriorum eo perduci oestri, vt oua subventanea pariant, et ouulum ex ouario decidat relicto calice, qui in corpore humano corpus luteum vocatur, monet, et hinc in virginibus repertum a pluribus anatomicis corpus luteum similitudine auium defendere conatur Blumenbach in Physiologia comparata animalium calidi sanguinis ouiparorum et viuiparorum.

CAPVT III.

ᾠοῦ τοῖς ὄρνισι συμβαίνει] Vulgo verbum *συμβαίνει* bis legitur, etiam post *ᾠοῦ* interpositum, vbi cum Med. versione Thomae et V. R. omisit Camus. Deinceps vulgatum *ἐν πλείοσι — ἐλάττονα* ex Med. et versione Thomae correxi. Camus *ἐν ἐλάττοσιν* edidit. Vulgabatur etiam *ταῖς δὲ μείζοσιν — τοῖς δ' ἐλάττοσιν*. Camus bis posuit *ταῖς δὲ*, equidem cum Mediceo bis *τοῖς δὲ* posui. Vincentius 17. c. 148. *et in maioribus quidem hoc fit post multos dies, in minoribus post pauciores.* Verbum *ἐπισημαίνει* Thomas vertit *pcitit notatum*. In libro de Gener. 3, 1. vertit *supernotatur*. Plinius 10. sect. 74. *A coitu diebus decem oua maturescunt in vtero.*

ἤδη ἄνω τὸ ὠχρὸν προεληλυθὸς] In V. R. A. deest *τὸ ὠχρόν*: praeterea V. R. habent *ἄνω πρὸς τὸ ἐληλυθός*. Med. autem *χρόνῳ τό τε ὠχρὸν ἄνω προσεληλυθὸς πρὸς τὸ ὀξὺ, ᾗπερ ἐστὶν ἡ ἀρχή τε τοῦ ᾠοῦ*. vnde post *ᾗπερ* verbum *ἐστὶ* inserui. Contra luteum vergere ad oui partem

obtusam, vbi pulli principium sit, asserit Harvey p. 61. qui totum caput de ouo incubato illustrauit in Libro de Generatione Animalium. Is, *verissima*, inquit, *omnia sunt. Nihilo minus quasi ipsemet ea non vidisset, sed ab experto quodam accepisset, temporibus quaeque suis haud recte distinguit, plurimumque fallitur circa locum, in quo primum oui principium sit, quem in acuta eius parte statuit, eoque nomine a Fabricio merito reprehenditur.* Fefellisse philosophum videtur obseruatio supra Cap. 2. sect. 2. posita, *ἐξιόντος δὲ ἡγεῖται τὸ πλατύ*, repetita a Plinio, vnde et aliis ex notis coniecit, ibi principium esse et oui et pulli. Sed eam ipsam obseruationem copiosius exsequitur noster de Gener. 3, 2. vbi est: *γίνεται δὴ ἀνόμοιον τὸ τῶν διχρόων ᾠῶν* (Gaza *τὸ δίχροον ᾠὸν* reddidit) *καὶ οὐ πάμπαν στρογγύλον, ἀλλ' ἐπὶ θάτερα ὀξύτερον, διὰ τὸ διαφέρειν δεῖν ἀεί τινι τοῦ ἑτέρου,* (ita versio Thomae pro vulgatis *ἀεὶ τοῦ λευκοῦ* cum Gaza) *ἐν ᾧ ἔχει τὴν ἀρχήν· διόπερ σκληρότερον ταύτῃ τὸ ᾠὸν ἢ κάτωθεν — καὶ διὰ τοῦτο ἐξέρχεται ὕστερον τοῦ ᾠοῦ τὸ ὀξύ· τὸ γὰρ προσπεφυκὸς ὕστερον ἐξέρχεται. Κατὰ τὴν ἀρχὴν δὲ προσπέφυκεν· ἐν τῷ ὀξεῖ δὲ ἡ ἀρχή.* Statim ab initio capitis est: *Ἀποκρίνεται δ' ἐν τοῖς ᾠοῖς ἡ τοῦ ἄῤῥενος ἀρχὴ, καθ' ὃ προσπέφυκε τῇ ὑστέρᾳ τὸ ᾠόν.* Modum, quo ouum per vmbilicum nutrimentum accipit ex vtero, cum testa nondum indurauit, sed molli membrana continetur ouum, ita explicat: *τούτου δὴ τοῦ ὑμένος κατ' ἀρχὰς ὀμφαλῶδές ἐστι τὸ ὀξὺ καὶ ἀπέχει ἔτι μικρῶν ὄντων, οἷον αὐλός· δῆλος δ' ἐστὶν ἐν τοῖς ἐκβολίμοις τῶν μικρῶν ᾠῶν· ἐὰν γὰρ βρεχθῇ ἢ ἄλλως πως ῥιγώσασα ἐκβάλῃ ἡ ὄρνις, ἔτι αἱματῶδές τε φαίνεται τὸ κύημα καὶ ἔχον δι' αὐτοῦ στύλον μικρὸν ὀμφαλώδη· μείζονος δὲ γινομένου περιτείνεται μᾶλλον οὗτος καὶ ἐλάττων γίνεται· τελειωθέντος δὲ, τὸ ὀξὺ τοῦ ᾠοῦ, τοῦτο συμβαίνει τὸ πέρας.* vbi Gazae versio habet: *Huius igitur membranae particula quaedam vmbilicaris parte acuta principio continetur tenditque paruis adhuc veluti fistula, quod*

in eiectitiis inchoatis ouis patet. Nam si auis madefacta aut alia causa inalgescens eiecit, cruentus adhuc cernitur conceptus habensque sibi annexam appendiculam vmbilicarem, quae ouo amplius increscente obtenditur latius atque minuitur, perfectoque mucro exitum complet. Versio Thomae κατὰ τὸ ὀξὺ scriptum recte vertit *secundum acutum; καὶ ἀπέχει — αὐλὸς* reddit: *et adhuc paruis exsistentibus amula et velut canalis; τοῖς ἐκβολίμοις τ. μ. ᾠῶν, abscessibus paruorum ouorum; δι' αὐτοῦ στύλον μ. ὀμφ. per ipsum protractionem modicam;* denique τελειωθὲν δὲ ὀξὺ scriptum reddit *perfectum autem acutum.* De hoc eodem vmbilico est locus Plinii 10. s. 74. *vmbilicus ouis a cacumine inest ceu gutta eminens in putamine.* quem alio traxit Harduinus; vereor tamen, vt *gutta* vocabulum sanum sit. Eiusmodi ouum vidit etiam Harvey, qui ita descripsit p. 37. *Vidi ouum e gallina natum, testa vndique obductum, praeterquam in acuti culminis apice, vbi exigua mollisque quaedam eminentia, qualem forte Aristoteles pro vmbilici vestigio habuit, permansit.* Praeterea Gallus *De Fay Mémoires* p. 139. simile ouum ita descripsit: *Un petit oeuf de poule terminé à l' un de ses bouts par une sorte de pedicule de même substance que la coquille. Olaus Borrichius parle d' un pareil oeuf. C'étoit, dit-il, la première pointe d' une poule d' Afrique.* Habes igitur αὐλὸν et στύλον ὀμφαλώδη, quem in ouis eiectitiis vidit et pro vmbilico oui habuit Philosophus. Sed inde recte non ducitur coniectura de principio pulli in acuta parte oui sito. Pergit Aristoteles de ouo excluso: ἡ δὲ ἔξοδος τοὐναντίον γίνεται τοῖς ᾠοῖς ἢ τοῖς ζωοτοκουμένοις· τοῖς μὲν γὰρ ἐπὶ τὴν κεφαλήν τε καὶ τὴν ἀρχὴν, τῷ δὲ ᾠῷ γίνεται ἡ ἔξοδος οἷον ἐπὶ πόδα. quae Gaza vertit: *Partus ouorum contra atque animalium euenit. Animal enim versum in caput suumque principium nascitur; at ouum quasi in pedes conuersum exit.* Versio Thomae *ad pedes* habet; vterque igitur ἐπὶ πόδας scriptum legit. Pessime vero Plinius 10. s. 74. locum interpretatus

est: *Aues omnes in pedes nascuntur, contra quam reliqua animalia.*

2. τὸ σημεῖον] *Punctum* vertit cum Thoma Gaza. Ita noster alibi τέτρασι vel δυσὶ σημείοις κινεῖσθαι et similia dixit. Plinius 10. s. 74. *Omnibus ouis medio vitelli parua inest velut sanguinea gutta, quod esse cor auium existimant, primum in omni corpore id gigni opinantes: in ouo certe gutta ea salit palpitatque. Ipsum animal ex albo liquore oui corporatur, cibus in luteo est.*

ἑλισσόμενοι φέρουσιν] Vulgo intersertum οἵ deleui auctoritate Thomae, qui vertit *inuoluti feruntur.* In Med. Canis. ἔναιμοι. λελισσωμένοι dicitur esse. Deinceps αἱματικὰς ἶνας Thomas vertit: *vias habens iam continet.* Ἶνας hic et alibi dicit Philosophus venulas minutas fere inconspicuas. Ceterum loquitur de colliquamento albuminis pellucido Harvei, in quo primordia pulli natant. Cf. Harvei librum p. 64. Sequens ἀπὸ τῶν πόρων vulgato ὑπὸ ex Med. Canis. versione Thomae et Gazae substituit Camus.

καὶ λευκόν· δήλη δὲ] Vulgatum καὶ τὸ λευκόν· δηλοῖ δὲ ex Med. Canis. versione Thomae et Gazae correxit Camus. V. R. λευκὸν δὲ ἤδη κεφαλή. Verba postrema sectionis ita vertit Gaza: *Pars autem inferior corporis nullo membro a superiore distingui inter initia cernitur.* In graecis durities structurae inest, fortasse etiam vitium.

3. εἰς τὸ κύκλῳ περιέχον] *ad ambientem album liquorem* Gaza vertit. Deinceps ὅπερ ὀμφαλὸς Med. *qui vmbilicus* versio Thomae. Vatic. περιέχον δὲ ὡς τῷ ὠχρῷ ὥσπερ.

ἡ μὲν ἀρχὴ — λευκοῦ] Aliter sensit Hippocrates seu quisquis est auctor libri de natura foetus: γίνεται δὲ ἐκ τοῦ χλωροῦ τοῦ ὠοῦ τὸ ὄρνεον, τροφὴν δὲ καὶ αὔξησιν ἔχει τὸ λευκὸν τὸ ἐν τῷ ὠῷ. Noster de Generat. 3, 2. τοὐναντίον μέντοι ἐστὶν ἢ οἵ τε ἄνθρωποι οἴονται καὶ Ἀλκμαίων φησὶν ὁ Κροτωνιάτης· οὐ γὰρ τὸ λευκόν ἐστι γάλα, ἀλλὰ τὸ ὠχρόν· τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ τροφὴ τοῖς νεοττοῖς· οἱ δ' οἴονται τὸ λευκὸν διὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ χρώ-

ματος. Hinc orta consuetudo loquendi, quae νεοττὸν oui vitellum appellauit luteum, quam sequitur Diphilus comicus et Chrysippus Suidae sub voce νεοττὸς, qui posuit hunc locum Clearchi Solensis, discipuli Aristotelis: ὃ διαδίδοται ἀρχὴ ὑπὸ τὸν ὑμένα λευκόν. Ἐν τούτῳ γὰρ τὸ σπέρμα, καὶ οὐκ ἐν τῷ καλουμένῳ νεοττῷ. Διεψεύσθησαν γὰρ οἱ πρῶτοι τοῦτο φήσαντες· καί ἐστι τὸ ὠχρὸν περίττωμα τοῦ σπέρματος. Videtur Clearchus initio loqui de cicatricula.

ὅλος διάδηλος] Med. ὅλος ἄδηλος. Sequens ἔχει δ' ἔτι vulgato ἔχει δὲ ex Med. substituit Camus. Plinius 10. s. 74. *Omnibus intus caput maius toto corpore, oculi compressi capite maiores.* Deinceps ἐξαιρούμενοι vulgatum antea ex Gazae versione correxit Sylburgius. Gaza enim *eminent* vertit. Eandem scripturam reddidit Thomas. Sed Albertus: *et si quis discooperuerit a tela palpebrae oculos, in illo tempore inueniet oculos nigros magnos, ita quod quantitatem fabae aequent vel forte excedunt, et si frangatur tunica oculi, emanat ex eis humiditas alba frigida valde et aquea, et nihil duritiei vel glandulositatis inuenitur in illa.* Is igitur potius διαιρούμενοι scriptum reddidisse videtur.

ἔνεστι λευκὸν — στερεὸν δ' οὐδέν] Vulgatum ἔστι — ὕστερον δὲ οὐδὲν ex Med. Canis. V. correxit Camus. στερεὸν habent Med. Canis. versio Thomae, Scoti, Alberti et Gazae. *humidum inest et frigidum album — solidum autem nihil.* Verba στίλβον πρὸς τὴν αὐγὴν Albertus non reddidit.

4. τοῦ ὠχροῦ τὸ μὲν — ὑγρόν] Plinius 10. s. 74. *increscente pullo candor in medium vertitur, luteum circumfunditur.* Camus articulum τὸ ante λευκὸν vulgo positum bis omisit cum Med. Verba autem τοῦ δὲ κάτω ὠχροῦ λευκὸν καὶ κάτωθεν, ὥσπερ τ. π. ὑ. ita vertit: *au dessous de la partie inferieure du jaune est encore du blanc, comme il y en avoit d'abord: mais au dixième jour ce blanc diminue: déjà il est visqueux, épais et jaûnatre.* Gazae versio

habet: *decimo die albumen exiguum iam et lentum, crassum, pallidulum nouissime inest.* Is igitur verba ἔσχατον (vel τὸ ἔσχατον) γίγνεται postremo loco collocata legit et vertit, eumque sequitur Camus. Alberti versio habet: *et cum transeunt decem dies — erit inferius in corpore pulli totum album, et de eodem album paucum spissum quoddam declinans versus citrinum.* Is igitur vulgato ordine τὸ λευκὸν ἔσχατον γίγνεται collocata vertit verba, quae significant, albumen in medio nullum amplius apparere inter duas lutei vel vitelli portiones medium, sed omne albumen, quod reliquum sit, occupasse extremum locum. Rectius igitur Scaliger: *albumen subsidit totum.* Ceterum copulam καὶ ante κάτωθεν omisit versio Thomae.

5. πρῶτος μὲν καὶ ἔσχατος] Vulgatum πρῶτον — ἔσχατον ex Med. Canis. et tribus versionibus correxit Camus. Sequens ἔνεστιν post εἶτα ex Med. et versione Thomae inserui. Intelligitur vero cicatricula; quod cum non animaduertisset Harveius, locum mendosum esse suspicabatur p. 89.

ἔφερεν ἡ ἑτέρα] Versio Thomae *fertur altera.* Igitur φέρει vel φέρεται scriptum legit. ὑγρότητα ἰχωροειδῆ vbi nominat, significat, notam sibi fuisse duplicem albuminis naturam et membranam.

εἰς ὃ τείνει] Vulgatum ἐν ᾧ ex Med. et versione Thomae correxit Camus.

6. φθέγγεται — κινῇ διελὼν] Versio Thomae: *gratillat — si quis molliter diuidens.* Vulgatum ἄν τις κινεῖ ex Med. correxi. Plinius 10. s. 74. *Vicesimo die si mouеatur ouum, iam viuentis intra putamen vox auditur: ab eodem tempore plumescit, ita positus, vt caput supra dextrum pedem habeat, dextram vero alam supra caput. Vitellus paulatim deficit.*

ὅταν ὑπὲρ] Gaza vertit: *quoties vltra vicesimum exclusio protelatur.* Contra Thomas: *quando autem super viginti.* Hic igitur ὅταν δὲ ὑπὲρ scriptum legit. Mihi locus non satis

sanus esse videtur. Quid enim fieri dicas, si exclusio vltra diem vicesimum non differtur? An non plumescit? An ante vicesimum?

λαγόνι] *inguen* versio Thomae. Sequens χοριοειδὴς vulgato χωριώδης substitui bis ex Canis. χοιροειδὴς Med. *locans ymen* Thomae. Deinceps εἰς ὃ ἔτεινεν Junt. Basil. Camot. Paulo post ἐν τούτῳ ἤδη γίνεταί ποτε scriptum vertit Thomas: *et pullus in hoc iam fit tandem*, omisso ὅλος. Med. habet ἐν τούτῳ ἤδη γίγνεται τὸ τέλος. Ad locum hunc illustrandum pertinent verba Harvei p. 89 — 92. vnde haec excerpta ponam. *Absumpto iam primo albumine tenuiore reliquoque crassiore in acutum oui angulum depresso, ex duabus membranis, nimirum albuminis tenuioris et colliquamenti propria, vnica fit, quae tanquam secundina chorion iam apparere incipit, et sensim vitellum totum vna comprehendit, et contractior reddita vitellum simul cum intestinis ad foetum adducit eique coniungit, et ceu sacculo constricto claudit. Prouti magis contrahitur, sensim crassior et carnosior fit, posteaque in scroto dilatato intestina simul cum vitello recondit et sustinet, tandemque breuissima abdomen pulli constituit. Colliquamentum paulatim turbatur, immutatur et absumitur, foetusque supra vitellum decumbit. Absumto fere albumine et exigua iam colliquamenti relicta quantitate per aliquot ante exclusionem dies pullus non amplius natat, vt dixi; albumine penitus consumto paulo ante exclusionem vmbilicus alter, qui in albumina deriuatus erat, obliteratur.*

ἄμφω δ' ἤστην] Med. ἄμφω δή ἐστιν. Deinceps vulgatum χωρίον ex Med. correxi, vbi tamen est scriptum ὁ μὲν ἔξω πρὸς τὸ χορίον. Statim συμπεπτωκότος Med. Canis. Versio Gazae: *compresso iam animante.* Postea vulgatum συναρτεῖται ex Med. correxit Camus, vti fieri voluerant Sylburgius et Casaubonus. *delatus coaptatur* vertit Thomas: idem denique *intus rubeum multum*, quasi τὸ ὠχρὸν πολὺ scriptum legisset. De coniunctione vmbilici cum intestino

tenui haec Nic. Stenonis De vitelli transitu in intestina pulli p. 80. annotauit: *Vasa vtriusque membranae vmbilicos appellat Aristoteles vultque eum, qui vitellum adit, intestino tenui annecti; sed siue abdomen extra propendeat vitellus, siue contrahentibus se sensim abdominis involucris introrsum lateat retractus, peculiarem habet ductum, quo mediante intestino annectitur, vasis sanguineis medium intestinum transcendentibus vtrinque stipatum.*

7. περίττωμα δὲ] Gazae versio additum λευκὸν reddidit, deinceps ἔχει λευκόν τι, verba vero καὶ τὸ ἔξω — ἐγγίγνεται λευκὸν omisit. Med. et Vatic. post verba κοιλίᾳ δ' ἔχει interpungit, deinde pergit λευκὸν δὲ καὶ τὸ ἔξω. Eandem distinctionem et scripturam reddidit versio Thomae, eamque ipse restitui pro vulgata: κοιλίᾳ δὲ ἔχει λευκὸν, καὶ τὸ ἔξω τι. Ceterum χορίον vulgato χωρίον ex Basil. substitui.

καὶ προϊὸν] *vitellus paulatim absumitur totus membrorum haustu* vertit Gaza. Equidem verbum suspectum de vitio habeo. Sequens ἐκκεκολαμμένον δεκαταῖον vulgato ἐκκεκαλυμμένου δεκαταίου substitui, consentiente Casaubono, ex versione Thomae, vbi est: *Quare iam et exclusum decem dierum si quis.* Camus ex Med. Canis. ἐκκεκολαμμένου δεκαταίου dedit. Denique τὸ μεταξὺ dedi ex Med. Vulgo aberat articulus, et οὐδὲν scribebatur, οὐθὲν Medic. Contra V. R. A. καὶ οὐδὲν γίνεται μεταξὺ ἄλλο· περὶ δὲ etc.

ἀναφυσᾷ, ὡς ἀναπνέοντος] Versio Thomae *tanquam simul respirante* ὡς ἅμα πνέοντος expressit. Alberti: *sed in suis oculis et in suo corde propter venas pulsantes inuenitur ampulla eleuata et depressa a spiritu pulsante, quasi sit anhelans.* Reddidit igitur scripturam ἅμα τῷ ὀφθαλμῷ. Vincentius 17, 1148. *inter hoc tempus est quasi dormiens, et eius oculi tremulant, nec vociferatur, et in eius oculis et corde inuenitur ampulla et quasi anhelans.*

8. λεκίθους] Ita pro λεκύθους scripsit Sylburg. Deinceps versio Thomae scripturam ὧν λεπτὴ μὲν τοῦ λευκοῦ διά-

φυσις διείργει τοῦ μὴ reddidit. Pro διάφυσις male V. R. διάθεσις.

ὡς ἐπὶ τούτων] Thomae versio scripturam καὶ ἤδη ἐπὶ τούτων reddidit. Saltem καὶ ἐπὶ τούτων praeferrem. Idem sequens ἐξέλειψε vertit *produxit*. Postea vulgatum οὔρινα correxi, vt sibi constet vbique scriptura.

πλὴν ὅτι] Vulgatum πλὴν ὅσα, male ex antecedente membro repetitum, praeeunte C. Gesnero et Sylbargio correxi. Idem Gesner praeterea ἐγένετο scribi maluit, vt non simpliciter hic de ouis geminis scribat Aristoteles, sed de illius tantum gallinae geminis, quorum historiam hoc in loco recitat, hoc sensu: ex ouis octodecim gallinae cuiusdam omnibus geminis pauca quaedam irrita fuerunt: cetera vero omnia foecunda, nisi quod e geminis pullus alter semper minor fuit et vltimus (alter scilicet minor de ouo postremo excluso vel parto) monstrosus. Haec C. Gesner p. 420. Quam viri egregii suspicionem partim firmat locus Alberti, quem apponam: *Inuenta est apud Macedones gallina, quae octodecim fecit oua, et quando cubauit ea, ex quolibet eorum exiuerunt duo pulli, ita quod 36 produxit pullos ex 18 ouis. Et vnus quidem gemellorum oui frequenter est paruus et alter magnus et perfectus, et multoties contingit paruum monstrosum fieri vel vtrumque.* Is enim aperte πλὴν ὅτι scriptum reddidit. Ceterum postrema de omnibus gemellis interpretatus est etiam Celsus, scriptor rei rusticae, teste Plinio 10. s. 74. *Quaedam*, inquit, *gallinae omnia gemina oua pariunt, et geminos interdum excludunt, vt Cornelius Celsus auctor est, alterum maiorem. Aliqui negant omnino geminos excludi.* Albertus memorat exemplum anseris pulli, *qui duplicis fuit corporis, et habebat duo capita et quatuor pedes et quatuor alas, et coniunctio fuit in dorso, ac si esset dorsum vnum; et quocunque verteretur, erat ac si anser vnus alterum portaret in dorso, ita quod dorsa verterent ad se*

inuicem; quod accidit ex ruptura secundinae, quae distinguere debuit vna gemmam cui ab altera parte dorsi.

CAPVT IV.

φάττα] Thomas *fatga*. Deinceps τρυγὼν δὲ καὶ φάττα· τίκτει δὲ ἡ μὲν περιστερὰ ἐν τῷ ἔαρι V. R. A. sed abhinc V. et R. habent πλεονάκις ἢ δὶς, omissa negatione. Postea πολλὰ V. R. A. πολλοὶ Med. Canis. *multae* versio Thomae.

Τίκτει μὲν οὖν] Vulgato τ. μὲν οὕτως ex versione Thomae substitui. Deinceps καὶ τρὶς ποτε A. et R. Postea vulgatum ἀλλ' ἐξάγει τε καὶ οὐδέποτε δυοῖ πλέον νεοττεύει partim correxit Camus. Ego ex versione Thomae οὐκ ἐξάγει οὐδέποτε dedi. Ibi enim est: *sed non educit vnquam plus quam duos pullos.* Reliqua pars emendationis ducta est ex Reg. δυοῖν πλείω νεοττοῖν Med. νεοττοῖν est etiam in Aldina et Vatic. νεοττοῖ Ambr. Denique *vrium* Thomas ex οὔριον duxit.

φύσει ὠὰ] Ex V. R. A. priorem vocem inseruit Camus. Deinceps ἐνίων malebat Sylburg. Pro μίαν ἡμέραν Thomas dixit *intermittit vna die*. Codices V. R. A. οὐ διαλείπει habent. Scoti versio: *et quando exibit vnus pullus vna die, alius exibit alia die.* Medic. sequens τὰ πολλὰ omisit. Deinceps vulgatum ἐν τῷ θέρει τῆς ἡμέρας ex Med. versione Thomae et Gazae correxit Camus. Athenaeus 9. p. 394. Ἐπωάζει δ' ἐκ διαδοχῆς πᾶν τὸ περιστεροειδὲς γένος.— τίκτει δὲ αἰεὶ δύο, ὧν τὸ μὲν πρῶτον ἄῤῥεν ποιεῖ, τὸ δὲ δεύτερον θῆλυ. Quae repetiit Aelianus V. H. 1, 15.

2. Ἐκλέπεται δὲ] Vulgato τε ex versione Thomae substitui. Albertus: *et primum quidem ouum in vtero completur in septem diebus, et postea fouetur per 14 dies, qui sunt dies 20 et vnus.* Deinceps ἐκτιτρώσκει legit et vertit Thomas: *abortit autem ouum XXI die excludunt et calefaciunt.* Praeterea legit τῇ εἰκοστῇ πρώτῃ· ἐκλέπουσι καὶ συνθερμαίνουσι. Denique ἐπί τινα χρόνον, τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, vulgato ἐπὶ χρόνον τὸν αὐτὸν, ὅνπερ substituit ex

Med. Can. versione Thomae Camus. Versio Scoti: *et mas et femina calefaciunt pullos in vno tempore.* Gaza: *ad certum tempus eodem modo quo oua.* Albertus: *diuisis temporibus.*

ἤδη δέ τινες καὶ ἑνδεκάκις] Ex Med. et versione Thomae tria priora verba addidi. Vatic. ἤδη δέ τις. Gaza: *nonnullae etiam.* Athenaeus: τίκτουσι δὲ πᾶσαν ὥραν τοῦ ἔτους· διὸ δὴ καὶ δεκάκις τοῦ ἐνιαυτοῦ τιθέασιν· ἐν Αἰγύπτῳ δὲ δωδεκάκις. τεκοῦσα γὰρ τῇ ἐχομένῃ ἡμέρᾳ συλλαμβάνει. quae repetiit Aelianus V. H. 1, 15. excepto membro postremo. Denique post μηνῶν verba ὀχεύει καὶ omittunt V. R. A. versio Thomae.

3. φάττας] Thomae *fatgas.* Albertus: *turtures, columbas nigras, quae vehicae dicuntur.* Deinde πτεροῦται vulgato πτεροῦνται substitui ex Mediceo. Verba οὕτως ὥστε καταλαμβάνεσθαι omittunt R. A. οὕτως ὥστε καὶ ῥαδίως μὴ κατ. De aetate palumbis repetit infra 9, 7. vbi est de perdicibus: ζῶσι δὲ καὶ οἱ πέρδικες περὶ πέντε καὶ δέκα ἔτη. vbi vide adscripta cum Plinii versione. Vt vero illo l. co membrum orationis mihi alienum visum est, ita h. l. nomen perdicis suspectum fuit Gesnero p. 296. quod tamen tuetur Plinii versio. Niphus ait referre aliquos, in veríoribus Codicibus πέλειαι legi. Perdicum mentionem cum Scoto omisit Albertus. Denique ἀπονεοττεύουσα Thomas vertit *postquam pullos fecit,* legit igitur ἀπονεοττεύσασα scriptum. Plinius 10. s. 35. *Verius turtur occultatur pennasque amittit: abeunt et palumbes, quonam, et in iis incertum.* sect. 36. *Temporum magna differentia auibus: perennes, vt columbae, semestres, vt hirundines, trimestres, vt turdi et turtures: et quae, cum fetum eduxere, abeunt, vt galguli, vpupae.* Idem 10. s. 74. *Columbae decies anno pariunt, quaedam et vndecies; in Aegypto vero etiam brumali mense. Hirundines et merulae et palumbi et turtures bis anno pariunt; ceterae aues fere semel. — A coitu diebus decem oua maturescunt in vtero.* Idem s. 79. *Columbae*

pariunt fere bina oua. — Palumbes et turtures plurimum terna, neo plus quam bis vere pariunt, atque ita, si prior fetus corruptus est: et quamuis tria pepererint, nunquam plus duobus educunt. Tertium, quod irritum est, vrinum vocant. Palumbes incubat femina post meridiana in matutinum; cetero mas. Columbae marem semper et feminam pariunt, priorem marem, postridie feminam. Incubant in eo genere ambo, interdiu mas, noctu femina. Excludunt vicesimo die. Pariunt a coitu quinto. Quorum pars est ex nostri 6, 8. *τῶν δὲ φαττῶν ἡ μὲν θήλεια ἀπὸ δείλης ἀρξαμένη τήν τε νύκτα ὅλην ἐπῳάζει καὶ ἕως ἀκρατίσματος ὥρας, ὁ δὲ ἄῤῥην τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου.* vbi Codd. quatuor *φαβῶν* habent, versio Thomae *pauorum*, vti 6. cap. 7. pro *φαττῶν* Codd. 4. *φαβῶν* habent, Thomas *flauarum*.

CAPVT V.

Ἡρόδωρος] Vulgatum *Ἡρόδοτος Βρύσσωνος* correxit Bochartus Hieroz. II. libri 2. c. 26. ex libri 9. c. 11. vbi est: *Γυπὸς δὲ, λέγεται ὑπό τινων, ὡς οὐδεὶς ἑώρακεν οὔτε νεοττὸν οὔτε νεοττιὰν, ἀλλὰ διὰ τοῦτο Ἡρόδωρος ὁ τοῦ Βρύσωνος τοῦ σοφιστοῦ πατὴρ ἀπό τινος αὐτὸν ἑτέρας εἶναι μετεώρου γῆς ἔλεγεν.* Gaza ibi Herodotum nominat, vt h. l. Sed Editio Leon. et Camotiana vtrobique *Ἡρόδωρος* habet. Antigonus c. 48. ex isto loco *Ἡρόδωρον τὸν Βρύσωνος τοῦ σοφιστοῦ* retulit, ad quem locum Jo. Beckmann Herodori nomen vindicare studuit, de quo postea plura dicam. Versio Thomae *Erodorus*, Gazae *Brysonis* habet. *Βρίσσωνος* Ambr. *Ἀρίσσωνος* Vat. Reg. *arotimis sophista* Scoti versio. *Arotinius poëta asserit, quod vultur in graecia non pullificat, sed quod venit ab alia terra remota,* Albertus.

ἀφ' ἑτέρας — ἀδήλου] Vulgatum *ἐφ' ἑτέρας — ἀδήλους* correxit Camus cum Casaubono ex Canis. *ἀφ'* est in Med. *ἀδήλου* praeter Scaligerum reponi voluit etiam Bochartus l. c. Versio Thomae: *ab alia terra inmanifesta.* Alberti: *ab alia terra remota.* Deinde *νεοττείαν* Thomas *nidum* ver-

tit, et malim νεοττιάν. Infra 9, 11. post verba antea posita est: τεκμήριον τοῦτο λέγων, καὶ τὸ φαίνεσθαι ταχὺ πολλούς. Equidem h. l. scribendum censeo τοῦτό τι λέγων.

χαλεπὸν μὲν ἰδεῖν] Ex versione Thomae μὲν necessarium inserui. Sequens μᾶλλον pro μόνον posui ex Med. et versione Thomae. Vulgatum reddit Albertus. ἐκκεντήσῃ Thomas eruat vertit. A sensu aberrauit Albertus ita: quod si quis perforauerit oculos eorum, antequam aperiant eos, oculi iterum reuertuntur et consolidantur. Antigonus c. 106. ex h. l. retulit: τῶν δὲ χελιδόνων τοὺς νεοττοὺς ἐάν τις ἐκτυφλώσῃ, πάλιν βλέπειν. Rem eandem de pullis hirundinum et serpentibus narrauit noster supra 2, 17. Ceterum Codd. R. A. habent h. l. τῶν ἂν τις ἔτι νέων ὄντων τὰ ὄμματα — καὶ βλέποντες ὕστερον. Aelianus H. A. 17, 20. Ἀριστοτέλης λέγει γίνεσθαι ἐν Σάμῳ λευκὴν χελιδόνα· ταύτης γε μὴν ἐάν τις κεντήσῃ τοὺς ὀφθαλμούς, γίνεσθαι μὲν αὐτὴν παραχρῆμα τυφλήν, μετὰ ταῦτα δὲ ἐξομματοῦται καὶ τὰς κόρας λελάμπρυνται, καὶ ἐξ ὑπαρχῆς ὁρᾷ, ὥς ἐκεῖνός φησι. Sed is male compegit in vnum fabulam de alba Sami hirundine, de qua praeter Heraclidem in annotatione laudatum narrat Antigonus c. 132. De re ipsa vide annotata ad Aeliani H. A. 6, 47. p. 169. et locis ibi positis adde Kerkring Spicileg. Anatom. p. 100. Blumenbach Specim. Physiolog. animal. frigidi sanguinis p. XXXI. Ceterum argumento eodem vsi alii fabulam diuersam de generatione vulturum commenti sunt, quam narrat auctor θαυμασίων ἀκουσμάτων c. 61. οὗτοι δ' εἰσὶν ἄγονοι· σημεῖον δὲ τοῦτο, διότι νεοττιὰν οὐδεὶς ἑώρακε γυπὸς μεγάλου. Herodori narrationem ante oculos habuit Plutarchus Romuli c. 9. Ἡρόδωρος δὲ ὁ Ποντικὸς ἱστορεῖ καὶ τὸν Ἡρακλέα χαίρειν γυπὸς ἐπὶ πράξει φανέντος. — ὁ δὲ γὺψ σπάνιόν ἐστι θέαμα, καὶ νεοσσοῖς γυπὸς οὐ ῥᾳδίως ἴσμεν ἐντετυχηκότας· ἀλλὰ καὶ παρέσχεν ἐνίοις ἄτοπον ὑπόνοιαν, ἔξωθεν αὐτοὺς ἀφ' ἑτέρας τινὸς γῆς καταίρειν ἐνταῦθα τὸ σπάνιον καὶ μὴ συνεχές. Eadem repetit idem Quaest.

Roman. c. 93. εἰ λέγει ἀληθῶς Ἡρόδωρος, ὅτι πάντων μάλιστα γυπῶν ἐπὶ πράξεως ἀρχῇ φανέντων ἔχαιρεν Ἡρακλῆς ἡγούμενος. Idem Thesei cap. 25. de Thesei et Herculis expeditione contra Amazonas testem citat Φερεκύδην, Ἑλλάνικον καὶ Ἡρόδωρον. De Generat. noster 3, 6. τὸν τρόχον Ἡρόδωρος ὁ Ἡρακλεώτης δύο αἰδοῖα ἔχειν ἄρρενος καὶ θήλεος. In Rhetor. 3, 2, 13. ὡς ἔφη Βρύσων sine variatione legitur. Ὁ Βρύσων auctor quadraturae circuli nominatur Elencher. Sophistic. c. 11. Analytic. poster. 1, 9. Postremo loco accedat interpretatio Plinii 10. s. 7. *Vulturum — nidos nemo attigit: ideo etiam fuere, qui putarent illos ex aduerso orbe aduolare; falso. Nidificant enim in excelsissimis rupibus. Fetus quidem saepe cernuntur, fere bini.*

CAPVT VI.

ἐν τοῖς λεγομένοις] Ita pro ἐπὶ ex Med. Reg. et versione Thomae scripsit Camus, vt fieri voluit Sylburg. Albertus: *quod dicit Melissus in libro suo animalium.* Deinceps ἐν δὲ λεπίζει V. R. A. curat versio Thomae. Plutarchus Marii c. 36. ἐλλεβάζει habet. Postea ἀχθόμενος τῆς ἐδωδῆς Medic. Plinius 10. s. 4. *nidificant in petris et arboribus: pariunt et oua terna: excludunt pullos binos; visi sunt et tres aliquando. Alterum expellunt taedio nutriendi.*

ἄπαστος] ἀσπαστὸς Aldina, Canis. ἀπάετος Junt. Camotiana, Bas. Reg. χρόνῳ τῷ αὐτῷ ἐπάετος Med. *nam et degenerare et hebescere aquila dicitur eo tempore, vt fetus ferarum rapere non queat, nomenque hinc exacti, hoc est degenerantis aquilae, accipit*, versio Gazae. *dicitur in tempore eodem extra genus aquilae fieri, cum non rapiat*, Thomae. *et dicitur, quod in isto tempore multum debilitatur*, Scoti. *quod in tantum debilitatur cubando, quod non potest venari pullos aliarum auium, qui sufficiant tribus*, Alberti. Plinius: *quippe eo tempore ipsis cibum negauit natura, prospiciens ne omnium ferarum foetus raperentur*, ex quo loco duxit Sylburgius ἄπαστος, quod se-

cutae Edd. posuerunt. Ineptam Pauwii rationem vide, si lubet, in annot. ad Horapollinem p. 397. Mihi vnice placet *ἄπαγρος*, quod Hesychius interpretatur *ἀτυχὴς περὶ τὰς ἄγρας*.

διαστρέφονται] Med. *διαφέρονται*, vnde versio Thomae *differunt*. *αὐτῷ διαστρέφονται* Vatic. *incuruantur vngues* Albertus. Antigonus c. 107. *τὸν δὲ ἱέρακα τρία μὲν τίκτειν, αὐξανομένων δὲ τῶν νεοττῶν ἐκλέγειν τὸν ἕνα· οὐ γὰρ δύνασθαι τρέφειν διὰ τὸ τὸν χρόνον τοῦτον τοὺς ὄνυχας αὐτοῦ διαστρέφεσθαι, καὶ μηθὲν ἁρπάζειν, τὸν δὲ πλανηθέντα τὴν φήνην ὑποβάλλεσθαι.* Pro *φήνη* Albertus *kym* habet, addens: *arabice autem cekar vocatur, quam Auicenna vocat kabin.* Plinius: *Vngues quoque earum inuertuntur diebus iis, albescunt inedia pennae, vt merito partus suos oderint. Sed eiectos ab his cognatum genus ossifragae excipiunt et educant cum suis. Verum adultos quoque persequitur parens et longe fugat, aemulos scilicet rapinae.*

2. *Ἐπωάζει δὲ*] Ex versione Thomae addidi *δὲ*, quod etiam Camus inseruit, omissum in Sylburgiana eamque secutis Edd. Deinceps *χηνὸς καὶ ὠτίδος* Med. *anser et cycnus* nominantur Alberto. *ἱέρακι* Thomae *accipitri.* Plinius 10. cap. 60. *Aquila tricenis diebus incubat, et fere maiores alites; minores vicenis, vt miluus et accipiter. Singulos fere parit, nunquam plus ternos.* De otide supra alia memorauit 2, 17. et infra 9, 33. Otidem Aristotelis nomen accepisse a cristae genere, quod habet species Arabica *Houbara* vocata, eamque proprie intelligendam esse, cum Buffono statuit Camus Comment. p. 601. De moribus totius generis dictum ad Friderici II. Artem venandi p. 9. De Arabica narrat Xenophontis Anabasis 1, 5, 2. de Libyca Synesii Epist. 4. p. 167. *ὄρνεον ἐκτόπως ἡδύ· ἰδὼν ἂν ἄγροικος εἴποι ταών.* vbi *ἡδὺ* non ad gustus suauitatem, sed ad formae amoenitatem referendum videtur, qua fere ad pauonem accedit.

αἰτώλιος] Reg. ἐγωλίος. Vulgatam habet Venetus et Med. Versio Thomae *ecolius*: in Lipsiensi *ecollius*: Scoti *alguneus*: Gazae *aetolius*. Plinius 10. c. 60. *is qui aegolios vocatur, quaternos parit: coruus aliquando et quinos: incubant totidem diebus*. Albertus ita: *auis autem rapax, quae graece agulaeos, latine autem egonus vel egetinus vocatur*. vbi ex Codice scripto *egythinus* posuit Camus Notit. VI. p. 453. qui Scoti haec verba posuit: *et animal, quod dicitur elgimeus* (alii Codd. *alguneus*, *agulneus*, *agluneus*, *arculneus*) *forte pullificabit quatuor pullos*.

3. εὔτεκνοι] *industriae circa alimentum* versio Thomae, quae scriptum εὔτεχνοι reddidit. Plinius 10. s. 3. *Sex aquilarum genera. Melanaetos a Graecis dicta eademque valeria, minima magnitudine, viribus praecipue, colore nigricans, sola aquilarum fetus suos alit: ceterae, vt dicemus, fugant, sola sine clangore, sine murmuratione. Conuersatur autem in montibus. Secundi generis pygargus in oppidis mansitat et in campis, albicante cauda.*

θρέψαντες οὐδεμίαν] Ita pro ἐκλέψαντες ex Med. Camus. Deinceps αὕτη δὲ pro γὰρ ex Med. Vat. dedit idem, ac postea πετομένων ex Med. Canis. et versione Thomae, vbi est *etenim iam volantibus cibat vix volantes*. Scotus vertit: *et quando volant sui pulli*. Albertus: *volat enim cum eis et dat eis cibum*. Antigonus c. 108. καὶ τὸ ὅλως ἐπιεικῶς τοὺς γαμψώνυχας, ὅταν θᾶττον οἱ νεοττοὶ δύνωνται πέτεσθαι, ἐκβάλλειν, πλὴν τῆς κορώνης· ταύτην δὲ καὶ πετομένους ἐπί τινα χρόνον ψωμίζειν. vnde πετομένη — παραπετομένους vulgatum correxi, ita vt fieri voluit etiam Pauw ad Horapollinem p. 395. Plinius 10. c. 12. *Sola haec* (cornix) *etiam volantes pullos aliquamdiu pascit. Caeterae omnes ex eodem genere pellunt nido pullos ac volare cogunt, sicut et corui: qui ipsi non carne tantum aluntur, sed robustos quoque fetus suos fugant longius.* Albertus expertus affirmat, asturem et speruerium pullos volantes adhuc fere per mensem cibare.

Superest vt de miluo ἰκτίνῳ disputemus. De eo noster 8, 3. vbi post aquilas nominantur ἰκτῖνοι καὶ ἱέρακες. 2, 15. οἱ δὲ ἅμα πρὸς τῷ ἥπατι καὶ τοῖς ἐντέροις (ἔχουσι τὴν χολὴν), οἷον ἱέραξ καὶ ἰκτῖνος. 9, 1. coruus et ἰκτῖνος inimici dicuntur, fortior vero miluus, contra amici dicuntur ἰκτῖνος, ἅρπη, πίφηξ ibidem. 8, 16. latitare dicuntur hirundines et ἰκτῖνοι, et iam visi esse exeuntes e latebris, ὅταν φαίνωνται τὸ πρῶτον. In Aristophanis Auibus versu 501. veris indices adorantur ἴκτινοι; sic enim scriptum vocabulum ibi legitur et in Suida sub voc. προκυλινδεῖσθαι et ἴκτινος. Versu 714. clare indicatur, ante hirundinem miluum apparuisse in Attica, cum oues vere tonderentur: ἴκτινος δ' αὖ μετὰ ταῦτα φανεὶς ἑτέραν ὥραν ἀποφαίνει, ἡνίκα πεκτεῖν ὥρα προβάτων πόκον ἠρινόν· εἶτα χελιδὼν etc. Etymologicum M. eandem scripturam probat, et ex Aristophane fragmentum posuit hoc: ἴκτινα παντόφθαλμον ἅρπαγα τρέφων. Formam eandem habet Julianus in Misopogone p. 366. vbi fabulam respicit aliquam hodie ignotam: τὸν ἴκτινα ἐπιθέσθαι τῷ χρεμετίζειν, ὥσπερ οἱ γενναῖοι τῶν ἵππων, εἶτα τοῦ μὲν ἐπιλαθόμενον, τὸ δὲ μὴ δυνηθέντα ἑλεῖν ἱκανῶς, ἀμφοῖν στέρεσθαι καὶ φαυλότερον τῶν ἄλλων ὀρνίθων εἶναι τὴν φωνήν. quem locum excerpsit Suidas in ἴκτινος, sed mutilum. In Aeliano H. A. 1, 35. et 2, 47. libri scripti inter ἴκτινες et ἰκτῖνοι variant. Ceterum digna est annotatione imitatio hinnitus in voce ἰκτίνου, quam fabula illa apud Julianum narrat. Similem vocem auis ἄνθου annotauit Aristoteles, de qua alibi videbimus.

Reliquus est αἰγώλιος, quem ad nocturnas aues et rapaces pertinere docet locus infra 8, 3. ἔτι δὲ ἐλεὸς καὶ αἰγώλιος καὶ σκώψ. τούτων δὲ ὁ μὲν ἐλεὸς μείζων ἀλεκτρυόνος, ὁ δὲ αἰγώλιος παραπλήσιος, ἀμφότεροι δὲ θηρεύουσι τὰς κίττας. πάντα δὲ ταῦτα τρία ὄντα ὅμοια τὰς ὄψεις καὶ σαρκοφάγα πάντα. 9, 17. αἰγωλιὸς post crecem et sittam memoratur: ἐστὶ νυκτινόμος καὶ ἡμέρας ὀλιγάκις

φαίνεται καὶ οἰκεῖ οὗτος πέτρας καὶ σπήλυγγας. ἔστι γὰρ δίθαλος, τὴν δὲ διάνοιαν βιωτικὸς καὶ εὐμήχανος. Sequitur ibi de certhio, ardeis et turdis. In quo loco miror, si singulariter Philosophus inter longe minores et diuersas genere aues solum rapacium nocturnarum αἰγώλιον memorauit eundem, de quo in superioribus dixerat. Praeterea vox δίθαλος hoc vno in loco obuia dubiam habet significationem. Gaza vertit *rictus enim gemini est.* Camus: *elle s'y plait également.* Sed ecce versio Thomae *diuaricata* habet; itaque δίχαλος videtur scriptum legisse, quod in superioribus vbique Codices pro vulgari δίχηλος habent. Quae si vera lectio fuerit, tum plane suspicio mea de diversa aue firmari videretur. 9, 1. est: τὸν δὲ κόλαριν ὁ αἰγωλιὸς καὶ οἱ ἄλλοι γαμψώνυχες κατεσθίουσιν. vbi Alberto αἰγωλιὸς est *colyeus genus accipitris parui*, κόλαρις vero *balarcheos species passeris.* Cod. Med. Reg. κάλαριν, Ambr. κλάριν habent, versio Thomae *calapym.* Similiter nostro loco post ἴκτινον et ἱέρακα memoratur αἰγώλιος. Hinc, puto, factum est, vt Camus sequeretur vulgarem opinionem, quae miluum nigrum facit aetolium et diuersum ab αἰγωλίῳ. Sed temere in versione adeo posuit: *Le milan qu'on appelle aetolien.* Is enim scripturam αἰτώλιος retinuit. Induxit virum doctum versio Gazae, qui plurali numero: *Pariunt milui* — tum subiicit: *sed qui aetolius nuncupatur.* In hoc certe loco nulla erat caussa, cur quem Codices etiam scripti αἰγώλιον nominant cum Plinio diversum faceret ab aue nocturna ea, quam ipse cum aliis gallice *Chouette* appellari censet. Accedit locus Artemidori 4, 58. (56. in nupera Editione), qui nocturnas aues ponit γλαῦξ, νυκτικόραξ καὶ αἰγώλιος καὶ κορώνη. Paulo antea inter rapaces et ἐπιβούλους nominantur ἴκτινος καὶ ἀλώπηξ. Ibi igitur recte quidem nuperus Editor cum Toupio vulgatum αἰπόλιος correxit, sed lectorem admonere debebat, vitiosam lectionem hinc transiisse in Suidae Lexicon sub voce ἐπόλιος et ἡμερινά. Miror etiam, viros doctos inter

nocturnas aues *κορώνην* ferre potuisse. Idem Artemidorus 3, 65. nocturnas aues has nominat in antiquioribus editionibus: *γλαὺξ, ἐλεός, ῥύαξ, αἰπολιὸς, σκὼψ*. Codex Venetus habet *γλαὺξ, ἐλαιὸς, βρύαξ, ἀπόδιος, σκὼψ, νυκτικόραξ*, sed secundum et quartum cum nota vitii. Recta nomina ex nostri loco 8, 3. restituit nuperus Editor.

CAPVT VII.

κόκκυξ] Thomae *Cochis*, quocum post *ἱέρακος* vulgo intersertam copulam *καὶ* omisi. Sequens *ὅταν θᾶττον* inepte Thomas vertit: *cum tempestiuius clamauerit*. Recte Gaza: *cum primum vocem emisit*. Postea *καὶ ὁ κόκκυξ γαμψώνυχος* Vatic. Reg. sed in Regio addita fuit negatio.

μᾶλλον ἢ ἱέρακι· ἀλλὰ κατὰ] Ita vulgatum *μᾶλλον· ἀλλ' ἢ κατὰ* correxi ex Med. Verum *ἀλλὰ* ex Med. et Canis. adsciuit etiam Camus. *sed secundum colorem assimilatur solum*. Accorambonus scribi volebat: *ἀλλ' ἄμφω ταυτὰ περὶ στέρνα μᾶλλον, ἀλλ' ἢ κατὰ τὸ χρῶμα*, interpretatus ita: *sed ambo eadem circa pectus tantum. solummodo tamen in colore est similis*. Addit: *Ita textus debet stare, non περιστερᾷ: in nulla enim parte hae aues sunt similes columbae, sed in pectore ambae hae sunt similes*. Vide hominis inscitiam. Sed vitium scripturae eum induxit in errorem. *ἄμφω ταῦτα* sunt *τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν* (i. e. rostrum) et *τὰ περὶ τοὺς ὄνυχας*, vel rostrum, quas partes cuculus similes magis columbis quam accipitri habet. Recte locum vertit Gaza.

2. *χρόνον τοῦτον*] Vulgato *τοῦτο* ex emendatione Sylburgii substituit tacitus Camus. Deinceps *ἀπὸ ἱέρακος* ex Med. dedit Camus, temere. Debebat potius vulgatum *ὁμοιογενῶν* ex Canis. et versione Gazae corrigere. Infra 9, 49. *μεταβάλλει δὲ καὶ ὁ κόκκυξ τὸ χρῶμα, καὶ τῇ φωνῇ οὐ σαφηνίζει, ὅταν μέλλῃ ἀφανίζεσθαι· ἀφανίζεται δὲ ὑπὸ κύνα. φανερὸς δὲ γίνεται ἀπὸ τοῦ ἔαρος ἀρξάμενος μέχρι κυνὸς ἐπιτολῆς*. vbi Thomas vertit *σαφηνίζει vocem non*

prodit. Albertus habet ibi: *Gugulus autem mutat vocem suam, quod non multum vociferat in fine autumni, quoniam iam cito vult latere.*

νεοττοὺς δὲ] Fuit qui scribendum coniiceret *νεοττιὰν*, quam suspicionem statim sequens *ὁ δὲ τίκτει μὲν* etc. reprobat. Similis tamen est locus Alberti: *Et pulli quidem gugulorum nunquam inueniuntur in nidis propriis:* sed is sequentia deprauauit interpretando. Sequens *νεοττείαν* malim in *νεοττιὰν* mutatum, et sic, vbi vocabulum hic redit.

φαττῶν] V. R. A. *φαβῶν*, in Reg. tamen correctum. *φλάβων* Med. *fluuarum* versio Thomae. Deinceps vulgatum *ὑπὸ τῇ τῆς* ex versione Thomae correxi, vbi est *in nido ypolaidis. kypolaidis autem parit et enutrit.* Ita iam olim correxerat Sylburg. *ὑπὸ τὴν — νεοττείαν· ἡ δὲ ἐκπέπτει* ex Reg. dedit Camus. Temere. Med. habet: *τίκτει δὲ καὶ τῇ τῆς — νεοττείᾳ μάλιστα. γίγνονται δὲ καὶ τῶν ἱεράκων.* Noster de Gener. 3, 1. *οὐδεὶς γὰρ μονοτόκος ὄρνις πλὴν ὁ κόκκυξ· καὶ οὗτος ἐνίοτε διοτοκεῖ.* Postrema ita vertit Albertus: *Inuenitur autem genus vnum accipitrum, quod nidum suum facit in locis valde altis inaccessibilibus.* Antigonus h. l. excerpsit cap. 109. ita: *κόκκυγος δὲ νεοττοὺς οὐδένα ἑωρακέναι· τίκτειν γὰρ αὐτὸν οὐκ ἐν τῇ ἰδίᾳ νεοττείᾳ, ἀλλ' εἰς τὰς τῶν ὀρνιθίων, ἢ εἰς τὰς τῶν φαβῶν ἢ ὑπὸ δυαιδεων (ὑπολαΐδων) εἰσπετόμενον, ὅταν καταφάγῃ τὰ προϋπάρχοντα ᾠά.* vbi male *πρὸς ὑπ.* edebatur, contra fidem Codicis nuper a Bastio inspecti. Antigonus videtur in suo libro scripturam habuisse talem, qualem ex versione Alberti supra apposui, minime tamen probabilem. Auctor Mirabilium c. 3. nescio vnde duxerit sua; ait enim: *τοὺς κόκκυγάς φασι τοὺς ἐν Ἑλίκῃ, ὅταν μέλλωσι τίκτειν, μὴ ποιεῖν νεοττιὰν, ἀλλ' ἐν ταῖς φαττῶν ἢ ταῖς τῶν τρυγόνων ἐντίκτειν.* Cetera nostri loco simillima sunt. Vnde loci nomen duxerit, ignoratur; est vero inepte additum, quasi natura auis cum locis varietur. Sed est acutissima vene-

randi Heynii coniectura, scriptorem istum alicubi κόκκυγας τοὺς ἐν ἡλικίᾳ scriptum legisse, atque inde quasi somniantem ἐν Ἑλίκῃ effecisse. Superest locus nostri supra 6. c. 1. ὁ δὲ κόκκυξ καὶ ἐν οἰκίᾳ νεοττεύει καὶ ἐν πέτραις. ad quem locum ne verbulum quidem annotauit Camus, sed securus in Commentario p. 253. geminum cuculi genus ex Aristotele protulit, quorum alterum in domibus et petris nidum construat, alterum vulgare, quod in alienis nidis oua deponat. Sed iam olim eximius ille Conr. Gesner vitium loci postremi vidit p. 350. et reponi κόττυφος iussit. Albertus etiam in isto loco haec habet: *cycnus autem albus, qui et olor vocatur, nidificat in domibus, quando est domesticus, et in lapidibus iuxta aquas.* Quae quanquam interpretatio sit absurda, tamen ostendit, aliud nomen auis isto in loco scriptum interpretem Arabem legisse et vertisse. Sed affert alterius generis cuculi testem et cognitorem alterum locum nostri hunc ipsum, in quo sagacitas acutissima hominum nunquam profecto reperisset. En tibi versionem gallicam extremi membri huius capitis: et vide, an cognitor iste tibi satis locuples videatur: *Il y a un autre espece de coucou, qui fait son nid au loin dans des roches escarpées.* O supinam hominis socordiam, qui non viderit, ad proximos ἱέρακας referri pronomen αὐτῶν, nec omnino ad cuculum referri posse, qui singulari numero nominatur vbique, nec plurali poterat dici, cum Aristotelico more loquendi genus sit auium singulare et vnicum, nec species plures, vt columbaceum genus, comprehendat. Loquor de auibus Graeciae et Asiae Philosopho notis. Est tamen in Europaeis regionibus geminum genus cuculi, magnitudine et colore diuersum, quod nostras regiones non adeo frequenter habitat, sed potius transire videtur. De quo antequam tradam, iuuat apponere locum Plinii, qui pleraque omnia ex Aristotele transtulit. Is igitur libri 10. s. 11. ita: *Coccyx ex accipitre videtur fieri, tempore anni figuram mutans, quoniam tunc non apparent reliqui, nisi*

perquam paucis diebus: ipse quoque modico tempore aestatis visus non cernitur postea. Est autem neque aduncis vnguibus solus accipitrum, nec capite similis illis, neque alio quam colore, ac rictu columbi potius. Quin et absumitur ab accipitre, si quando vna apparuere: sola omnium auis a suo genere interempta. Mutat autem et vocem: procedit vere, occultatur caniculae ortu, semperque parit in alienis nidis, maxime palumbium, maiori ex parte singula oua, quod nulla alia auis, raro bina. Causa subiiciendi pullos putatur, quod sciat se inuisam cunctis auibus: nam minutae quoque infestant: ita non fore tutam generi suo stirpem opinatur, ni fefellerit; quare nullum facit nidum, alioqui trepidum animal. Educat ergo subditum adulterato fetu nido. Ille auidus ex natura praeripit cibos reliquis pullis, itaque pinguescit, et nitidus in se nutricem conuertit: illa gaudet eius specie miraturque sese ipsam, quod talem pepererit: suos comparatione eius damnat, vt alienos, absumique etiam se inspectante patitur, donec corripiat ipsam quoque iam volandi potens. Nulla tunc auium suauitate carnis comparatur illi. Primum eligam ea loca, quae varietatem lectionis aliquam continere videntur aut scripturam a nobis receptam confirmant. Statim igitur *ὁμογενῶν* nostrum firmant illa, *a suo genere interempta.* Deinde libri 9. c. 49. *μεταβάλλει τὴν φωνὴν καὶ οὐ σαφηνίζει* cum Arabe interprete legisse scriptum videtur, vbi ait *mutat autem et vocem.* Deinde quod ait *donec corripiat ipsam quoque iam volandi potens*, aut ex errore Plinii aut varia lectione verborum: *ὡς καὶ ἀποκτείνασα ἡ τρέφουσα δίδωσι καταφαγεῖν,* aut illorum: *οἱ δὲ κρείττω ὄντα ἀποκτιννύναι συντρεφόμενον αὐτοῖς,* ortum habet. Forte in loco postremo scriptum legit: *τὴν τρέφουσαν αὐτόν.* Nunc reliqua videamus, in quibus multi et grauissimi errores haeserunt, de quibus iam olim et Dalecampius et Pintianus monuerunt, omnes vero tacuit vel abscondere conatus est Harduinus et Broterius. Primum

esse debebat: *mutante, quoniam non apparet nec reliqui.* Deinde debebat esse: *nec similis illis alio quam colore, capite ac rictu columbi potius.* Aliam emendandi rationem ingressi sunt viri docti antea nominati. Praeterea *sumitur ab accipitre*, postea *minutas quoque infestant* ediderunt Harduinus et Broterius, cum veram scripturam recte iam alii restituissent. Jam addo locum Alberti de gemino cuculo. Is est p. 71. b. editionis Venetae: *Est autem quoddam genus auium compositum ex duobus auium generibus, sicut gugulus maior et minor. Maior enim gugulus componitur ex asture et palumba, quoniam rostrum et pedes habet similes palumbo, et ceterum corpus simile est asturi, nisi quod varietas pennarum in gugulo habet maculas nigras quasi rotundas, in asture autem sunt lineae nigrae, et in volatu etiam asturi: et haec auis graece kakakoz ab imitatione vocis vocatur. Aliquando enim quum coniungit voces, triplicat eas, et tunc profert sonum kakakoz, latine autem vocatur gugulus maior. Minor autem gugulus componitur ex columba et speruerio habens rostrum et pedes columbae, et cetera corporis membra et volatum similia speruerio: propter quod vulgi opinio fabulatur, gugulum maiorem aliquem esse asturem et e conuerso; licet hoc sit falsum. Causa autem dicti est, quod gugulus vterque occultatur in hieme, et in illo tempore raro etiam apparet astur et nisus qui speruerius vocatur, et in aestate apparet vtraque auis. Sed accipiter quis siue astur est curuorum vnguium, sed non kakakoz; neque in capite assimilatur accipitri, sed potius in duobus his videtur similis columbae, sed in colore assimilatur accipitri, nisi quod in aliis accipitris nigrae sunt lineae et in kakakoz sunt maculae quasi rotundae. Sed sua magnitudine et suo volatu gugulus vterque assimilatur accipitri magno et paruo, hoc est asturi et niso.* Alterum locum de gemino cuculo apposui infra ad 9. c. 29. vbi reperies simul haec verba: *Hoc autem apud nos non dicitur de gugulo, sed de cornicula, in cuius*

nido ouat ea auis, quae similis est asturi. Vnde apparet, fabulam vulgi iam tum increbuisse de genere aliquo accipitrum cuculi instar oua in nido corniculae deponente, quam nostra memoria reuocauit *Orphal* in libro Erfordiae 1805. edito p. 78. cui titulus *Ornithologisches Handbuch für Forstmänner und Gartenfreunde.* Inter primos geminam speciem maiorem et minorem descripsit *Bechstein*, postea obseruationem alii firmarunt et auxerunt. Intelligit autem Albertus asturis nomine Falconem palumbarium Linnaei, *l'autour* Buffoni, nisi vero vel speruerii Falconem nisum Linnaei. Nostri illum *Stockfalk*, hunc *Sperber* appellant. Vterque sibi inuicem forma et moribus similis, ille vero haud paulo maior est.

CAPVT VIII.

τὰ ἄῤῥενα τοῖς θήλεσι] Vulgatum τὸν ἄῤῥενα ex Reg. correxit Camus, praeeunte Sylburgio et Casaubono. Sed ille praeterea τὰς θηλείας malebat, cum non meminisset Xenophontem Cyrop. 8, 6, 15. dixisse similiter τῷ ἡμερινῷ ἀγγέλῳ τὸν νυκτερινὸν διαδέχεσθαι. Sequens τὰ δὲ τοσοῦτον vulgato τὸ δὲ ex Med. substituit Camus, consentiente Thomae versione et Gazae.

ἀπολείπει] Intellige τὰ ᾠὰ cum Sylburgio. Male Thomas vertit *deest.* Sequens διαμένουσι ex Med. et versione Thomae inserui; contra Camus ex Reg. dedit ἐφεδρεύουσι. *et perseuerant semper insidentes* vertit Thomas, qui pro πόαν *qualem*, igitur ποίαν, reddidit.

2. κορωνῶν] Albertus *coruorum nigrorum* vertit. Ad sequens ἐπ' αὐτῶν repete ᾠῶν ex verbo ἐπωάζουσι. Deinceps vulgato φαττῶν ex Med. V. R. A. substitui φαβῶν. Versio Thomae *pauorum* habet. *baryez* Albertus, *id est palumbes* addens.

ἀκρατίσματος] *ientaculi* Gaza vertit, *vsque ad tempus clarae diei* Thomas. Sequens σηκοὺς *receptacula* Gaza, *cumulos* Thomas vertit. De nidis columbarum ponunt

Geoponica 14, 6. Deinceps vulgatum ἐκπέμπει ex Med. mutaui in ἐκτρέφει. Versio Thomae *enutriens excludit* scripturam ἐκτρέφων ἐκλέπει reddidit. Contra Albertus: *et cum exiuerunt pulli, vterque sollicitatur de eis, quos ipse cubauit.* Narrationem de perdicum nidis variauit noster verbis infra 9, 8, 2. quae male cum Plinio et Aeliano interpretati sunt etiam recentiores, vt ibi demonstrabitur.

αὐτοὺς ὁ ἄῤῥην] Cum Codd. et versione Thomae ὁ ἄῤῥην omisit Camus, quanquam sententia ita truncata. Sylburgius αὐτὸς ὁ ἄῤῥην malebat. Basil. editio transposuit, et dedit ὁ δὲ ὁ ἄῤῥην ταώς. Versio Alberti habet: *postea illis adultis iterum mas coit cum femina.* Videtur is scripturam αὖθις ὁ ἄῤῥην reddidisse. Idem noster infra 9, 7. narrat de columbis: ὅταν δ᾽ ἐκ τῆς νεοττίας ἐξάγειν μέλλῃ, πάντας ὁ ἄῤῥην ὀχεύει. Antigonus cap. 110. hunc locum ita excerpsit: τοὺς δὲ πέρδικας ποιεῖσθαι σηκοὺς τῶν ᾠῶν καὶ ἐπωάζειν καὶ τρέφειν ἑκατέρους· καὶ τοὺς νεοττοὺς ὅταν πρῶτον ἐξαγάγωσιν, ὀχεύειν αὐτούς. vt sensum plane peruerteret. Ceterum Plinius ex hoc capite haec particulatim excerpsit, libro 10. s. 79. *Palumbes incubat femina post meridiana in matutinum, cetero mas. — Columbae incubant ambo, interdiu mas, noctu femina. — Anseres incubant feminae tantum tricenis diebus, si vero tepidiores sunt, viginti quinque. — Cornicem incubantem mas pascit.*

CAPVT IX.

τριετὴς] Plinius 10. s. 79. *Pauo a trimatu parit; primo anno vnum aut alterum ouum, sequenti quaterna quinaue, ceteris duodena, non amplius: intermittens binos dies ternosue parit, et ter anno, si gallinis subiiciantur incubanda. Mares ea frangunt desiderio incubantium. Quapropter noctu et in latebris pariunt aut in excelso cubantes.— Partus excluditur diebus ter nouenis aut tardius tricesimo.*

ἐν οἷς — ἀπολαμβάνει] Ex vocabulo τριετὴς repete ἔτεσι, vt Capite antecedente ᾠὰ repetendum fuit ad ἐπ᾽ αὐτῶν ex

antecedente ἐπωάζειν. Athenaeus 9. p. 379. ex h. l. haec excerpsit: ὁ ταὼς, φησὶν Ἀριστοτέλης, σχιδανόπους ἐστὶ καὶ ποιολόγος, καὶ τίκτει τριετὴς γενόμενος, ἐν οἷς χρόνοις καὶ τὴν ποικιλίαν τῶν πτερῶν λαμβάνει. ἐπωάζει δὲ ἡμέρας πρὸς τριάκοντα. τίκτει δὲ ἅπαξ τοῦ ἔτους ὠὰ δώδεκα, ταῦτα δὲ οὐκ εἰσάπαξ, ἀλλὰ παρ' ἡμέρας δύο· αἱ δὲ πρωτοτόκοι ὀκτώ· τίκτει δὲ καὶ ὑπηνέμια ὠὰ, ὡς ἡ ἀλεκτορίς· οὐ πλείω δὲ τῶν δύο· ἐκλέπει δὲ καὶ ἐπωάζει, καθάπερ ἡ ἀλεκτορίς. Vides ipsum non verba singula adnumerasse, sed sensum eorum reddidisse. Male tamen λαμβάνει dixit pro ἀπολαμβάνει, quod significat simul *debitam* vel *iustam varietatem*. Praeterea in Philosopho non sunt verba σχιδανόπους καὶ ποιολόγος. In verbis postremis Athenaei vitium haesit, quod corrigo scribendo οὐ πλείω δὲ τῶν δύο ἐκλέπει· ἐπωάζει δὲ καὶ καθάπερ ἡ ἀλεκτορίς: quanquam vel sic adhuc error superest ipsius Athenaei. Nam Philosophus oua duo incubanda gallinae subiici narrat, non feminae pauoni. Aliam in partem peccauit Aelianus haec exscribens H. A. 5, 32. τρία ἔτη γενόμενος κυήσεως ἄρχεται, καὶ ὠδῖνα ἀπολύει, καὶ τῆς τῶν πτερῶν πολυχροΐας τε καὶ ὥρας τότε ἄρχεται· ἐπωάζει δὲ οὐ κατὰ τὸ ἑξῆς, ἀλλὰ παραλιπὼν δύο ἡμέρας· ἤδη δ' ἂν τέκοι καὶ ὑπηνέμια ὁ ταὼς, ὡς καὶ ὄρνιθες ἕτεροι. ad quem locum videbis annotata.

Τίκτουσι δὲ καὶ οἱ ταῲ ὑπηνέμια] Vulgatum τίκτουσι δὲ οἱ ταῲ τὰ ὠὰ καὶ τὰ ὑπ. correxi ex Med. vbi tamen est ταόνες. R. et A. omittunt ὑπηνέμια, quod vocabulum manus recentior in R. suppleuit. *Pauones et ypenemia patiuntur* versio Thomae. Forma ταόνες insolita a nominatiuo ταὼν est, quod supra 1. cap. 1. extabat olim, ex Codd. nunc mutatum. De Incessu cap. 10. est τοῖς ταῷς et τῷ ταῷ.

2. πτερορρυεῖ] Med. περιρρυεῖ. Deinceps ἀλεκτορίδι singulari numero scriptum vertit Thomas. Sequens οἱ τρέ-

φοντες omittit Med. Postea *διὰ ταύτην δὲ* vertit Thomas, et *ἀποδιδράσκοντες repellentes.*

ταῖς ὄρνισι] Vulgatum *τοῖς* correxi, intelliguntur enim gallinae, vt recte vidit et vertit Camus. Omisit verba Gaza, et male interpretatus est locum Athenaeus. Deinceps *ἀπολίπῃ* Med. Sic Capite praecedente *ὅσον ἀπολείπει τὸ θῆλυ τροφὴν αὐτῷ πορίζόμενον.* Vulgatum versio Thomae reddidit *interrumpat.*

3. *καὶ μᾶλλον ἐπιδήλως*] Med. *καὶ αἰεὶ ἐπιδήλως.* Vatic. *οἱ μὲν ἔλαττον ὀχευτικοὶ καὶ μᾶλλον.* Reg. *μείζους ἔχουσι καὶ ὅλως ἔλαττον ὀχευτικοὶ καὶ μᾶλλον ἐπιδηλως.* Equidem cum Mediceo malim *οἱ μὲν μᾶλλον ὀχευτικοὶ καὶ ἀεὶ μᾶλλον ἐπιδηλως.* Firmat coniecturam locus de Gener. 1, 4. vbi de auibus est: *περὶ γὰρ τὰς ὀχείας πολὺ μείζους ἔχουσι τοὺς ὄρχεις, ὅσα τῶν ὀρνίθων καθ' ὥραν μίαν ὀχεύει· ὅταν δὲ ὁ χρόνος οὗτος παρέλθῃ, οὕτω σμικροὺς ἔχουσιν, ὥστε σχεδὸν ἀδήλους εἶναι· περὶ δὲ τὴν ὀχείαν σφόδρα μεγάλους.* Denique sequens *οἱ δὲ μὴ συνεχῶς* (nempe *ὀχευτικοὶ*) aperte refertur ad antecedens *ὀχευτικοὶ ἀεί.* Igitur non dubitaui *ἀεὶ* recipere. Contra prius *ἐπιδήλως* vt superfluum seclusi.

CAPVT X.

καὶ ἐκτρέφουσιν ἐν αὐτοῖς] Leon. Camot. *ἐκτρέφουσι δ' αὐτοῖς.* Contra Camus ex V. R. A. haec multo breuiora fecit ita: *σελάχη ζωοτοκεῖ, ἀλλὰ πρῶτον ᾠοτοκήσαντα ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐκτρέφουσιν ἐν αὐτοῖς.* In V. A. tamen *ἀλλὰ* deest. In Med. vulgata extat, hac tamen cum varietate: *γένος ᾠοτοκεῖ. τὰ δὲ σελάχη πρότερον ᾠοτοκησαντα.* Idem verba *ἐν αὐτοῖς* omittit cum versione Thomae. Plinius 9. s. 40. *Cum ceteri pisces oua pariant, hoc genus solum, vt ea quae cete appellant, animal parit, excepta quam vocant ranam.* Idem s. 75. *Torpedo octogenos fetus habens inuenitur, eaque intra se parit oua praemollia, in alium locum vteri transferens atque ibi excludens. Simili modo*

omnia, quae cartilaginea appellauimus. Ita fit, vt sola piscium et animal pariant et oua concipiant. De singulis dixi generibus in Historia litteraria Piscium, quae repetere hic non est necessarium.

πλὴν βατράχου] *Raiam* nominat Gaza. Sed noster de Generat. 3, 3. *τὰ καλούμενα σελάχη τῶν ἰχθύων ἐν αὐτοῖς μὲν ᾠοτοκεῖ τὸ τέλειον ᾠὸν, ἔξω δὲ ζωοτοκεῖ, πλὴν ἑνὸς, ὃν καλοῦσι βάτραχον· οὗτος δὲ ᾠοτοκεῖ θύραζε τὸ τέλειον ᾠὸν μόνος. — ἐπεὶ δὲ μαλακόδερμόν ἐστι τὸ ᾠὸν τὸ τῶν σελαχῶν, τὸ τῶν βατράχων ᾠὸν μόνον στερεόν ἐστι καὶ στιφρὸν πρὸς τὴν ἔξω σωτηρίαν· τὰ δὲ τῶν ἄλλων ὑγρὰ καὶ μαλακὰ τὴν φύσιν. Ἡ δὲ γένεσις ἐκ τοῦ ᾠοῦ τοῖς τε βατράχοις ἔξω τελειουμένοις καὶ τοῖς ἐντὸς ἡ αὐτή.* Quem locum cum exscriberet Aelianus H. A. 13, 5. ouum ranae dixit *τραχὺ καὶ φολίδας ἔχον καὶ προσαψαμένῳ ἀντίτυπον.*

δικρόας — καὶ κάτω] De Gener. l. c. *τουτων δὲ τὰ μὲν ἔχοντα κάτω τὴν ὑστέραν, ἀτελὲς ᾠὸν τίκτει.*

μεταξὺ κατὰ τὴν ῥάχιν] *sed infra per spinam* Gaza vertit, quem imitatus Camus: *au dessous, le long de l'épine.* Sed ipse philosophus infra distinctius habet: *οἷον τοῖς γαλεώδεσι καὶ πρὸς αὐτοὺς καὶ πρὸς τὰ πλατέα· ἐνίοις μὲν γὰρ ἐν τῷ μέσῳ τῆς ὑστέρας περὶ τὴν ῥάχιν προσπέφυκε τὰ ᾠὰ, ὥσπερ εἴρηται, οἷον τοῖς σκυλίοις, αὐξανόμενα δὲ περιέρχεται.*

ἐνῇ ὁ νεοττὸς] Ita pro ᾖ Vatic. *ἐπῇ* Med. Versio Thomae: *si infuerit pullus.* De oui colore et materia ita distinctius de Generat. l. c. *τὰ τῶν ὀρνίθων ᾠὰ κεχωρισμένον ἔχει τὸ ὠχρὸν καὶ τὸ λευκὸν, τὰ δὲ τῶν ἰχθύων μονόχροα καὶ πάντη μεμιγμένον τὸ τοιοῦτον· ὥστ' οὐδὲν κωλύει τὸ ἐξ ἐναντίας ἔχειν τὴν ἀρχὴν — οὐ γὰρ αὐτῶν τὸ μὲν λευκὸν, τὸ δ' ὠχρὸν, ἀλλὰ μονόχροον πᾶν.* Ibidem cap. 1. *τὸ τῶν ἰχθύων γένος οὐδ' ἀποκεκριμένον ἔχει τὸ λευκὸν διά τε μικρότητα καὶ διὰ τὸ πλῆθος τοῦ ψυχροῦ καὶ γεώδους· διόπερ γίνεται μονόχροα πάντα τὰ τῶν ἰχθύων, καὶ ὡς μὲν ὠχρὰ, λευκὰ, ὡς δὲ λευκὰ, ὠχρά. ...*

2. *τοῦ ᾠοῦ τοῦ τῶν ἰχθύων*] Ita pro *ᾠοῦ τῆς τῶν ἰ.* Med. Versio Thomae: *generatio quidem ex ouo horum piscium.* Legit igitur scriptum *ᾠοῦ τούτων ἰχθύων.* Scaligeri emendationem *τοῦ ᾠοῦ τῶν ἰχθύων τῆς τῶν ὀρνίθων* dedit Camus.

[*τὸν*] *τείνοντα*] Articulum de meo inserui, necessarium. De Generat. l. c. est: *πρῶτον μὲν γὰρ οὐκ ἔχουσι τὸν ἕτερον ὀμφαλὸν τὸν ἐπὶ τὸ χόριον τείνοντα, ὅ ἐστιν ὑπὸ τὸ περιέχον ὄστρακον· τούτου δ' αἴτιον, ὅτι τὸ πέριξ ὀστρακον οὐκ ἔχουσιν. — σκεπάζει γὰρ ἡ μητηρ. — τόν τε γὰρ ὀμφαλὸν ἔχουσι τὸν ἕτερον ὡσαύτως ὥσπερ οἱ ὄρνιθες πρὸς τὸ ὠχρὸν, οὕτως οἱ ἰχθύες πρὸς τὸ ὅλον ᾠόν.* Vnde hic paulo post vulgatum *τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον* recte ex Codd. suis, versione Thomae et Gazae correxit Camus.

ἐπ' ἄκρῳ τε γὰρ τούτου] Vulgatum *ἄκρου — τοῦτο* ex Med. Veneto, versione Thomae et Gazae correxit Camus. *ἐπ' ἀκρότερα* V. R. A. *τούτῳ* Vat. Sequentia ita vertit Albertus: *extendunt se viae a corde primo ad caput et ad oculos, et primo in eis apparent partes superiores.* quasi scriptum sit: *τείνουσιν ἐκ τ. κ. πρῶτον πρὸς τὴν κεφαλὴν καὶ τὰ ὄμματα, καὶ τὰ ἄνω μέγιστα* etc. In Veneto est *τὰ ἄνω μέγιστα γίγνεται τὸ πρῶτον.* De Generat. l. c. *ἡ γένεσις ἐξ ἄκρου μέν ἐστι τοῦ ᾠοῦ καὶ τούτοις, ἀλλ' οὐχ ᾗ προσπέφυκε πρὸς τὴν ὑστέραν· οἱ γὰρ ὄρνιθες ἐκ τοῦ ὀξέος γίνονται· ταύτῃ δ' ἦν ἡ τοῦ ᾠοῦ πρόσφυσις· αἴτιον δ', ὅτι τὸ μὲν τῶν ὀρνίθων χωρίζεται τῆς ὑστέρας, τῶν δὲ τοιούτων οὐ πάντων, ἀλλὰ τῶν πλείστων πρὸς τῇ ὑστέρᾳ προσπέφυκε τὸ ᾠὸν τέλειον. ἐπ' ἄκρου δὲ γιγνομένου τοῦ ζώου, καταναλίσκεται τὸ ᾠὸν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ὀρνίθων καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀπολελυμένων, καὶ τέλος πρὸς τῇ ὑστέρᾳ ὁ ὀμφαλὸς προσπέφυκε τῶν ἤδη τελείων. ὁμοίως δ' ἔχει καὶ ὅσων ἀπολέλυται τὰ ᾠὰ τῆς ὑστέρας· ἐνίοις γὰρ αὐτῶν, ὅταν τέλειον γένηται τὸ ᾠὸν, ἀπολύεται.*

κατώτερον τοῦ σώματος τῆς γαστρὸς] Vulgatum *στόματος* ex Med. Veneto et versione Thomae correxi. Gaza: *paulo*

a ventre inferius haeret. Is igitur nec σώματος nec στόματος scriptum legit, rectius. Infra de γαλεοῖς λείοις est κατὰ μέσον ἢ τὸ ἧπαρ. Albertus plane alia dixit: *et pulsus cordis, quem dicunt quidam anhelitum per venam pulsatilem, continuatur cum inferiore parte ventris portans pullum et vitam ad partes inferiores.*

Ἔστι δὲ νέοις] Med. Ἔτι δὲ νέοις — μικρός.

3. Τὸ μὲν οὖν σχῆμα] Male Ambr. χρῶμα. Sequens σκυλίοις Gaza vertit *caniculis*, Albertus *marini canes.* Postea vulgatum περιέχεται ex Med. Canis. correxit Camus. *augmentata autem in circuitu adhaerent* versio Thomae. *absoluta feruntur per vuluam bifurcam* Gazae. *descendunt inferius* Alberti. Sed statim idem Thomas περιέρχεται εἰς ἑκάτερον τὸ μέρος vertit: *in circuitu haeret ad vtramque partem.* Noster supra 3, 1. ὅσα δὲ τῶν ἀπόδων εἰς τὸ φανερὸν μὲν ζωοτοκεῖ, ἐν αὐτοῖς δ' ᾠοτοκεῖ, οἷον οἵ τε γαλεοὶ καὶ τἄλλα τὰ καλούμενα σελάχη, (σέλαχος δὲ καλεῖται, ὅ,τι ἂν ἄπουν ὂν καὶ βράγχια ἔχον ζωοτόκον ᾖ) τούτων δὴ δικρόα μὲν ἡ ὑστέρα, ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τὸ ὑπόζωμα τείνει, καθάπερ καὶ τῶν ὀρνίθων, ἔτι δὲ διὰ μέσου τῶν δικροῶν κάτωθεν ἀρξαμένη μέχρι πρὸς τὰ ὑπόζωμα τείνει, καὶ τὰ ᾠὰ ἐνταῦθα γίγνεται, καὶ ἄνω ἐπ' ἀρχῇ τοῦ ὑποζώματος· εἶτα προελθόντα εἰς τὴν εὐρυχωρίαν ζῶα γίγνεται ἐκ τῶν ᾠῶν. quem locum ita Gaza vertit: *iis vulua bipartita pertinensque ad septum, quomodo auibus est. Atque etiam de medio sui bipartiti sinus arctior ad septum vsque pertendit: ac oua tam hic quam supra ad septi originem consistunt.* Legit igitur verba graeca aliter scripta, fere hoc modo: ἔτι δὲ ἀπὸ μέσου τῶν δικροῶν στενωτέρα μέχρι πρὸς τὸ ὑπόζωμα τείνει. Quanquam autem verum sit, superiorem vteri bicornis partem angustiorem esse, tamen nec sequentia satis conueniunt verba, nec varietatis aliquid habent libri scripti, nec apparet, qua ratione verba κάτωθεν ἀρξαμένη mutari potuerint in στενωτέρα. Denique non apparet causa, cur verba μέχρι πρὸς τὸ ὑπόζωμα

τείνει repetantur, quae plane hic abundare videntur. Contra mihi librarius omissa alieno loco repetiisse et locum turbasse videtur. Quare verba ita ordinanda censui: *ὁμοίως δὲ καὶ μέχρι πρὸς τὸ ὑπόζωμα τείνει· κάτωθεν ἀρξαμένη, καθάπερ ἡ τῶν ὀρνίθων· ἔτι δὲ διὰ μέσου τῶν δικρόων καὶ ἄνω ἐπ' ἀρχῇ τοῦ ὑποζώματος τὰ ᾠὰ γίγνεται· εἶτα προελθόντα* etc. Ita enim omnia praeclare conueniunt cum iis, quae cum hoc nostro in loco, tum alibi tradidit Philosophus. Camus interpretatione peruersa locum obscurauit: *C'est du point où les deux parties se séparent qu'elle commence à s'élever, pour atteindre au dessous du diaphragme, et c'est dans cette partie, en haut, vers le commencement à prendre du côté du diaphragme, que les oeufs se forment. Ils descendent ensuite dans la partie de la matrice qui s'élargit; c'est là que le foetus sort de l'oeuf.*

4. *ὑστέρα καὶ αὐτῶν*] Vulgatum *αὕτη* ex Reg. correxit Camus, vti voluit fieri Scaliger. Sed is Codex a prima manu habuit vulgatum, Vat. *αὐτή*. Consentit Gazae versio. Deinceps *γαλεοειδῶν* Med. Canis. Vatic.

μαστοὺς — μὴ ἐνόντων] Thomae versio *μὲν ἐνόντων* scriptum reddidit, sensu contrario. Eadem est scriptura in Med. et Canis.

βατίδες] Med. *λιβατίδες*. Ambr. *βατίδες καὶ ὅσα ἴσχουσι*. Alberto *matydes*. Pro *αὐλῶν γλώτταις* versio Thomae Medicei scripturam *ἄλλων* reddidit *linguis aliorum*. Pro *ᾠοειδὴς* M. V. R. *ᾠώδης* habent.

πόροι τριχώδεις ἐγγίγνονται] Versio Thomae: *fiant apud testas*. Albertus: *et quando transmutatur ouum ad speciem pulli, viae venales, quae inueniuntur in ouis istis testeis, sunt sicut villi extensi per ouum*. Ineptissime. Noster de Generat. 3, 3. *τὴν δὲ τροφὴν ῥᾴδιον ἕλκειν ἐκ τῆς ὑστέρας πόροις τισὶν ἀπὸ ταύτης τῆς ἀρχῆς. δῆλον δὲ ἐπὶ τῶν μὴ ἀπολυομένων ᾠῶν· ἐν ἐνίοις γὰρ τῶν σελαχῶν οὐκ ἀπολύεται τῆς ὑστέρας τὸ ᾠὸν, ἀλλ' ἐχόμενον μεταχωρεῖ κάτω*

πρὸς τὴν ζωοτοκίαν· ἐν οἷς τελειωθὲν τὸ ζῶον ἔχει τὸν ὀμφαλὸν ἐκ τῆς ὑστέρας ἀνηλωμένου τοῦ ᾠοῦ· φανερὸν οὖν, ὅτι καὶ πρότερον ἐκεῖνον οἱ πόροι τοῦ ᾠοῦ ἔτι ὄντος περὶ ἐκεῖνο πρὸς τὴν ὑστέραν. Τοῦτο δὲ συμβαίνει ἐν τοῖς γαλεοῖς τοῖς λείοις. Qui caput hoc illustrare sategit, *Jo. Hermann* in Comment. ad Tabulam Affinit. p. 282. fila longa addita ouorum angulis inseruire censuit retinendis ouis et alligandis ad plantas et corpora marina, cum fuerunt corpore exclusa. Sed fila haec canales esse cauos docuit amicissimus *Tilesius* in Dissertatione de muribus sic dictis marinis Lipsiae 1802. edita, vbi simul monuit, in ouis squalorum fila ista multo longiora esse. Oua ipsa in altero latere inter cornua seu fila glutine soluto aperiuntur ipsa, saepeque excluso foetu iterum coeuntia clauduntur, vt iam olim Gallus Vicqd'azyr contra Rondeletium annotauit. De mammosa parte ouiductuum, quam mammarum nomine appellauit Philosophus, quamque pinxit Monro in Physiologia Piscium, collectas posui virorum doctorum obseruationes in Annotationibus ad Monroum p. 109. et p. 182. Has easdem partes in chimaera et raia torpedine repertas accurate descripsit *Cuvier, Leçons d' Anatomie* Tom. V. p. 140 — 142. qui docet, glandulam esse maximam, vnde materia testae ouorum accedit; quare in torpedine, quae pullos plures in ouiductu inferiore habebat, fere nulla apparebat glandula. Idem vir egregius testiculos et ouaria raiarum et squalorum descripsit ibidem p. 27. et 61. seqq. Sed nondum omnes cartilaginei pisces simul inter se comparati et descripti fuerunt ab anatomicis, vt Philosophi notitiae inde vel illustrari vel confirmari possint.

νεβρίας] Edd. pr. cum Regio νευρίους. Ambr. νευρίας. Ex Vat. νεβρίους dedit Camus. Sylburgius primus νεβρίας edidit. Versio Thomae *Nebrias galeus*. Gazae *nebrios mustelos*.

πρὸς τῷ ὑποζώματι] Ita ex Med. pro ἐν τῷ Camus. ἄνωθεν τῶν μαστῶν intellige illos οἷον μαστοὺς λευκούς, quos

supra memorauit. Deinceps vulgatum *ἐπὶ τούτων ἀπολυομένων* ex Med. correxi. *ἀπολλυμένων* Vatic. Cum Med. facit versio Thomae. Postea *ἀλωπεκίων* malebat Sylburg.

5. *λεῖοι τῶν γαλεῶν*] *plani galeorum* Thomae versio. Deinceps *μεταξὺ τῶν ὑστέρων* inepte Vat. Reg. *per vuluam mediam* Gaza vertit, et *ἑκατέραν δικρόαν* *vtrumque sinum*. Sed pro *τὰ τοιαῦτα* scribendum censeo *ταῦτα*.

ἕκαστος ἠρτημένος] Versio Thomae *ortus*, quasi *ἠργμένος* scriptum legisset. Sequens *τοῦ δ' ἐμβρύου κατὰ* vulgato *τὸ δὲ ἔμβρυον, κατὰ* ex Med. Canis. substituit Camus. *κατὰ τὸ μέσον* omittunt V. R. A. *embrio autem secundum partem qua epar* versio Thomae. Legit igitur scriptum *κατὰ τὸ μέρος ᾗ*, nec omisit verba *κατὰ τὸ μέσον*, vt ait Camus.

κἂν μηκέτ' ἔχῃ τὸ ᾠὸν] Ita pro *μὴ ἔχῃ* Med. Canis. *si non adhuc* versio Thomae inspecta a Camo: *alimentum autem recisi vo adho habet oui oualis* reperi in Lipsiensi libro scriptum. Sequens *ἀδρυνόμενα* primus Sylburgius scripturae Edd. pr. *ἀνδρυνόμενα* substituit, confirmatum a Codd. *ὄντα* post *τέλεια* Camus cum Vat. Ambr. omisit.

6. *ἔμβρυα διαιρούμενα*] Med. *ἔγκυα*. Deinceps *καὶ τὰ αἱματώδη* Med. *et sic omnes venas sanguinis magnas* versio Scoti et Alberti. Postea *οἷον* sine *τε* habet Med. *propter hoc putant homines, quod tales pisces,* versio Scoti et Alberti. Reddiderunt igitur scripturam *οἴονται* a Scaligero propositam et a Camo receptam. *propter quod multi secundum mensem parere et coire possunt tales pisces* versio Thomae.

ἅμα πέττεται] Vulgatum *ἀναπέττεται* Med. in *ἅμα πέπτεται* mutat. Vat. Canis. *κάτωθεν τῇ ὑστέρᾳ ἀναπέττεσθαι καὶ τελεσιουργεῖσθαι*. *simul maturantur* versio Thomae.

7. *τρυγὼν καὶ βάτος*] Albertus: *taragen, quem nos nimbum vocamus, et batus, quem nos vocamus passerem.*

βάτραχος] Iterum Gaza *raia* vertit, quasi *βάτος* scriptum legisset. Quae res L. Th. Gronouium ad Plinii librum

nonum p. 90. in errorem induxisse videtur. De Generat. 3, 3. *αἰτία δὲ ἡ τοῦ σώματος φύσις· τήν τε γὰρ κεφαλὴν πολλαπλασίαν ἔχει τοῦ λοιποῦ σώματος καὶ ταύτην ἀκανθώδη καὶ σφόδρα τραχεῖαν· διόπερ οὐδ' ὕστερον εἰσδέχεται τοὺς νεοττοὺς, οὐδὲ ἐξ ἀρχῆς ζωοτοκεῖ. Τὸ γὰρ μέγεθος καὶ ἡ τραχυτης τῆς κεφαλῆς ὥσπερ καὶ εἰσελθεῖν κωλύει, οὕτω καὶ ἐξελθεῖν.* Viam et rationem, qua proles intus in corpus cartilagineorum piscium recipiatur, nusquam demonstrauit Philosophus. Audiamus igitur Oppianum, qui ita de cane marino (*κυνὸς*) canit Halieut. 1, 734. sqq. *ἀλλ' ὅτε ταρβήσωσι, — τότε παῖδας ἐνὶ λαγόνεσσιν ἔδεκτο αὐτὴν εἰσιθμὴν, αὐτὴν ὁδὸν, ἔνθεν ὄλισθον γεινόμενοι· τοῖον δὲ πόνον μογέουσά περ ἔμπης ἀσπασίως τέτληκε· πάλιν δ' ἀνεχεύατο παῖδας σπλάγχνοις, ἂψ δ' ἀνέηκεν, ὅτ' ἀμπνεύσωσι φόβοιο.* Quae cum exscriberet Aelianus H. A. 1, 17. *κατὰ τὸ ἄρθρον* posuit. Per genitalia igitur foramina recipi vult Oppianus prolem caniculae. De glauco Oppianus versu 750 sqq. *ὃς ἔξοχα τέκν' ἀγαπάζει πάντων, ὅσσοι ἔασιν ἐν ἰχθύσιν ὠοτοκῆες· κεῖνος γὰρ μίμνει τε παρήμενος, ὄφρα γένωνται παῖδες ὑπωάδιοι, καί σφιν παρανήχεται αἰεί. τοὺς δ' ὅτε κεν τρομέοντας ἴδῃ κρατερώτερον ἰχθὺν, ἀμφιχανὼν κατέδεκτο διὰ στόμα, μέσφα γε δεῖμα χάσσηται, τότε δ' αὖτις ἀνέπτυσε λευκανίηθεν.* vbi rectius Codices quidam scripti *ἐπωάδιοι* habere videntur, quod significat *ouis adhaerentes*, cum *ὑπωάδιοι* sint potius *sub ouis conditi*. Tradit igitur Oppianus, glaucum ouis inclusos pullos edere et parere, vt de *βατίσι* tradit Philosophus; exclusos vero deinde pullos in os matris timentes recipi. Locum etiam hunc transtulit Aelianus H. A. 1, 16. sed tam caute, vt vocabulum *ἐπωάδιοι* non attingeret. Tertiam viam idem poeta subobscure indicauit in squatina (*ῥίνῃ*) versu 743. seqq. *ἀλλ' οὐκ εἰς νηδυν κείνῃ δύσις, οἷα κυνεσσιν, ἀλλά οἱ ἐν πλευρῇσι διασφάγες ἀμφοτέρωθεν εἰσὶν ὑπὸ πτερύγων, οἵῃ γένυς ἰχθύσιν ἄλλοις, τῇσιν ἀτυζομένων τεκέων φόβον ἀμφικαλύπτει.* vbi scripturam Eustathii

vulgatae ὑποσφάγες praetuli. Prolem squatinae non simpliciter pinnis latis pectoralibus inuolutam obtegi, quod verbum ἀμφικαλύπτει arguere videri possit, sed per aliquam corporis partem intrare, indicant διασφάγες ἀμφοτέρωθεν ἐν πλευρῇσι, apertae vtrinque in lateribus per corpus vel per ipsa latera speluncae vel cauernae, quas poeta satis inepte cum aliorum piscium ore comparat. Nihil igitur aliud superest, nisi branchiorum foramina vtrinque plura ad radices pinnarum pectoralium sita, per quae proles ingredi in corpus matris et recipi possit. Hunc vero locum Aelianus non traduxit, quod miror; sed idem ineptam narrationem de galeo habet: ὠδίνει διὰ τοῦ στόματος; πάλιν τε εἰσδέχεται τὰ βρέφη 2, 55. quam tamen ipse 9, 65. ex aliorum traditione retractat. Aeliani narrationem de glauco explicare conatus est *Watson* in Descriptione Squali glauci inserta Actis Anglicanis (*Transactions*) Londinensis Societatis Vol. 68. Part. II. p. 789. haec referens: *when the head was placed downwards, a pretty large white pouch came out of its mouth. Aelian supposes this to have served as an asylum to the young brood in time of danger.* Galeum glaucum obiter memorat Hippocrates de internis affectionibus c. 1. vbi carnes commendat ῥίνης καὶ φάγρου ἢ γαλεοῦ τοῦ μεγάλου τοῦ γλαυκοῦ. Ita enim ex Codd. scriptis vulgatum χαλαίου τοῦ μεγάλου λευκοῦ emendauit doctissimus Mack.

Narrationem nautarum de pullis squali alicuius magni os intrantibus atque inde redeuntibus habes in Itinerario Mandelsloviano p. 105. edit. germanicae, repetitam in Bayeri Itin. Peruviano p. 77. Vlloae Itiner. Americano Part. II. libri 7. cap. 6. p. 606. et permultis aliis Relationibus. Auctores itineris Islandici Olafsen et Povelsen squalum acanthiam referunt prolem per magnam genitalium vaginam recipere et condere, Tom. II. p. 205. vers. germanicae.

8. χρόνον τῆς ὀχείας] Vulgo intersertum τοῦτον post primum nomen omisit Camus cum Med. assentiente ver-

sione Thomae. Deinceps *θάρου* Leon. et Camotiana hic et in sequentibus habent. Postea *φαινομένων ῥεῖν* Med. *ita quod videtur semen ciens exterius* versio Scoti. *ita quod etiam exterius videtur currere semen ex ipsis per anum* Alberti.

καὶ τῆς μεγάλης] Copulam *καὶ* ex Med. et tribus versionibus addidit Camus. *et a succinctorio et a magna vena* Thomas. Sequentia *πρὸς τὴν τῶν θηλειῶν ὑστέραν* non vertit Gaza, qui habet *patent eo tempore etiam imperitis, scilicet incremento seminis et turgentis fastu libidinis. Interdum enim ac nonnullis admodum incerti redduntur, vt de testiculis auium* etc. Videtur igitur librarius in eius Codice ab vno *διάδηλοι* ad alterum transiliisse et media omisisse. Ceterum verba *πρὸς — ὑστέραν* videntur hunc sensum habere: *comparati cum vtero femineo.* Camus vertit: *on les distingue facilement alors de la matrice des femelles.*

ὅταν δὲ μὴ αὔτη ἡ ὥρα] Vulgatum *αὐτὴ* cum Sylburgio correxi, malim tamen *ὅταν παρέλθῃ αὔτη ἡ ὥρα.* Sequens *γίγνονται* cum M. R. A. omisit Camus. Postea *προσειλημμένοι continentur* vertit Gaza, *contenti* Thomas. Malim *adnexi.* Denique *διαγεγραμμένοι* corrigebat Sylburg. Albertus vertit: *facilius apparent in anathomia quam scribi possunt.* Sed Med. habet *ἐν ταῖς ἀνατομαῖς*, quo coniectura Sylburgii magis firmatur.

9. *Πλειστάκις — ἀστερίας*] V. A. nomen omittunt. R. *πλ. δὲ οἱ καλούμενοι τῶν γαλεῶν ἀστρικοί. τίκτουσι γὰρ δίς.* Ita melius conuenit sequens *ἄρχονται.* Sed hoc ex versione Thomae in *ἄρχεται* mutaui. Albertus *σελάχη celeti, ἀστερίας astaron, γαλεοὶ galeon, σκυλίου cameni* vertit. Post *δὶς* ex Regio, versione Gazae et Scoti *τοῦ ἔτους* adiecit Camus. *σκυλλίου* Med. hic et vbique scriptum habet.

τὰ μὲν τοῦ ἔαρος] Vulgatum *πάντα τοῦ ἔαρος* ex Med. versione Thomae, vbi est, *pariunt autem haec quidem vere*, et Alberti correxi. *πάντες* Vatic. habet. Deinde *χει-*

μεριvῆς Med. Verba χειμερινὴν τὰ ὕστερον omittunt V. R. A. Postea τὰ δὲ περὶ τὸν τοῦ ἔαρος Vatic.

εὐθηνεῖ] Med. ἀσθενεῖ. Versio Thomae: *debilitatur magis ipsius fetus qui posterius.* Deinceps vulgatum αὐτοῖς — ὁ γόνος ὕστερον ex Med. Reg. correxit Camus. Equidem articulum ὁ ante ὕστερος ex versione Thomae addidi. αὐτῆς legi voluit etiam Sylburg. Sed malim cum Thoma legere αὐτῆς μᾶλλον ὁ γόνος ὁ ὕστερος. Vulgatum enim μάλιστα μὲν desiderat membrum aliquod oppositum. Alberto ῥίνη audit *rabos.* Plinius 9. s. 74. *Ex planis squatinis bis, sola, autumno, occasu Vergiliarum — torpedo, squali circa aequinoctium.*

ἐκ τοῦ πελάγους] Vulgatum ἐκ δὲ τοῦ πελάγους ex Med. correxit Camus, consentiente versione Thomae et Alberti; qui ῥίνην et βάτον hic *depatoz et rabbatannuz*, ῥινόβατον vero *rynobaton* reddit, *latine scatina*, sed statim subiicit *batoz et rabiz.* De rhinobato primus docuit Fab. Columna in Phytobasano p. 108.

10. ἐξ ἀμφοτέρων τούτων] Vulgatum ἐξ ἀμφοτέρων τῶν ἰχθύων ex Med. et versione Thomae correxi. Praeterea γινόμενος mutaui in γενόμενος. Camus cum V. R. A. retinuit verba τῶν ἰχθύων, adiecto tamen τούτων. Sequens λειόβατος vulgato ῥινόβατος ex Med. Canis. V. R. A. et tribus versionibus substituit Camus. *plana raia* vertit Thomas. Alberto νάρκη est *barachi*, quam torpedinem supra vocauimus, βάτος *baton*, τρυγὼν *taragon.* Omisit vero siue ῥινόβατον siue λειόβατον. Supra II, 15. λειόβατον noster nominauit obiter. Ceterum post verba πλατεῖς ἰχθύες addidi de meo, quod solet addere Philosophus, οἷον, vbi exempla commemorat. Plinius 9. s. 74. *Piscium diversa genera non coeunt praeter squatinam et raiam, ex quibus nascitur priori parte raiae similis et nomen ex vtroque compositum apud Graecos trahit.*

CAPVT XI. (vulgo XII.)

φάλαινα] Med. vbique φάλλαινα scriptum habet. φυσητῆρα Thomas vertit *flatoria*. Vulgato πρίστης substitui πρίστις ex versione Thomae, vbi *pristis* est. Albertus, qui κήτη vertit *chocky*, addens *qui etiam vitulus vel bos marinus*, φυσητῆρα vero *membrum anhelitus, per quod inspirant*, pro πρίστης habet *tristox, latine autem pristis dicitur et in mari Indiae reperitur, et omnia genera vaccarum marinarum non sunt inuenta ita quod oua haberent in se ipsis, sed subito generant post conceptum.* Plinius 9, s. 15. *Quae pilis vestiuntur, animal pariunt, vt pristis, balaena, vitulus. Hic parit in terra, pecudum more secundas partus reddit. In initu canum more cohaeret: parit nonnunquam geminis plures, educat mammis fetum. Non ante duodecimum diem deducit in mare, ex eo subinde assuefaciens.* Cuius loci vitium vel potius Plinii errorem iam olim animaduertit Rondeletius. Scilicet Plinius ex duobus locis historiae I. c. 6. et nostro sua consarcinauit, et male pilosis animalibus *pristin* annumerauit. Idem 11. s. 95. *et balaenae autem vitulique mammis nutriunt fetus.* De dubia nominis scriptura et piscis natura dixi in Histor. litter. Piscium p. 129. de bone ibidem p. 142 seqq. Vterque ad cartilagineorum genus pertinet, sed quia viuum animal extra parit, nec ouum antea intra se, cum delphinis et balaenis Aristoteles commemorasse videtur.

ἡ δὲ φάλαινα] Med. ἡ δὲ φαλαινα δύο. τὰ πλεῖστα μὲν τὸ ἕν. Versio Thomae: *balaena autem duo secundum plurima et vnum.* Legit igitur ἡ δὲ φάλαινα δύο τὰ πλεῖστα, καὶ ἕν. *balaenae vel binos complurimum magnaque ex parte vel singulos pariunt* Gazae.

καὶ ἡ φώκαινα] V. R. φώκη. Sed in Regio correctum φώκαινα. Versio Thomae: *bouis marini femina.* Alberti: *et similiter galena et oscaue, qui latine tyrsio vocatur et delfino paruo multum assimilatur, licet non sit eiusdem*

speciei cum ipso. Tyrsio autem dictus praecipue in mari bosforos inuenitur, quod mare hariz arabice vocatur. Plinius 9. s. 11. *delphinorum similitudinem habent qui vocantur tursiones. Distant et tristitia quidem aspectus: abest enim illa lasciuia, maxime tamen rostris canicularum maleficentiae assimulati.* Quae videntur vel aliunde vel ex mutata Nigidii interpretatione ducta esse. Athenaeus 7. p. 310. *θυρσίωνα* ait Romanis esse partem aliquam caniculae carchariae vocati. Semel Plinius *tursionem*, nusquam *phocaenam* nominauit. Pessime Aelianus H. A. 5, 4. haec ad balaenam transtulit: *ἡ φάλαινα ὅμοιον δελφῖνι ζῶόν ἐστιν, ἔχει δὲ γάλα καὶ αὐτή, χρόαν δὲ οὐκ ἔστι μέλαινα, κυανῷ δ' εἴκασται τῷ βαθυτάτῳ· ἀναπνεῖ δ' οὐ βραγχίοις, ἀλλὰ φυσητῆρι· τοῦτο γὰρ καὶ καλοῦσιν οἱ τοῦ πνεύματος τὴν ὁδόν. Διατριβὴ δὲ ὁ Πόντος αὐτῇ καὶ ἡ ἐκεῖ θάλαττα· πλανᾶται δὲ ἠθῶν ἐκείνων ἐξωτέρω ἡ φάλαινα ἥκιστα.* Similem eiusdem hallucinationem videbimus infra ad 8. c. 13.

καὶ τὸ χρῶμα ἔχει] Vulgatum *τὸ χρῶμα κυανοῦν* ex Med. suppleuit Camus. *ἔχει* habet etiam Reg. *et colorem habet* versio Thomae. *et caelestis coloris, cum delphinus sit niger.* Idem additamentum in hoc loco legit etiam et traduxit Aelianus. In Regio post *κυανοῦν* lacunam relictam ita suppleuit manus secunda: *πολλοὶ δ' αὐτῶν τοῦ γένους οἴονται τῶν δελφίνων εἶναι. Πάντα δὲ ὅσα* etc.

2. *τὸ ῥύγχος*] Thomas vertit *mentum*. Deinceps *ῥέγχει* Leon. et Camotiana. Deinceps *δελφὶν ὡς καὶ ἡ φώκαινα* Camus dedit ex R. A. sed in Reg. est *φάλαινα*.

θηλάζονται· καὶ εἰσδέχονται δὲ] Albertus: *et lactat fetus suos et cubat eos, dum sunt parui.* Plinius 9. s. 7. *Vagantur fere coniugia: pariunt catulos decimo mense, aestiuo tempore, interim et binos; nutriunt uberibus, sicut balena, atque etiam gestant fetus infantia firmos. Quin et adultos diu comitantur, magna erga partum caritate. Adolescunt celeriter, decem annis putantur ad summam*

magnitudinem peruenire. vbi Solinus aliter scriptum videtur legisse. Is enim inde excerpsit haec: *Teneros in faucibus receptant.* Quod de squalis supra narratum ab Oppiano vidimus. In genere serpentum idem de Crotalo narrant viuiparo.

τὰ τέκνα μικρὰ ὄντα] Med. ita ordinat: τὰ τέκνα. μικρὰ δὲ ὄντα τὴν αὔξησιν, quem sequitur versio Thomae.

οὐδεμιᾷ] Albertus: *et raro in alio tempore. et ambulat etiam natando sub pelago, et est proprium delphinorum longo tempore sequi pullos.*

ζῇ δὲ] Ita Med. Vatic. et versio Thomae. γὰρ inserit Camotiana. Deinceps vulgatum οἱ μὲν πέντε καὶ εἴκοσιν ex Med. et versione Thomae auxi. οἱ μὲν omisit Reg. *hi quidem pluribus annis XXV* Thomas vertit. Albertus *centum et 30 et centum et 20* habet.

γνωρίζουσι] Vulgatum γνωρίζεσθαι ex Med. Reg. correxit Camus. γνωρίζουσαι Ambr.

3. τοῦ χρόνου τὸν πολὺν] Vulgatum τὸ πολὺ ex Med. correxi. *temporis plurimum* versio Thomae. Alberto φώκη est *koki, latine vitulus marinus. — sed inspirat et dormit sicut delphinus.* Plinius 9. s. 6. *et vituli marini, quos vocant phocas, spirant et dormiunt in terra.*

καὶ τἆλλα προΐεται] Vulgatum τὸ γάλα ex Med. Reg. correxi. *et similiter alia sicut oues* versio Scoti. Gaza vertit: *et lac reddit modo pecudum.* Sed graece προΐεται ita non dicitur. Plinius 9. s. 15. *pecudum more secundas partus reddit.*

μαστοὺς δ' ἔχει· δύο καὶ] Ita pro ἔχει δύο καὶ Med. habet. Numerum Albertus non expressit, et in vniuersum binarius falso editur. Nam plures species quatuor mammas habere nouimus.

πρώταις αἰξὶν] Albertus: *ante vernum tempus, quando est principium partus caprarum.*

4. Ἄγει δὲ] Haec repetierunt ex h. l. Oppianus Halieut. 1, 689. et Aelianus H. A. 9, 10.

συνάγει δὲ καὶ συστέλλει ἑαυτὴν] Gaza: *colligere se*

ipse vitulus et contrahere potest. Camus: *La phoque peut aisément retirer son corps et le replier sur lui même.* Mihi Philosophus videtur explicare id, quod antea dixerat, κατάντη φέρεται, *decliuis fertur* Gaza reddidit. Plinius 9. s. 15. *Pinnis, quibus in mari vtuntur, humi quoque vice pedum serpunt.*

χονδρώδη] Plinius 11. s. 87. *vituli marini cartilaginem, non ossa habent.* Idem Bellonius et Rondeletius affirmant, negat *Hermann* p. 492. in Descriptione phocae. Miratur etiam cartilagineis similia ossa hic dici Hartmann in Anatomia phocae Regiomonti 1683. edita; cum delphino noster H. A. 3, 7. et de Partibus 2, 9. simpliciter ossa tribuisset, pariter viuiparo et carniuoro. Fatetur tamen ossa minus esse solida quam in castore et lutra, tenuiora enim sunt et fragiliora. Denique bregma multis foraminibus pertusum reperit. Sed hae phocae erant iuniores; in adultis enim nihil simile annotarunt Perraltus, Seger, Schellhammer, Kulmus, Seuerinus.

παρὰ τὸν κρόταφον] Ita pro περὶ ex Codd. dedit Camus. Albertus: *in maxillis iuxta tempora, eo quod durum et spissum est corpus eius.* Hodie nasum feriunt, vt respiratio intercipiatur.

βοΐ] *Tauro* vertit Albertus. *mugitus ei in somno* Gaza, imitatus Plinium 9. s. 15. *ipsis in sono mugitus, vnde nomen vituli.* vbi Hermolaus pessime reposuit *in somno,* quem temere secutus Gaza alienos errores Aristoteli imputare voluit. Scripturam *somno* iam olim in Plinio fuisse testatur Albertus p. 243. a. sub voce Helcus.

αἰδοῖον — ὅμοιον βατίδι] Gaza: *genitale simile raiae.* Albertus: *vox autem sua est sicut tauri, et in sua femina inuenitur virga, quae est collum vesicae, sicut est innatum quiddam marino etiam inuenitur et residuum vuluae et matricis etiam inuenitur in ipso sicut in muliere.* Plinius 9. s. 15. *interficiuntur difficulter nisi capite eliso.* In nomine βατίδι vitium haesisse suspicor. Cur enim cartilagineo

pisci compareret Philosophus animal quadrupes et mammas habens? quanquam vterum bicornem in phoca repertum annotauerit Hartmann. Supra 5, 3. de maribus phocarum est: ἔχουσι δὲ καὶ τὸ αἰδοῖον μέγα οἱ ἄῤῥενες.

πάντα δὲ τἄλλα] Vulgatum ἅπαντα δὲ τὰ τοιαῦτα, quod Gaza vertit, ex Med. versione Thomae, Scoti et Alberti correxi. Camus ex Reg. dedit ἅπαντα δὲ τὰ τοιαῦτα ὅμοιον αἰδοῖον ἔχει γυναικί.

CAPVT XII. (vulgo XIII.)

αἱ λεπιδωτοὶ] Infra 8, 30. κεστρεὺς δὲ καὶ λάβραξ καὶ οἱ λεπιδωτοὶ φαῦλοι κύοντες σχεδὸν πάντες. vbi Medic. καὶ οἱ λοιποὶ πλωτοὶ habet solus, quam scripturam praeferendam esse censui in Historia litter. Piscium p. 104. et 204. Noster enim infra 9, 37. ἅπαντα δὲ καὶ τὰ πλωτὰ καὶ τὰ μόνιμα. Igitur pisces qui vagantur πλωτοὶ vocantur. Alio respectu fere iidem pisces χυτοὶ vocantur supra 5, 9.

ἔτελις] Med. εὐτελεῖς. entelis versio Thomae, sed in Lipsiensi est enchalis scriptum. Hesychius: ἔτελις, χρύσοφρυς, ὁ ἰχθύς. Gesneri Hist. Aquat. p. 684. ex Synesii Epistola posuit hunc locum de Africae littore; οἱ μὲν ἐντέλεις μυραίνας τε καὶ καράβους εὐμεγέθεις, τὰ δὲ μειράκια κωβίους εὐτελεῖς καὶ ἰούλους capiebant. Sed in Epistola 4. p. 167. hodie legitur: οἱ μὲν ἐντελεῖς μυραίνας τε — τὰ δὲ μειράκια ἐπὶ κωβίοις εὐτυχεῖ καὶ ἰούλοις. Ibi sunt ἐντελεῖς oppositi pueris adulti et robustiores homines. Paulo antea λάβρακες est in V. R.

ἴσχουσι ψαδυρόν] Articulum vulgo intersertum τὸ cum Med. omisit Camus. arenidum vertit Gaza. ouum pariunt facile comminuibile Thomas. Legit igitur τίκτουσι pro ἴσχουσι scriptum. ἐγχέλιος Leon. Camot. Ouum quale ψαδυρὸν vel ψαθυρὸν dicat philosophus, apparet ex libro de Gener. 2, 1. vbi piscium oua σκληρόδερμα dixit, cartilagineorum vero oua ὀστρακώδη in historia saepe appellauit.

τοῦτο δὲ φαίνεται] Gaza vertit: quod etsi vtero conti-

netur, tamen detectum et per se ipsum constare videtur. Sed aberrauit a sensu; quem demonstrat locus supra 3, 1. αἱ δὲ τῶν ἰχθύων (ὑστέραι) κάτω — πλὴν λεπταὶ καὶ ὑμενώδεις καὶ μακραί, ὥστ' ἐν τοῖς σφόδρα μικροῖς τῶν ἰχθύων δοκεῖν ἑκατέραν ᾠὸν εἶναι ἕν; ὡς δύο ἐχόντων ᾠὰ τῶν ἰχθύων τούτων, ὅσων λέγεται τὸ ᾠὸν εἶναι ψαθυρόν· ἔστι γὰρ οὐχ ἕν, ἀλλὰ πολλά· διόπερ διαχεῖται εἰς πολλά. De Gener. 1, 8. νῦν δὲ τοσαῦτα ἔχουσιν, ὥστε δοκεῖν ᾠὸν εἶναι τὴν ὑστέραν ἔν γε τοῖς μικροῖς ἰχθυδίοις. vbi primum ex Codice Accoramboni scribendum ὑστέραν ἑκατέραν, deinde ex altero loco post ᾠὸν inserendum ἕν; et dubito, annon hoc etiam in loco ἓν sit inserendum ante φαίνεται.

-1. ἐρυθρίνου καὶ χάννης] Scripturam vulgatam ἐρυθρινοῦ monente Sylburgio ex Leon. Camotiana correxi. χάνης etiam vitiose dedit Camus. Supra 4, 11. post ψηττῶν genus memoratur in hac ipsa obseruatione τὸ τῶν ἐρυθρίνων, καὶ αἱ χάνναι· vbi vulgo erat ἐρυθρινοῦ — χαναι. Sed veram scripturam habent Codices. In libro de Generat. 3, 1. est: περὶ δὲ τοῦ γίνεσθαι καὶ ἐν τοῖς ἰχθυσι κυήματα ἄνευ τῶν ἀῤῥένων, οὐχ ὁμοίως (ὦπται)· μάλιστα δὲ ἐπὶ τῶν ποταμίων ἑώραται συμβαίνειν περὶ τοὺς ἐρυθρίνους· ἔνιοι γὰρ εὐθὺς ἔχοντες ᾠὰ φαίνονται, καθάπερ ἐν ταῖς ἱστορίαις γέγραπται περὶ αὐτῶν. Sed hunc locum mutilum esse docet comparatio historiae, et monuit iam olim Salvianus. Nam erythrini sunt marini. Phoxinos igitur reponi voluit Salvianus, vti annotaui in Histor. litter. Piscium p. 199. Percam Linnaeo Cabrillam dictam Neapolitani piscatores hodieque *Canna* vocant. Hanc vna cum Perca marina Linn. semper hermaphroditam, id est ouario simul et lactibus instructam, reperit, descripsit et pinxit Italus *Cavolini* De Generatione Piscium et Cancrorum germanice conuersus p. 82. sqq. Marinam Holocentris annumerauit Blochii Systema, Cabrillam vero Grammistis. Hanc Graecis hodiernis χάννο audire testatur *Sonnini* Gallus in Itinerario Graeciae Tom. I. p. 281 — 88. qui quatuor eius

varietates descripsit, et pisces, quotquot aperuit, hermaphroditos reperit. Igitur aut hi ipsi sunt Philosophi erythrinus et channa, aut plures pisces marini sunt hermaphroditi.

2. φοξῖνοι] Leon. Camot. φοξινοί. Versio Thomae *forini*, Alberti *choccinos*. Etymolog. M. φόξιvος ἰχθὺς εὐθὺς γεννώμενος ἔχων κύημα· τίκτει δὲ ἐν ταῖς προλίμναις τῶν ποταμῶν, ὡς Ἀριστοτέλης. Alter nostri locus est H. A. 6, 14. Sed nihil inde arguere licet de forma naturaue.

ἀνακάπτουσι] Hoc vulgato ἀνακάμπτουσι ex Gazae versione substituit Sylburg. *intus glutitur a femina* versio Scoti. *feminas sua oua iterato glutire* Alberti.

οὓς ἐκτίκτουσι] Gaza vertit: *quae autem in locis opportunis edita sint, haec seruantur.* Medic. εἰς οὓς ἐκτίκτουσι habet. *nisi illa quae cadunt in locis quietis, in quo foetus calore loci et quiete educi potest,* Albertus: *in locis in quae epariunt* Thomas: *in locis vbi eiicitur foetus* Scotus vertit. Sylburg tentabat οὗ ἐκτίκτουσι, Camus εἰς τοὺς τόπους εὐσκόπους, ταῦτα. Vterque infeliciter.

τὰ πολλὰ γόνιμα] *et horum non fiunt omnia prolifica* versio Thomae. Igitur τὰ πάντα scriptum legit. Sequens ἐπιῤῥάνῃ vulgato περιῤῥάνῃ substitui ex Medic. *irrorauerit* versio Thomae. Postea ἐπὶ τὰ ᾠὰ ἐκ τοῦ θοροῦ Med.

3. κωβιοὶ] Vat. κηβωτίοι, Ambr. κιβώτιοι. Albertus *kabchyen* vertit. Deinceps ψαθυρὸν Leon. Camot. *latum et facile comminuibile* versio Thomae.

καὶ ἔχων ὕδατα] Ita pro ὁ ἔχων ex Med. V. R. et versione Thomae Camus dedit. Deinceps φυκίδων Albertus *fochidon* vertit, *phucas pusillus* Gaza. Edd. pr. φυκιδίων habent, Sylburgii emendationem firmat Med.

4. φύκης] Diphilo Siphnio Athenaei 8. p. 355. φυκὴν dici videtur: τῶν πετραίων ὁ φυκὴν καὶ ἡ φυκὶς ἁπαλώτατα ἰχθύδια ὄντα εὔβρωμα καὶ εὔφθαρτά ἐστιν. Alexis comicus ibidem 3. p. 107. ἐπὶ τὸ τάγηνον impositos et ap-

paratos memorat φύκην et φυκίδα. Cetera vide in Histor. litter. Piscium p. 170.

γόνῳ τίκτουσι] Vulgatum ἐν γόνῳ ex Med. et versione Thomae correxit Camus. Sequentia τινὰ ὁ ἰχθὺς vulgo intersertum ἔσω post τινὰ habebant, quod Camus deleuit auctoritate Codicum et versionum trium. Pro ἦτρον V. R. ἴτρον, Med. ἧπαρ habet. ἧπαρ reddidit versio Thomae et Scoti.

ἐκτέκῃ, ζῇ] Ita pro τέκῃ ex M. V. R. Camus scripsit. Pergit Med. συμφύεται ταῦτα πάλιν, omisso ζῇ, quam scripturam expressit Thomae versio. Sequens ὁμοίως ante συμβαίνει ex Med. et versionibus tribus adiecit Camus. Postea ζωοτοκούντων cum Med. versione Gazae et Scoti omisit Camus. Scaliger malebat: ἐπὶ τῶν ἔσω ζωοτοκούντων καὶ ἐπὶ τῶν ἔξω ᾠοτοκούντων. Sed breuissima ratio emendandi est haec, vt ζωοτοκούντων mutetur in ᾠοτοκούντων; id quod feci. Cartilagineos enim et osseos pisces vna cum auibus et quadrupedibus ouantibus comprehendit. De acu marina compara collecta in Histor. litter. Piscium p. 2. et p. 25. Plinius 9. s. 76. *Acus siue belone vnus piscium dehiscente propter multitudinem ouorum vtero parit. A partu coalescit vulnus, quod et in caecis serpentibus tradunt.* vnde praeter geminum Plinii errorem, qui manifestus fiet comparato nostro 6, 17. apparet, in hoc nostro loco scribendum esse συμφύεται τὸ τραῦμα πάλιν. Igitur vulgatum ταῦτα correxi. Syngnathum belonem et hippocampum Linnaei ita parere, contra ophidion et lumbriciformem oua pectori agglutinata gerere et excludere, egregie docuit *Cavolini* de Generatione Piscium et Cancrorum.

5. ἡ δὲ κεφαλὴ καὶ οἱ] Reg. οἱ δ' ὀφθαλμοὶ καὶ ἡ κεφαλὴ ἐλάττων, ὕστερον δ' ἀναλοῦσθεν. Sequens γυρινώδεις vulgato πυρινώδεις, quod Gaza vertit *velut nucleus*, ex Med. substituit Camus. *fiunt quasi ranarum innata* versio Thomae. In Veneto manus secunda πυρῖνα substituit vero.

αὐξάνονται ἐκ τῆς ἀπὸ τοῦ ᾠοῦ] Ita Med. Vat. Canis.

crescunt ex humiditate parta ab ovo versio Thomae. Vulgo erat: ὑπὸ τῆς τοῦ ᾠοῦ ἐγγενομένης.

6. καθαιρομένου] Pro Πόντου Reg. ποταμοῦ, Ambr. πότου habent. Plutarchus de Ira cohibenda p. 431. Hutton: τὴν θάλατταν, ὅταν ταραχθεῖσα τοῖς πνεύμασι τὰ βρύα καὶ τὸ φῦκος ἀναβάλλῃ, καθαίρεσθαι λέγουσιν. Plinius 2, s. 100. *Pontus semper extra meat in Propontidem, introrsus in Pontum nunquam refluo mari.* Quae duxit ex nostri Meteorol. 2, 1. Cf. Seneca Q. N. 4, 2.

ἄνθος εἶναί τι φυσικὸν τὸ φυκίον] Vulgatum οἱ δέ φασι τοῦτο ἄνθος εἶναι τοῦ φύκου, ἀφ' οὗ τὸ φυκίον εἶναι, ex Med. contraxi et correxi. *aiunt florem esse quendam naturalem fycon* versio Thomae. Aldina cum Regio τοῦτο ἄνθος τοῦ ἄνθους.

καὶ τὰ ὄστρεα] Camotiana haec omisit.

CAPVT XIII. (vulgo XIV.)

πεντάμηνοι — ὄντες] Ita ex Med. et versione Thomae vulgatum πέντε μῆνας — ἔχοντες correxi. *quinque mensium aetate existentes* Thomas, *post decem menses* Scotus vertit, sed Albertus *quinque* habet. Deinceps verba ἀλλ' ἔχουσιν — οἱ δὲ θορὸν omisit Med.

κυπρῖνος] Alberto *kochomos*, deinde vero *kakomos*. Sequens ἐπὶ τοῖς ἄστροις Thomas vertit *sub astris*, Gaza *siderum ratione*, Camus *au lever des constellations*. Puto *siderum magnorum exortus* intelligi, de quibus Plinius 11, s. 14. et Columella 9, 14: Vergiliarum, Arcturi et Caniculae.

χαλκίς] Gazae *aerica*, Alberto *halchys*. Sequens ἐν τῷ ἐνιαυτῷ πάντες· τίκτουσι δ' ἐν ταῖς vulgato ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ· τίκτουσι δὲ πάντες ἐν ταῖς ex Med. et versione Thomae substitui. *Semel in anno omnes; pariunt autem* Thomas vertit. Albertus: *residui autem modi pisciuli fere omnes semel — sicut saepiae et sicut piscis qui ahollisa dicitur et berioa.*

2. πρoλιμνάσι] Etymol. M. in φόξινος ex h. l. laudavit

προλίμναις. Sequens γλάνεις vulgato γλανεῖς substitui. Albertus *begurz et berica* vertit. Verba ὥσπερ οἱ βάτραχοι — ἐστὶ τὸ κύημα R. A. omiserunt. περιειλιγμένον *continuo filo sibi cohaeret* vertit Gaza.

τό γε τῆς πέρκης] Vulgatum τάγε corrigi voluit ita Sylburg. τότε ex Med. dedit Camus. Sequens ἀνακηνίζονται Thomas vertit *pulsando continuant piscatores calamorum*. Praepositionem igitur ἐκ omisit. De ouario percae verum esse testatur *Bloch* in Tom. V. p. 276. libri: *Beschäftigungen der Naturforschenden Gesellschaft zu Berlin*.

γλανίων] Ita pro γλανέων Med. Albertus *galnon* vertit. Deinceps βάθεσι Leon. Camot. Postea τίκτουσι R. A. omissis ἔνιοι καὶ, sed in Reg. secunda manus ἔνιοι addidit. ὀργυιᾶς pro vulgato ὀργυιὰς monente Sylburgio posui. Gaza: *vel trium passuum altitudine*. Thomas: *in profundo quod est a terra ad tres cubitos*. Scotus et Albertus: *in loco, cui profunditas vnius stadii*.

βρύῳ] Camotiana θρύῳ non ineptum habet. *algas et muscosam congeriem* vertit Gaza. Sequens πάνυ ante μέγας ex Med. addidi, consentiente versione Gazae Thomaeque. Postea οἱ μὲν τὸ ᾠὸν Leon. Camot. Reg. Ambr. ὁ μὲν τὸ ᾠὸν Med. Denique τοῦ ἰχθύος vulgato τῶν ἰχθύων ex Med. et versione Thomae substituit Camus.

3. Τοῦτο γὰρ] Versio Thomae τοῦτο δὲ ἐν πᾶσι expressit.

4. Οὗ δ' ἂν πλεῖστον] Haec omittunt V. R. A. Deinceps ἔστι δὲ ἡδυτάτη Med. Postea vulgatum τῶν γλανέων ex Med. correxi. Albertus *logmos* nominat. Pro βραδυτῆτι Med. βραχύτητι habet.

5. τριταίων ἐν τῷ εἴδει] Vulgatum τριταίων ὄντων ἤδη ex Med. Canis. et versione Thomae correxi. *minorum nonnulla vel tertio die speciem pisciculi capiunt* Gaza vertit. *in specie pisciculi* Thomas. Pauca Plinius ex hoc capite delibauit, veluti 9. s. 74. *mulli ter pariunt, vt chalcis, cy-*

primus sexies. s. 75. Ceterae feminae in triduo excludunt, si mas attigit.

6. Χαλκὶς δὲ] Reg. γλαυκὶς habet. *hallyz* Albertus. Sequens ἀθρόα καὶ ἀγελαῖα Gaza vertit *gregatim sua oua gurgiti altiori mandat congesta.* Is igitur ἀγελαῖα ad ipsum chalcidum gregem retulisse videtur, quod mihi placet. De ipsis enim ouis verbum ἀθρόα sufficiebat. Confirmat suspicionem sequens de tilone: ἀγελαῖος δὲ καὶ οὗτος. Denique γλάνιος Albertus hic *galamuz* vertit.

τίλωνα] Vulgatum ψύλωνα Gaza vertit *fullonem.* ψίλονα habet Reg. τύλωνα Med. Canis. Venet. cum versione Thomae. *tilon* habet Scoti versio, *cylon* Alberti. In Lipsiensi exemplo versionis Thomae *tilonem* reperi scriptum. De tilone dicetur ad 8, 20. vbi τίλλωνι olim erat scriptum.

Κυπρῖνος δὲ καὶ βάλερος] Ex V. R. A. καὶ βαλῖνος inseruit Camus, equidem Med. versionem Thomae et Gazae sequor. Hic enim *balerus* habet vterque, Scotus *belenir,* Albertus *kooponeos et belenys.* Infra 8, 20. βαλλέρῳ vulgabatur, βαλλίῳ dant Med. et versio Thomae. Sequens τρεῖς καὶ δέκα vulgato τρισκαίδεκα ex Reg. substituit Camus, et de vitio monuerat Sylburg. Pro ὑποχωρούσης aliud verbum scriptum legit Thomas. Vertit enim: *emittente ouum et agerente.*

ὅ,τι ἂν] Ita pro ὅταν ex Med. scripsi. Pro ὕλην Med. habet ἰλὺν, *faecem* vertit Thomas. Deinceps καὶ γὰρ οὐδὲ ᾠοφυλακεῖ τῶν ἄλλων ἔξω γλάνιος οὐθεὶς edidit Camus, qui monet in Regio post γλάνιος fuisse οὐ, sed deletum a secunda manu; item pro ἀθρόῳ ibi esse locum vacuum relictum. Vat. habet: ἔξω γλάνιδος οὐδεὶς πλὴν ἐν ἀρθρου γόνῳ.

τοῦτον δὲ φασιν] Versio Thomae δὲ omisit. Post αὕτη δὲ ex Med. versione Thomae et Gazae οὐδέτερον inserui. De anguillarum migratione e fluuiis in mare testatur longa experientia edoctus Redi *Degli animali viventi negli ani-*

mali p. 69. Albertus pro anguilla nominat *halox*, Vincentius 17. c. 15. *halox* et *oastonox* pro κευτρεύς.

CAPVT XIV. (vulgo XV.)

καὶ οἷον] Ita Med. pro οἷρις — ἃ ἐξηραίνετο. Vat. ποτὲ δὲ ξηραίνεται. Postea ὑπὸ κῦμμα καὶ ἰλὺς ἅπασα ἐξηρεῖτο ὕδωρ: ἤρχετο δ' ἐγγίγνεσθαι. Med. ἡ ἰλυς ἅπασα ἐξήρει τὸ ὕδωρ. Gazam ἐξήρανται scriptum legisse coniiciebat Sylburg ex versione eius; *et limo iam arido*. Sed is totum locum aliter conformauit interpretando: *quod tum aliis locis palustribus, tum vero apud Cnidum factum olim memorant. Stagnis enim sub canis ortu resiccatis* etc. ποτὲ cum infinito praesentis εἶναι non bene coniungitur. Quare ὅ ποτε malim. Versio Thomae: *faex omnis siccata fuit.* Cami: *et tout le limon devenoit absolument sec.*

ὑετοῖς] Ex Juntina et Camotiana et versione Gazae inseruit Sylburg vocabulum etiam in Thomae versione omissum. Deinceps ὃ οὐδὲ γίγνεται ex Med. et versione Thomae dedit Camus. *hoc neque fit ex coitu* Thomas vertit. Igitur scriptum legit ἦν δέ κεστρέων τι γένος· τοῦτ' οὐδὲ γίγνεται ἐξ ὀχείας. Albertus: *de genere fastaleos et anguillarum.* μαινίδια deest in V. R. A. et totum membrum ὃ γίγνεται — μικρὰ omisit versio Thomae.

ἐν τῇ Ἀσίᾳ] Edd. pr. καὶ ἐν τῇ Ἀσίᾳ. Copulam inutilem sustulit Casaubonus, consentiente versione Thomae, Gazae et Mediceo. Sequens οἱ οὐ διαῤῥέουσι vulgato ὅπου δ. substitui, non sine auctoritate. Med. enim οὐ habet pro ὅπου, quod male Camus errore librarii positum interpretatur pro οἱ. Sed ecce versio Thomae: *in fluuiis in Asia, qui non defluunt in mare.*

ἐψητοῦ ἔντερα] Hanc scripturam vulgatam in ἐψητοῦ ἕτερα ex Med. et Reg. mutauit Camus. Sed in Med. est ἐψητὸν. Voluit igitur idem, quod ex Veneto recepi, ἡλίκοι ἐψητοὶ ἕτεροι. In hoc tamen manus secunda ἕτεροι correxit. Versio Scoti: *In Asia, vbi currunt fluuii, et ca-*

dunt in mare, sunt pisces parui in quantitate piscium qui dicuntur karoca (alii Codd. *caucatu*) *et etiam alii similes istis.* Ita etiam Albertus, vbi scriptum et editum legitur nomen *saysata. magnitudine naricarum* Gaza vertit, Thomas *pisciculi parui alii eodem modo his.* Igitur verba dubia plane omisit vel in suo Codice scripta non reperit.

καὶ οὕτως] Codd. Cami omnes, versio Thomae et Alberti habent ὅλως. Sed οὕτως abesse non potest. Deinceps ἀλλὰ γένος τι αὐτῶν τοιοῦτον ὃ φύεσθαι Vat.

2. *ἐξ ᾠῶν*] Vulgatum ἐκ ζώων ex Med. versione Thomae et Scoti correxit Camus.

ὁ καλούμενος ἀφρὸς] Scholia ad Aristophanis Equites versu 642. ἔστι δὲ γένη πλείονα, ἡ μὲν ἀφρῖτις λεγομένη, ἥτις οὐ γίνεται ἀπὸ γόνου, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐπιπολάζοντος τῇ θαλάσσῃ ἀφροῦ καὶ πηλοῦ ἰλυώδους, ὡς ἀνωτέρω ἐῤῥέθη. Ἑτέρα δ' ἐστὶν ἡ λεγομένη κωβῖτις, ἣ γίνεται ἐκ τῶν μικρῶν καὶ φαύλων καὶ τῶν ἐκ τῇ ἄμμῳ φερομένων κωβιῶν· ἐξ αὐτῆς δὲ ἕτεραι, αἳ ἐγκρασίχολοι καλοῦνται· καὶ ἄλλη τίς ἐστι γόνος μαινίδων καὶ ἄλλη ἐκ τῆς μεμβράδος καὶ ἄλλη ἐκ τῶν μικρῶν κεστρέων. Ἔστι δὲ προηγουμένη ἡ ἀφρῖτις· σφόδρα δὲ καὶ μέχρι νῦν παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις σπουδάζεται. Quae eadem habet Suidas in voce ἀφύη. Sed locus est translatus ex Athenaei 7. p. 284. qui Aristotelem simul nominat auctorem: καὶ ἡ μὲν ἀφρῖτις λεγομένη οὐ γίνεται — ἀφροῦ, ὅταν ὄμβρων γενομένων πολλῶν σύστασις γένηται. ἑτέρα δ' ἐστὶν ἀφύη κωβῖτις λεγομένη· γίνεται δ' αὕτη ἐκ — φαύλων τῶν ἐν τῇ ἄμμῳ διαγενομένων κωβιδίων. καὶ ἐξ αὐτῆς δὲ ταύτης τῆς ἀφύης ἀπογεννῶνται ἕτεραι, αἵτινες ἐγκρασίχολοι καλοῦνται. Γίνεται δὲ καὶ ἄλλη ἀφύη, ὁ γόνος τῶν μαινίδων, καὶ ἄλλη δὲ ἐκ τῆς μεμβράδος, καὶ ἔτι ἄλλη ἐκ τῶν μικρῶν κεστρέων, τῶν ἐκ τῆς ἄμμου καὶ τῆς ἰλύος γινομένων. πάντων δὲ τούτων ἡ ἀφρῖτις ἀρίστη. vbi Epitome MSta κωβίτης λεγομένη habet. Deinde ὁ γόνος τῶν Codex vterque cum Veneta Edit. ἡ γόνος ἐστι Basil. et Casaubonianae. βεβράδος

Epitome MS. ἄλλη postremum ex Codice accessit. Vides peruerse quaedam ab Athenaeo in Philosopho accepta et translata fuisse, veluti de membradibus et encrasicholis. Quod addidit de apua ex cestrei prole nata, falsum etiam est, Aristoteles enim ipsam hanc postremam apuam prolem cestrei parui esse ait, nec eius, de quo antea retulerat, ex limo et arena nati, sed alius, qui coit et generat oua. Hinc γόνον κεστρέων dixit. Vocabulum ἀφύη genituram et foeturam piscium minutam omnem significasse docent loca scriptorum apud Athenaeum l. c. vbi Dorion ἀφύην τριγλῖτιν nominat, praeterea κωβίνην τινὰ ἑψητὸν καὶ τὸν ἐξ ἀθερίνης. Simile igitur vocabulum fuit ἑψητὸς, quod pariter foeturam piscium significasse videtur. Ἀφρῖτις apua videtur esse ea, de qua Hicesius apud Athenaeum: τῆς ἀφύης ἡ μὲν λευκὴ καὶ λίαν λεπτὴ καὶ ἀφρώδης, ἣν καλοῦσιν ἔνιοι καὶ κωβῖτιν. (κιβῶτιν Codex.) De eadem Archestratus: τὴν ἀφύην μίνθου πᾶσαν, πλὴν τὴν ἐν Ἀθήναις· τὸν γόνον ἐξαυδῶν, τὸν ἀφρὸν καλέουσιν Ἴωνες· καὶ λάβε πρόσφατον αὐτὸν ἐν εὐκόλποισι Φαλήρου ἀγκῶσιν ληφθέντα. Athenis in cibum pauperum cessisse apuas copiosissimas et viles tradit Chrysippus ibidem. Oppianus Halieut. 1, 767. seqq. eadem de apua cum Philosopho narrat, quam deinde ἀφρῖτιν vocat. Ad quem locum Scholia ἀφύην interpretantur ἐγγραύλεις, ἀκτάρας. Cangii Glossarium habet Benedicti glossam: *Albula*, ; ἀκτάρα ; vbi vir doctus ex Scholio Oppianeo ἀκτάρα scribi voluit. Sed Eustathius ad Odysseam ψ ait: εὐτελέστατον δὲ ἐστὶν ἰχθύδιον, οὗπερ ἡ κλῆσις ἴκταρ· ἐμφαίνει δὲ τοῦτο ἡ Βυζάντιος παραφθορὰ, κτάρας τὰ τοιαῦτα λέγουσα. Ex communi fonte cum poeta hausit Aelianus H. A. 2, 22. sed narrationem de captura addidit inde, quam ex Aeliano retulit interpres graecus ad Aristophanis Equites versu 642. cuius locum male tentauit Kuster, quoniam fontem ignorabat. Plinius 31. s. 43. *Apuam nostri, Graeci aphyen vocant, quoniam is pisciculus e pluuia nascitur.* Idem 9. s. 74.

apuae spuma maris incalescente, cum admissus est imber. Reliqua dixi in Historia litter. Piscium p. 16 — 22. Addo nunc haec. Hanc apuam ἀφρὸν Attici et γόνον appellare solent, teste Athenaeo 7. p. 325. καὶ τὸν θαλάττιον γόνον, ὃν ἡμεῖς μὲν ἀφύην, ἄλλοι δὲ ἀφρυην ὀνομάζουσιν, οἱ δὲ ἀφρόν, vbi scribo ἀφρῖτιν. Hinc interpretandum in versibus Comici apud Athenaeum 3. p. 108. ἀπὸ πηγάδου γόνον.

ἀρξαμένη] Med. Vat. ἀρξάμενος ad antecedens ἀφροὺς referentes. Sequens ἑλκόντων Med. in ἑλκομένης mutat, sed ἑλκομένης expressit versio Thomae: *et attracta et non augmentata terra.* Praeterea Reg. ἀναξεομένης. Thomas ἐφελκομένης καὶ ἀναυξεομένης videtur scriptum legisse. Postea ταχὺ Codd. Cami vulgato ταχέως substituunt.

3. καὶ ἑλώδεσι] Vulgatum ἀλεεινοῖς, qui praecedens ἐπισκίοις aduersatur, ex Med. Veneto, Canis. et versione Thomae correxit Camus. Vat. εὐέλοις, A. εὐήλοις. In Reg. οις scriptum suppleuit manus secunda et εὐηλίοις posuit. Gaza *apricis* vertit.

περὶ Ἀθήνας] Med. ἐν Ἀθήναις περὶ Σαλαμῖνα. Albertus habet: *in locis qui dicuntur Colonus et Tomastochilia et marescaz.* Themistocleum hoc Index Sylburgianus fanum Themistoclis male interpretatur. Est potius monumentum sepulcrale. Pausanias Atticorum 1, c. 1. de Piraeei triplice sinu agens: καὶ πρὸς τῷ μεγίστῳ λιμένι τάφος Θεμιστοκλέους. Locum accuratius designat Plutarchus Vita Themistoclis c. 32. vbi testem Diodorum periegetem laudat: ἐν τῷ περὶ τῶν μνημάτων εἴρηκεν ὑπονοῶν μᾶλλον ἢ γινώσκων, ὅτι περὶ τὸν λιμένα τοῦ Πειραιῶς ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν Ἄλιμον (ita vulgatum Ἄλκιμον correxit Meursius) ἀκρωτηρίου πρόκειταί τις ἀγκὼν, καὶ κάμψαντι τοῦτον ἐντὸς, ᾗ τὸ ὑπεύδιον τῆς θαλάττης, κρηπίς ἐστιν εὐμεγέθης καὶ τὸ περὶ αὐτὴν βωμοειδὲς τάφος τοῦ Θεμιστοκλέους. Idem Diodorus Platonis comici testimonium ibidem affert non dubium de eodem monumento. Alcimi ta-

men promontorium ante aditum Piraeei collocatum nominauit auctor doctissimus tabulae geographicae Athenarum viciniae Gallus *Barbié du Bocage*. Voluit igitur in Plutarcho ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν Ἄλκιμον ἀκρωτηρίου ita tueri, quasi scriptum esset ἀπὸ τοῦ Ἀλκίμου ἀκρωτηρίου.

ὅταν εὐημερία ᾖ] Med. ὅταν μὴ εὐημερία ᾖ, sed versio Thomae vulgatam reddit scripturam. Sequens μικρὰ omisit Med. Postea ἐπὶ τοῦ πελάγους vulgato ἐκ τ. π. substituit Camus ex R. A. vertens: *elle est portée sur la mer tantôt d'un côté tantôt de l'autre*. Thomas vertit: *aufertur a pelago*. Verum cum πέλαγος nostro vt aliis sit *mare altum*, ἐκ τοῦ πελάγους seruaui, et praeterea προφέρεται cum Thoma scribendum censeo. In Med. verba διὸ πολλαχοῦ — πλείστη desunt. Denique pro εὔδιεινὸν A. εὔηλον, V. R. εὔυλον habent.

4. γόνος ἰχθύων ἐστὶν] *foetura piscium est* Gaza vertit, Camus *les autres aphyes sont le produit de differens poissons*. Sequens ἡ μὲν καλουμένη κωβῖτις coniecturae Sylburgii debetur ex Athenaeo ductae, quam Editiones posteriores omnes adoptarunt. Camus antiquum ὁ μὲν καλούμενος κωβίτης ex Med. et Veneto reuocauit. Statim etiam antiquum μὲν ἄραδες probauit, quamuis Sylburgius ex eodem Athenaeo verum μεμβράδες restituisset, quod Edd. deinceps omnes receperunt, consentiente versione Gazae, qui *membradas* dedit. Thomas *membraces*. Med. μεμβράδες, Canis. βεμβράδες scriptum habent. Venetus φλιαρικῆς γίνονται μεμβράδες, sed correctum φαληρικῆς — μὲν ἄραδες.

τριχίαι] Versio Thomae *trikyae*. Deinceps ἐκ δ' ἐνιάς ἀφύης Med. Canis. Venet. Postea Ἀθηναίῳ R. A. In Mediceo verba οἷον τῆς — γόνος ἐστὶ desunt. Postea versio Thomae scriptum ἔστι δὲ καὶ αὕτη ἀφύη γόνος μαινίδων reddidit: *vocati enkrasicoli. est autem et haec afya genitura menidorum et kestreorum*. Sed in Lipsiensi copulam *et* post *autem* non reperi. Statim κεστρῶν Med. Venet.

Post πλὴν ex Codd. suis et versione Thomae νῦν inseruit Camus, consentiente Gaza et Veneto.

CAPVT XV. (vulgo XVI.)

ἐγχέλυες] Med. Ambr. ἐγέχυς. Deinceps οὔτ' ᾠὰ Med. habet, contra οὔτ' ᾠὸν omittunt V. R. A. Postea τοῦτο μόνον posui pro τοῦτο ὅλον ex versione Thomae. Denique pro ἐξ ᾠῶν habent ἐκ ζώων Aldina, Vatic. et versio Thomae. Alberto anguilla ex graeco dicitur altholos vel esthelos.

ἐν ἐνίαις γὰρ] Ex Med. et versione Thomae ἐν addidit Camus. Reg. habet ἔνιαι γὰρ τ. ἐν λίμναις. V. ἔνιαι γὰρ τελματώδες ἐνλίμνες. Ambr. ἔνιαι γὰρ τελματωδεις ἐν λίμνης. Deinde vulgatum ἐξωσθέντος ex Med. Canis. correxi. Sed Thomae versio verba haec καὶ τοῦ πηλοῦ ξ. omisit, et statem subiunxit: *cum aqua facta fuerit scaturiens.* Videtur igitur pro ὄμβριον scriptum legisse ἔμβρυον. Albertus vertit: *si tota aqua auferatur ita, quod non remaneat ibi nisi lutum.* Iterum postea pro ὀμβρίῳ dat Thomae versio *scaturiente*, et ζώων pro ᾠῶν vertit. V. A. οὔτε ἐξωσθέντος ἐκ ζώων habent, male repetito verbo ἐξωσθέντος ex superiori oratione.

δοκοῦσι δέ τισι] Ex libro non nominato τινες memoravit Camus, et versio Alberti habet: *opinantur tamen quidam.* Deinde vulgatum ἐκ τούτων οἴονται ἐγγίνεσθαι ex M. R. A. correxit Camus. *ex his enim putant fieri anguillas* versio Thomae.

2. γῆς ἐντέρων] De anguillarum ortu sententiam supra dixit libri 4. cap. 11. ubi vide adscripta. Hoc vero loco accuratius quaestio tota tractanda est. Noster de Generat. 3, 11. τὰ δὲ τῶν ζώων σκωληκοτοκεῖται καὶ τῶν ἐναίμων, οἷον γένος τι κεστρέων καὶ ἄλλων ποταμίων ἰχθύων, ἔτι δὲ τὸ τῶν ἐγχέλεων γένος. ibid. c. 10. τὰ δὲ καλούμενα γῆς ἔντερα σκώληκος ἔχει φύσιν, ἐν οἷς ἐγγίγνεται τὸ σῶμα τὸ τῶν ἐγχελύων. Quem locum cum olim in Historia litteraria

Piscium p. 38. interpretarer aliter ac vulgo fit, nimis famae Philosophi faui et Gallo Camus iniuriam feci. Locus enim hic postremus de Generatione 3, 10. dubitationem vllam non admittit, Aristoteli visum esse genus vermium terrestrium anguillis recens natis vicem praestare eandem, quam vermes seu erucae papilionibus et phalaenis olim inde excludendis. Addo nunc locum Philoponi in Capite 4. Geneseos p. 195. *καὶ τὰ ἐκ σήψεως ἅπαντα, ὥς εἶναί τινας καὶ τὰς ἐγχέλεις φασὶ καὶ τοὺς γόγγρους. Τινὲς δὲ περιπλεκομένας ἀλλήλαις καὶ προστριβομένας τῇ πολλῇ κινήσει τὰς ἐγχέλυας ἰχῶρας ἐκ τῶν σωμάτων ἀποπέμπειν, οὓς ἰλὺν δεχομένην σπέρματος λόγον ἔχοντας τὰς ἐγχέλυς ζωογονεῖν.* Quibus similia sunt, quae tanquam ex Aristotele excerpta posuit Athenaeus 7. p. 298. *ὀχεύονται δὲ συμπλεκόμεναι, κᾆτ᾽ ἀφιᾶσι γλοιῶδες ἐξ αὑτῶν, ὃ γενόμενον ἐν τῇ ἰλύϊ ζωογονεῖται. λέγουσι δὲ οἱ ἐγχελυοτρόφοι καὶ ὡς νυκτὸς μὲν νέμονται, ἡμέρας δὲ ἐν τῇ ἰλύϊ ἀκινητίζουσι, ζῶσί τε τὸ ἐπιπολὺ ἐπὶ ὀκτὼ ἔτη.* Tum ex alio libro non nominato subiungit haec: *Γίνεσθαι αὐτὰς οὔτε ᾠοτοκούσας οὔτε ζωοτοκούσας, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐξ ὀχείας, ἀλλ᾽ ἐν τῷ βορβόρῳ καὶ τῇ ἰλύϊ σήψεως γενομένης, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν καλουμένων τῆς γῆς ἐντέρων λέγεται.* Quae Casaubonus ex hoc loco male deriuata esse statuebat. Sed fuit olim alius Aristotelis liber de animalibus perfectis et minus perfectis, cuius arabicam versionem legit et excerpsit Albertus M. libro XXI. vbi p. 211. b. haec de anguillis verba leguntur. Postquam de copulatione intestinorum terrae dictum fuerat, quam quidam coitum interpretati erant, ita pergit Albertus: *Ex his autem estimat Auicenna, cum iuxta aquas limosas sunt, anguillas generari: et hoc si verum est, tunc opus ista quasi mascula femina et oua esse ad anguillarum generationem.* Sed satis haec sunto de errore Aristotelis; errasse enim egregium philosophum, satis hodie post multas et longas dubitationes constat. Experimenta et obseruationes de ouariis et genitalibus anguillarum

enarraui in Histor. litter. Piscium l. c. et p. 323. quae repetere nolo. Addo nunc disputationem O. Mülleri, Dani, insertam Vol. I. libri: *Beschäftigungen der naturforschenden Freunde in Berlin.*

ἐκλυόμεναι] Ita pro ἐκδύμοναι Med. *absolutae* versio Thomae, quae deinceps ἐκ τοιούτων reddidit, διακνιζομένοις autem *crepatis*. Malim tamen ἐκδυόμεναι. Statim verba γίγνονται τὰ τοιαῦτα Gaza diuerse scripta vertit: *Oriuntur haec intestina dicta tum in mari.* Legit igitur γίγνονται ταῦτα, quam scripturam paene probauerim. Pro verbis οὗ ἂν ᾖ φῦκος (male editur φύκος) Thom. posuit haec: *vbicunque fuerit eiecta.* Denique vulgatum ἴσχουσα correxi ex Med. Versio Thomae: *caliditas inualescens.* Alberti: *quod abundat in eis calor.*

CAPVT XVI. (vulgo XVII.)

ἀγέλαι γίγνονται] Med. αἱ ἀγελαῖαι. De marino dicetur ad 8, 19. Alberto est *zybos.* V. A. μαρῖνον. Myxonem etiam hic scribi et intelligi voluit Rondeletius, vti dixi in Histor. litter. Pisc. p. 72.

σάργος δὲ] Ex Med. δὲ addidit Camus. Venetus σαργὸς δὲ habet. σαργῖνος maluit C. Gesner. p. 995. Versio Thomae *sarga*, quasi σάργας scriptum legisset, quod est in Laemariana Editione. *baros* Albertus habet. Deinceps vulgatum τῶν κεστρέων omittunt R. A. Equidem κεστραίων scripsi, et rationes meas explicui ad 5, 11. vbi Codices hanc scripturam praeferunt. Postea vulgatum μύξωνα ex Med. Canis. R. A. correxit Camus. *mixon* est in versione Thomae.

τὴν αὐτὴν ὥραν] Ita pro τὸν αὐτὸν ex Med. Canis. scripsit Camus. Deinde *sargas* vertit Thomas; igitur σάργας scriptum legit. τῇ σαργῷ Med. et Venetus. Pro οἰστρῶντες V. A. οἱ σύροντες habent. Postea περὶ ante τὸν χρόνον omittunt R. A.

2. ἴμπυχα] Versio Thomae *alati* habet: Alberti similiter *vermes alati, qui destruunt oua.* Dubito, diuersam

scripturam secuti sint; an a ψυχῇ, papilione, deriuarint vocabulum. Gaza habet: *minuta quaedam animalia vermiculi specie.* Quae sunt satis inepta, posteaquam antea iam dixerat: *vbi vermiculi nati in ventre fuerint.* Speciatim de trigla ex Aristotele tradit Athenaeus 7. p. 324. *τὸ δὲ τρίτον τεκοῦσα ἄγονός ἐστι· γίγνεται γάρ τινα σκωλήκια αὐτῇ ἐν τῇ ὑστέρᾳ, ἃ τὸν γόνον τὸν γινόμενον κατεσθίει.* Vincentius 17, c. 40. ex Auctore libri de rerum natura posuit haec: *Semini carperae nonnunquam in anno primo natiuitatis niger vermiculus quidam post aurem suam tabificus innascitur, et hoc saepius post Augustum; eaque tabe moritur. Remedium est aqua dulcis et fluuialis.* Sed hic de Lernaeis vel Monoculis loqui videtur, Philosophus autem de ligula sic dicta piscium, de qua Blochius olim meus in scripto noto de Vermibus intestinalibus p. 4. De mullorum vermibus locus est nostri 5, 32. vbi libri vulgati τρωγλαις habent.

ῥυάσι] Gaza *solitariorum genus* vertit: *reuzi* Albertus. Supra 4, 8. οἱ ῥυάδες ἰχθύες *flutae* vertit. Sed ibi Rhen. ῥύακες habet, *rhyades* versio Thomae. Infra 8, 13. *σχεδὸν δὲ καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν ῥυάδων τε καὶ ἀγελαίων ἰχθύων· εἰσὶ δὲ οἱ πλεῖστοι ἀγελαῖοι.* vbi Gaza *fusanei et gregatilis generis* vertit. Idem nomen in scriptore aliquo repertum ineptissime interpretatus est Aelianus H. A. 9, 46. *ῥυάδες ὄνομα θαλαττίου ζώου, σοφοῦ διαγνῶναι τὴν τῶν ὡρῶν διάβασιν* etc. Breuiter vt dicam, ex tota narratione apparet, ῥυάδας esse pisces migratorios, praecipue eos, qui quotannis in Pontum gregatim immigrabant. De nomine disputauit Conr. Gesner Aquatil. p. 258. et 1058. A vero propius abiit Camus in Comment. p. 667. quam Gesnerus. Rem planam faciet locus Basilii in Hexaemero 6. p. 66. vbi de iisdem dicit: *κατὰ καιρὸν τῆς ἀνόδου ὥσπερ τι ῥεῦμα τοὺς ἰχθῦς ἡνωμένους καὶ διὰ τῆς Προποντίδος ἐπὶ τὸν Εὔξεινον ῥέοντας.*

φθινοπωρινὴν] Ita pro μετοπωρινὴν Med. Camus. ἐαρινὴν Aldina. Sequens ἀθερίνη vulgato ἀνθερίνη monente

Sylburgio substituit Camus. *antherina, quam aristam appello,* Gaza vertit: *atherina* Thomas: omisit Albertus, qui pro κέφαλος habet *kakalos*.

[ἐκ τοῖς πλείστοις]] Verba seclusa omittunt V. R. A. Sequentia ἐνιαχοῦ δὲ καὶ μετοπώρου versio Thomae omisit. De sargi gemino partu idem est supra 5, 9. sed ibidem est ἡ δὲ σάλπη μετοπώρου ἅπαξ.

3. αὐλωπίας] Gazae *sacer*, Alberto *dolokyez*. Videtur Philosophus eum piscem significare voluisse, quem Oppianus Hal. I, 256. ex genere anthiarum quartum facit: ἄλλους δ᾽ εὐωπούς τε καὶ αὐλωπούς καλέουσιν, οὕνεκα τοῖς καθύπερθεν ἑλισσομένη κατὰ κύκλον ὀφρὺς ἠερόεσσα περίδρομος ἐστεφάνωται. Plura de eo dicta sunt in Histor. litter. Piscium. p. 81. seqq. Definire genus nondum cuiquam contigit. Deinceps vulgatum μετὰ ταῦτα correxit Camus ex Med. et versione Thomae. λάβραξ idem, qui hic δρομάδων appellatione continetur, supra 5, 9. χυτῶν vocabulo inclusus his solus parere dicitur ex isto genere.

μόρμυρος] Canis. ὀσμύλος. Venetus καὶ ὁ ἀμύλος. Gaza *mormur, molaris* habet. *et osmulé* versio Thomae, sed in Lipsiensi libro *osimus* legitur. Gaza videtur μυλαῖος scriptum legisse. In Hesychio reperio Ὀσμύλια τῶν πολυπόδων αἱ ὄζαιναι λεγόμεναι, καὶ ἰχθύδια ποιὰ, ἀλλ᾽ εὐτελῆ. Sed dubitari potest, an ὁ μύλος hic vocatus lateat. Δρομάδας nominauit supra 1, 1. in exemplo memorans thynnos, pelamides, amias.

ὕστατοι δὲ] Ita pro ὕστατον δὲ Med. et versio Thomae. Trigla supra 5, 9. ter parere dicitur. De coracini partu iterum dicitur infra: ἐνιαχοῦ τίκτουσι περὶ τὸν πυραμητόν.

ἐπὶ τῶν φυκίων] Med. φυσικῶν. In Veneto φυτικῶν a prima manu scriptum non fuisse affirmat Camus; quid tamen fuerit scriptum, agnoscere non potuit. Secunda manus φυκίων scripsit. *in erectis maris procedens* versio Thomae, sed Camus inde posuit *eiectis mari*. Albertus *super*

arenam. Gaza *inter algas*, cui κορακῖνος est *graculus*; Alberto *foraconos*. Deinceps vulgatum καὶ κύει δὲ ex Med. correxit Camus, omissa copula. Oppianus 1, 131. ἄλλαι δ' αὖ ποίησιν ἐπίχλοοι· πέτραι σαργὸν ἔχουσιν ἐφέστιον — καὶ κορακῖνον ἐπώνυμον αἴθοπι χροιῇ. Plura vide in Hist. litter. Piscium p. 101. seqq. Sed supra 5, 10. est de coracino: τίκτει δὲ πρὸς τῇ γῇ πρὸς τοῖς βρυώδεσι καὶ δασέσι. vbi τραχέσι vertit Thomas scriptum, *apud herbosa et aspera.* Quam scripturam praeferendam esse, hic locus doceré videtur.

μαινίδες] Gazae *alexes*, Alberto *mendoz*, sed statim eidem *meniz*. De maenide vide ad. 8, 30. Deinceps τῶν πολλῶν δὲ ὅσοι πελάγιοι V. R. A.

ἀθρόα ἅμα καὶ πρὸς τῇ γῇ] Ex versione Thomae καὶ interserui. Med. dicitur pro ἅμα habere καί. Gaza vertit: *edit haec oua diuersa et iuxta terram.* Ranae marinae oua nemo adhucdum vidit. Cf. dicta in Histor. litter. Piscium p. 120. Sequens ὀλιγογονώτερα vulgato ὀλιγοτόκα ex Med. Canis. et versione Thomae substitui.

4. καὶ αἱ πολλαὶ αὐτῶν] Gaza *compluresque eius generis.* Equidem ex iis, quae cap. 13. tradita sunt, expectabam aliud quam αἱ πολλαί. Omnes enim feminae dirumpi in partu par est. Voluitne Philosophus significare, mares in isto genere paucos vel nullos reperiri? Nam lactibus seu semine praegnantes pisces in isto genere nec Pallas nec Cauolini potuit reperire.

ὥσπερ τὰ φαλάγγια δὲ] Med. post φαλάγγια distinguens pergit περιέχονται δὲ, eumque sequitur versio Thomae. Deinceps vulgatum ἀνθερίνη iterum correxit Camus. Verum habet versio Thomae, *arista* Gazae.

θυννίδων] Gaza *limariae* vertens Sylburgio scriptum κηλαμύδων legisse videbatur, et haec est lectio Codicis Reg. sed ex correctione. τότε τῶν θυννῶν Vat. τότε etiam Juntina et Camot. Sequens ἐνιαυτῷ vulgato ἐνιαυτὸν ex Med. Canis. et versione Thomae substituit Camus. Thynnides

easdem cum pelamydibus intelligi voluisse videtur Philosophus, quoniam de eadem re πηλαμύδας ponit, quas antea θυννίδας nominauerat. Sane etiam Sostratus Athenaei 7. p. 303. τὴν πηλαμύδα θυννίδα καλεῖσθαι λέγει, μείζω δὲ γενομένην θύννον, ἔτι δὲ μείζονα ὄρκυνον. At supra 5, 9. est θυννὶς ἅπαξ τίκτει, ἀλλὰ διὰ τὸ τὰ μὲν πρώϊα, τὰ δ' ὄψια ποιεῖσθαι, δὶς δοκεῖ τίκτειν. Ἔστι δὲ ὁ μὲν πρῶτος γόνος (vel τόκος) περὶ τὸν Ποσειδεῶνα ἀπὸ τροπῶν, ὁ δὲ ὕστερος τοῦ ἔαρος. Διαφέρει δὲ ὁ θύννος ὁ ἄῤῥην τοῦ θήλεος etc. Hic vero thynnidem feminam thynni facit. Denique 5, 11. est: θέρους δὲ περὶ τὸν Ἑκατομβαιῶνα θυννὶς περὶ τροπάς· τίκτει δὲ θυλακοειδές, ἐν ᾧ μικρὰ ἐγγίγνεται καὶ πολλὰ ὠά. καὶ οἱ ῥυάδες τοῦ θέρους τίκτουσι. Vides etiam partus tempus variari, et praeterea ῥυάδων vocabulo videntur thynnides excludi, cum tamen cap. 10. libri 5. sit: αἱ δὲ πηλαμύδες καὶ οἱ θύννοι τίκτουσιν ἐν τῷ Πόντῳ, ἄλλοθι δὲ οὔ. Quocunque te vertas, manet tamen variatio inter θυννίδα, foetum thynni et feminam: nisi malis eam hoc in loco narrationi piscatorum, quam refert, quam philosopho ipsi imputare. Athenaeus etiam 7. p. 303. ex locis 5, 9. et 11. annotauit, θυννίδα Aristotelem facere thynni feminam.

5. σκόμβροι] Versio Thomae scombriae — Decembrem. Albertus *Aprilem* vertit. Contra Thomas ἑκατομβαιῶνα *Aprilem* interpretatur. Sequens ἐν θυλάκῳ Albertus vertit *et facit oua durn quasi in testis*, quasi ἐν ὀστράκῳ scriptum fuisset. Nil mutant libri scripti, nec Venetus.

σκορδύλας — αὐξίδας] Ambr. σκοροδύλος. Gaza alterum *auxumas* interpretatur. Albertus allelo in loco haec habet: *vocatur ab aliquibus cito fidelecai hoc est augmentatiuus.* De scordylis vel cordylis dixi in Histor. litter. Pisc. p. 61. αὐξίδα piscium corpus dixit Nicander Alexiph. 469.

ἅμα τοῖς θύννοις] Vatic. ταῖς θύννισι. Med. ταῖς θυννίσι. Versio Thomae: *simul cum thunnidibus*. Gazae, *foetus comitantes*. Sequens πηλαμύδες ex Edit. Leon. Camot. et

Codd. Cami vulgato πηλαμίδες substitui. Plinius 9. c. 15. *Intrant thynni e magno mari Pontum verno tempore gregatim, nec alibi foetificant. Cordylae appellantur partus, qui foetas redeuntes in mare autumno comitantur. Limosae vere aut e luto pelamydes incipiunt vocari, et cum annuum excessere tempus, thynni. — Pinguescunt et in tantum, vt dehiscant. Vita longissima his biennio.*

πάντες δ' ἐν τῷ Πόντῳ] Camus ex Codd. suis πάντας dedit. Sequentia ita vertit Gaza: *et praecipue in Ponto: quippe cum ibi incrementum singulis diebus plane intelligatur, sed amiae longe conspectius.* Legit igitur scriptum: παρ' ἡμέραν γὰρ αὔξονται, αἱ ἄμιαι δὲ πολλῷ ἐπιδηλοτέρως. Similem scripturam lector attentus etiam ex antecedentibus expectabat. Versio Thomae: *per diem enim multum notabiliter amiae crescunt.* Vides eum nec καὶ nec πολλαὶ expressisse, sed potius πολὺ vel πάνυ. Plinius 9. s. 19. *Piscium genus omne praecipua celeritate adolescit, maxime in Ponto. Causa multitudo amnium dulces inferentium aquas. Amiam vocant, cuius incrementum singulis diebus intelligitur.* Albertus amiam vertit *demos.*

κορακῖνοι] Reg. καρκίνοι, Albertus *foranico.* Rem eandem et diuersitatem partus secundum loca tractauit supra 5, 11.

6. τὸ δ' ᾠὸν τραχὺ] Ita pro παχὺ ex Med. Veneto, Canis. versione Thomae et Gazae scripsit Camus, eamque scripturam iam olim praetulit Sylburg. Noster supra 3, 10. vbi piscium oua ψαθυρὰ memorauerat, subdit: τῶν γὰρ μακρῶν γόγγρος οὐ τοιοῦτον ἔχει ᾠὸν οὐδ' ἡ μύραινα, ἔγχελυς δὲ ὅλως οὐκ ἔχει. Discrimen a philosopho significatum accuratius explicare et definire non licet; dubitatur enim adhuc de quorundam ouis et partu, aliorum oua generum nemo adhuc vidit aut descripsit.

ἔνιοι — γόγγροι] Albertus hoc solo in loco nominat: *onagri latine aselli.* Deinceps μοι vulgo post εἴρηται in-

sertum omisit cum Med. et versione Thomae. Postea περὶ τῆς ὀχείας καὶ κυήσεως καὶ τῶν ἄλλων Med. ὁμοτρόπων R. A.

CAPVT XVII. (vulgo XVIII.)

περὶ ἀνθρώπου] Vulgatum ἀνθρώπων ex Med. correxit Camus. Deinceps vulgabatur καὶ κοινῇ. κατὰ πάντων δὲ τῶν ζώων) κοινὸν τό. Vitium apertum ex Med. versione Thomae et Gazae correxit Camus. *singulariter de animalibus.* *Omnium autem animalium* est in Thomae versione Lipsiensi. Postea μάλιστα ἐπτοῆσθαι dedi cum Thomae versione. Vulgo μάλιστα post ὀχείας alienum locum obtinebat.

τοὺς ἱππέας] Med. τοὺς ἱππεῖς. Verba καὶ καταβάλλουσι — ἱππέας desunt in R. A. et versione Scoti.

2. θωρακίζοντες ἑαυτοὺς] Med. ἀλλήλους αὐτοὺς habet. *se ipsos impellentes* versio Thomae. Pro παχύτατον τραχύτατον videtur scriptum legisse Antigonus c. 110. qui h. l. ita excerpsit: τοὺς δὲ ὗς πρὸς ἀλλήλους μάχεσθαι θωρακιζομένους τῷ ἰδίῳ δέρματι· ποιεῖν δὲ τραχὺ ἐκ παρασκευῆς τρίβοντας πρὸς δένδρα, καὶ τῷ πηλῷ μολύνοντας καὶ ξηραίνοντας. Versio Thomae inepte reddidit quaedam, velut *ex adaptatione ad arbores — Pugnant autem ad inuicem propulsantes colligati sic vehementer, vt frequenter omnes moriantur.* συοφορβίων ex Codd. dedit Camus pro vulgato συοφορβείων; Camot. συοφορείων habet. Sed vnde Thomas potuit *colligati* colligere? Videtur verbum aliquod ex σὺν et φορβιὰ compositum in libro suo scriptum legisse et vertisse.

ἵππῳ μὲν γὰρ] De hoc odio cameli in equum vide dicta ad Aeliani H. A. 3, 7. et 11, 36. Xenophontis Cyrop. 6, 2, 18. 7, 1, 27. Herodoti 1, 80.

3. καὶ ἐπὶ τῶν ἀγρίων] Junt. Camot. καὶ omittunt. Sequens ἀπὸ τῶν σκύμνων nimis ad verbum interpretatur Gaza *a suis catulis.* Debebat *enixae catulos.*

διόπερ φασὶν] Versio Thomae τινὲς interserit, vbi se-

quentia sic redduntur: *quod in India non permittunt pastores ipsos coire cum femellis.* Idem Thomas post ἀνατρέπειν additum ἂν habuit; vertit enim *euerterent — agerent.* ἀναστρέφειν est in V. R. Deinceps οὔτε φαύλως οἰκοδομουμένας Vatic.

καὶ ἄλλα πολλὰ] Intelligit κακὰ vel δεινὰ Sylburg. *pluraque alia incommoda faciunt* Gaza. *alia multa damnosa faciunt* Albertus vertit. Deinceps τροφῆς ἀδηλίαν παρ' αὐτοῖς ἔχειν V. R. Sequens τοῖς προσαγομένοις vulgata τοὺς προστάττομένους ex Med. Canis. substituit Camus. Sylburgius coniecerat τοὺς προσαγομένους. *adductis aliis, quibus ferire praecipiant* Gaza vertit. Verum reddidit etiam Thomae versio.

4. οἷον τὰ — ὗες] Vulgo repetitum οἷον ante ὗες cum Med. omisit Camus. Sequentem obseruationem de nomine equarum a Graecis ad libidinosas feminas translato repetiit Aelianus H. A. 4, 11. διὰ ταῦτά τοι καὶ τῶν γυναικῶν τὰς ἀκολάστους ὑπὸ τῶν σεμνοτέρως αὐτὰς εὐθυνόντων καλεῖσθαι ἵππους.

ἐξανεμοῦσθαι] Gaza male *euentari*, Thomas *extolli* vertit. Sequens ὀχεῖα male Thomas *iuga*, recte Gaza *equos admissarios* vertit. Deinceps ὅπερ ἐπὶ τῶν ὑῶν dedi, addito articulo τῶν, ex Med. qui tamen plura habet: ὅπερ ἐπὶ τινῶν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ὑῶν λέγεται. Camus ex V. R. A. dedit ὅπερ ἐπὶ τινῶν λέγεται, τὸ καπρίζειν. Versio Thomae: *sicut in suibus dicitur ad masculum hapelare.* Articulum τὸ equidem sublatum malim. Denique *ad vrsam ad austrum* verba πρὸς ἄρκτον ἢ νότον vertit Thomas.

5. οὐδένα ἰῶσι] R. A. οὐδὲν habent. Deinceps πόνον in πόθον mutat, cui respondet *desiderium* in versione Thomae. Sequens ὥσπερ ἐπὶ τοῦ τικτομένου *eodem quo illud quod nascitur nomine* vertit Gaza. Legit igitur scriptum ὥσπερ τὸ τικτόμενον.

συγκύπτουσι] Vatic. συγκόπτουσι. Thomas *coadorant,* Gaza *colligunt sese et societate magis quam antea gaudent*

vertit. Pro ἀλλοιοτέραν Thomas habet *magis altam*, sed forte *alteram* scripserat.

ἀλλ' οὐ τὸ ἐπὶ τοῖς πώλοις ἐπιφυόμενον] Memorabilis est varietas scripturae in Med. ἀλλ' οὐ τοῦτο ἐπὶ τοῖς πολλοῖς, quam reddidit Thomas: *sed non hoc in multis innascens*. Sequens φύν ex versione Thomae vulgato φεῖ substitui. Deinceps ὅταν σκυζῶσι Thomas vertit *cum cohiberint*. Denique τὰς ἵππους, coniecturam Sylburgii, recentiores Edd. receperunt.

6. σατυρῶσι] Med. praefert ταυρῶσι. Sed vide mox dicenda ad sect. 9. de verbo καπρᾷ. *taurizant* vertit Thomas. καταυχίμοι idem *petulantes* reddidit. Postea pro εὖ ἴσχωσι reddidit scripturam εὖ ἔχοντα, denique ἀποκείρωνται *candiantur*, et κατηφέστεραι *subiectiores* vertit. Med. κατωφερέστεραι habet. Aelianus H. A. 11, 18. θήλειαν ἵππον εἰς ἀφροδίσια λυττῶσαν πάνυ σφόδρα παῦσαι ῥᾳδίως ἐστίν, ὡς Ἀριστοτέλης λέγει, εἴ τις αὐτῆς ἀποκείρῃ τὰς κατὰ τοῦ τένοντος τρίχας. Plinius 8. c. 42. *Equarum libido extinguitur iuba tonsa.* Detonsam demum asinum admittere narrat Aelianus 12, 16. et Plutarchus Amatorii p. 21. ed. Reiskii.

7. ἡμέρας ἅμα] Vulgo interiectum ἀλλαχόθι cum Med. et versione Thomae omisi; contra sequens ἀλλήλοις in ἄλλοις mutat versio Thomae, ubi est: *etsi commisceantur aliis*. Gaza vertit locum: *Quod si feminae diversae permisceantur, mares alienas mordendo expellunt.* Suspicor igitur in ἀλλαχόθι, quod alienum locum occupaverat, latere τὰς ἀλλοτρίας. In locum vulgati καὶ ante ἀγαμιχθῶσιν ex Regio κἂν adscivit Camus. Postea τις ante ἄρρην Camus omisit cum V. R. A.

κἂν συγκατευνῆται] θήλεια additum legit, certe vertit Gaza, quem secutus Camus, lectore tamen non admonito.

8. γίγνεται [illegible]] Intellige ταῖς θηλείαις. Sequens [illegible] Gaza *escam sentiat* vertit. Postea ἐν τῇ Ἠπείρῳ male [illegible] in *campo* reddidit. Gazae versionem taxavit

post Erasmum C. Gesner p. 1181. et monuit, potius *abarmentari* esse ἀτιμαγελεῖν. Vtitur iterum de tauris verbo infra noster 9, 3.

ἀγριώτερα πάντα — τοῖς θήλεσι] Vulgatum τὰ ἄγρια ex Med. ταῖς θηλείαις autem ex Med. et Vatic. correxi. Vnde etiam in sequentibus malim τὰ ἄῤῥενα τῶν θηλέων.

καπρᾷν] Cum Basil. Medic. καπριᾷν. Vulgatum praetulit Sylburg propter ταυρᾷν et τραγᾷν. Supra de eadem re καπρίζειν est, et Hesychius θριῆσαι, καπρίσαι interpretatur. Aristophanes γραῦς καπρῶσης dixit Pluti versu 1024. Formam καπρᾷν ex Aelio Dionysio memorauit etiam H. Stephani Thesaurus et cum ταυρᾷν comparauit. Firmat id etiam καπρώζω ab Eustathio positum eadem notione; nisi is potius καπρίζω memorare voluit. Quare iam olim Stephanus h. l. καπρᾷν scribi maluit. Sequens ἀνθοῦνται Thomas *feruntur*, Gaza *aggrediuntur* vertit. σαυζᾷν Thomas *caninare*, Gaza *canire* interpretatur. Vulgatum τοιοῦτο ex Junt. et Camot. correxi.

9. ὥρα ᾖ ὀχεύεσθαι] Vulgatum ἡ ὥρα ὀχ. ex Med. correxi, vbi tamen ᾖν esse dicitur. Malim tamen praeterea additum articulum, vt supra sect. 8. est ὅταν ὥρα τῆς ὀχείας ᾖ, et paullo postea πρὸ τῆς ὥρας τοῦ ὀχεύειν. Deinceps τὰ ante σημεῖα ex Med. Vat. inseruit Camus. Sequens ἐπισημαίνει Thomas vertit *insinuant*. Postea ἐπίτοκοι οἱ ποιμένες Med. R. A. *parituri sunt* versio Thomae: τὰ σημεῖα Gaza interpretatus est ita, vt appareat, eum τὰ ἐπισημαίνοντα καταμήνια intellexisse. Eum sequitur Camus.

10. τὸ μέγεθος γίγνεται] Cum Med. γίγνεται omisit Camus. Idem Codex deinceps κατὰ λόγον. Πολλῶν μὲν οὖν habet.

λοχίων καθαρώτατον] Versio Thomae: *et in circumstantiis foetus purissimum*. Deinceps vulgatum τὰ καταμήνια σημεῖον διαλιπόντα δίμηνον ex Med. mutauit Camus in ἐπισημαίνει, et ex Vatic. δὲ adiecit. Scoti versio habet: *apparet menstruum in vaccis et equabus praecipue et cessat in quatuor mensibus.* Vatic. τὰ καταμήνια συμ-

βαίνει διαλιπόντα δὲ μόνον. Gaza vertit: *Conceptus indicium maxime in vaccis equabusque, cum menses cessarunt spatio temporis bimestri, trimestri, quadrimestri, semestri.* Is igitur scriptum legit: *τὰ καταμήνια σημεῖον τοῦ συλλαβεῖν διαλιπόντα* etc. Thomae versio: *notantur deficientia.* Med. *ἐπισημαίνει διαλιπόντα* sine *δὲ* sequente reddidit. Scaliger: *Equam bouemque concepisse deprehendunt, cum altero iam mense aut quarto aut sexto menstrua deficere animaduertunt.* Gazae is additamentum *trimestre* reprehendit, quoniam septima quaque septimana soluant equae bouesque, quod vnde habeat, equidem ignoro. Recte omnino Gaza et Scaliger sensum loci reddiderunt, quos male deseruit Camus; dubitari tamen potest, num verba *τοῦ συλλαβεῖν* addita legerit Gaza, an ex comparatione sectionis antecedentis verborum *γίγνονται τὰ σημεῖα, εἶτα διαλείπει,* suppleuerit. Denique vulgatum *οὐ δυνατὸν γνῶναι* ex Med. Canis. versione Thomae correxi. Ceterum de purgatione quadrupedum, non menstrua, sed annua, dixi in annotatione ad Varronem de re rustica 2, 7, 8. p. 461. qui pariter equam *menses ferre* dixit, vocabulo a genere humano translato, vti Graeci *καταμήνια* et *συνηθείας* dixerunt in feminis et quadrupedibus sequioris sexus. Argumentum tamen hoc propter difficultatem obseruationis totum nondum est ad liquidum perductum.

11. *καὶ τῶν αἰγῶν*] Med. *καὶ αἰγείων.* Cum eodem et Vat. copulam *καὶ* ante *δριμύτερον* omisit Camus. Sed quid est, quod Philosophus dixit *ὄνου — τὸ τῶν θηλειῶν,* nec, vt statim *βοὸς — τὸ τῆς θηλείας* est, potius *ὄνου — τὸ τῆς θηλείας?* In extrema sectione articulus *τὰ* post *ἄλλα* poterat etiam omitti.

CAPVT XVIII.

Quae tractauerat hucusque communia omnibus quadrupedibus, separanda esse a sequentibus, recte monuit Scaliger. Jam enim incipit per singula genera partum quadrupedum tractare.

Θορμητικώτερα] Vulgatum ὁρμητικώτερα ex Med. Canis. et versione Gazae correxi, vt deinceps ex iisdem libris et versione Thomae ἐπὶ τὸ πολὺ mutaui in ἐπὶ τὸ πᾶν. Postea malim οὐ μὴν ἅπαντά γε ποιεῖσθαι τὸν αὐτὸν χρόνον τὰς ὀχείας. Graece enim dici non puto ποιεῖσθαι τὸν καιρὸν τῆς ὀχείας.

βραδύτερον. Κυΐσκονται δὲ] Haec verba primus Sylburgius ex Camotiana inseruit. Deinceps vulgo additam negationem οὐκ ἐκ μιᾶς ὀχείας cum Med. omisit Camus; in Regio manus secunda deleuit. Omisit etiam versio Gazae. Sed Thomas vertit: *impregnantur autem non ex vno coitu, sed saepe coeuntibus.* Firmat emendationem Camus comparato loco inferiore: μία ὀχεία, ὥσπερ εἴρηται, ἀρκεῖ. Albertus habet: *nihilo minus pariunt, et simul multos, sed tardatur tempus partus eorum plus quam iuuenibus, et tardius appetunt coitum, neque omnes filios pariunt ex vno coitu, sed potius mares saepe saliunt feminas.* Nescio igitur, quomodo dixerit Camus, negationem a Scoto, quem sequitur Albertus, omissam. Accedit auctoritas Plinii 8. c. 51. *implentur vno coitu, qui et geminatur propter facilitatem abortiendi.*

ἐπιβιβάζωνται] Vulgatum ἐπιβάλλωσι ex Med. correxit Camus. καπρίαν. Gaza vertit *humorem, quem apriam nonnulli appellant.* Thomas: *apriam quasi genituram suum.* Deinceps vulgabatur ἥτις μὲν οὖν καὶ συμβαίνει, quam scripturam ex Codd. et tribus versionibus correxit Camus. Sed ante Sylburgianam addita post καπρίαν legebantur haec: τοῦτο δὲ γίνεται ὅπου ἂν τύχῃ τῆς ὑστέρας, quae ex sectione sequente repetita esse monuit Sylburg.; tamen Scaliger defendere conatus est; qui locum vertit: *post coitum emittunt id quod porciam diximus. Ea quouis matricis loco generari consueuit.* Albertus etiam vertit: *et hoc accidit in qualibet parte matricis.* Iterum dubitare cogor de consensu versionis Scoti a Camo memorato.

2. μετάχοιρον] Gazae *metachoerum, quasi posthumum voces*, Thomae *methathiron* vel *mechachiron*, Alberto *marthuoron*. Scaliger *porcellum cordum* malebat. Deinceps ὀργῶσαν δ' οὐ δεῖ εὐθὺς λαμβανειν, πρὶν μὴ — καταλάβῃ Med. Voluit sine dubio καταβάλῃ, quod vulgato καταβάλλῃ substitui. Pro κυήσει male Reg. ἐπικυήσει habet. Ceterum de re ipsa satis dictum supra ad 5. c. 12. s. 11. vbi et scripturam huius loci persecutus sum accuratius.

ἀναθυᾷ] Med. Vatic. ἀναθυμιᾷ. Sequens μονον cum Gaza omisit Camus, quoniam in Regio deletum a secunda manu repererat. Sylburgius rectius post sequens ἐπαυξανόμεναι transponendum censuit; equidem seclusi.

καὶ τὰς δέλφακας] Gaza omisit, Scaliger *porcellos bonos* vertit. Sed cur post τὰ τέκνα additum dicamus δέλφακας, et quidem femineos porcellos, τὰς δέλφακας? Sequentia excerpsit Antigonus cap. 110. φάναι δέ τινας καταγράφει, ὡς αὐτὸς οὐ πεπειραμένος, ὅτι, ἄν τις τὸν ἕτερον ὀφθαλμὸν ἐκκοπείη, ἀποθνήσκει ταχέως. Thomae versio verbum ἐκκοπῇ *amittat* reddidit. Postremam obseruationem de vita variauit Albertus ita: *Vita autem porci vt frequentius est 25 annorum*. Plinius haec ex hoc capite excerpta posuit 8. c. 51. sect. 77. *Tempus vtero quatuor mensium: numerus fecunditatis ad vicenos: sed educare tam multos nequeunt. — Suem oculo amisso putant cito extingui: alioqui vita ad quindecim annos, quibusdam et vicenos*. Reliqua inde apposui et comparaui supra ad 5. cap. 12.

CAPVT XIX.

κυΐσκεται — ἐπιγένηται — ἀνακυΐσκει.] Vulgatum κυΐσκουσι — γένηται ex Codd. suis correxit Camus, consentiente versione Thomae, vbi est *impraegnantur — si superueniat*. Verbum ἀνακυΐσκει Thomas vertit *reiicit fetum*, Gaza *abortum infert*. Scaliger *coitus repetendus est*, et comparat verbum ἀναθυᾷν.

τὰ δὲ πλεῖστα, ἐλάττω] Versio Thomae: *secundum plurima autem minus.* ἔλαττον igitur scriptum legit. Eadem deinceps *καὶ συνεθίζουσι τοῦτο δρᾷν* reddidit.

ἡγεμόνα τῶν ἀῤῥένων] *ex maribus vnum ductorem gregi comparant* recte vertit Scaliger, comparans locum de tauris infra cap. 21. *τῶν βοῶν τοὺς τομίας ἐθίζουσι καὶ καθιστᾶσι τῶν βοῶν ἡγεμόνας, ὥσπερ τῶν προβάτων· καὶ ζῶσι πλείω χρόνον τῶν ἄλλων, διὰ τὸ μὴ πονεῖν καὶ διὰ τὸ νέμεσθαι ἀκέραιον νομήν.* Idem Scaliger comparabat Homericum *κτίλον* Il. 3, 196. Hodieque Hispani gregum ambulantium ductores arietes castratos faciunt, vti annotauit Forster de Ouium cultura p. 70.

δώδεκα καὶ τρία καὶ δέκα] Ambr. Reg. *δέκα καί*. Sed in Reg. correc um. *τρισκαίδεκα* Basil. et Sylburg. Statim verba *καὶ δέκα* desunt in V. R. A. Plinius 8. s. 75. *Vita longissima anni X. in Aethiopia XIII. Capris eodem loco XI. in reliquo orbe plurimum octoni. Vtrumque genus intra quartum coitum impletur. Caprae pariunt et quaternos, sed raro admodum. Ferunt quinque mensibus, vt ouis.*

2. *διδυμοτοκοῦσι*] Verbum *διδυματοκεῖν* per α scriptum habet Stephanus Byz. in *Ἀδρία*, vbi h. l. comparauit Pinedo. Pro *τράγος* Med. *ταῦρος* habet. Versio Thomae: *gemellos autem pariunt propter bona pascua, etsi asinus et taurus fuerint.* sed supra scriptum est *aries aut.* Eadem *καὶ ἡ μήτηρ* scriptum reddidit. *διδυμοτόκος* vulgo scriptum Gaza obscure vertit, recte Scaliger *cum aries aut hircus aut ipsa mater fuerit vna e gemellis,* quem sequitur Camus, scriptura tamen vitiosa relicta. Varro R. R. 2, 2, 18. *quos arietes submittere volunt, potissimum eligunt ex matribus, quae geminos parere solent.*

ὀχείας ὡσαύτως· καὶ] Vulgatam distinctionem *ὀχείας· ὡσαύτως καὶ* ex Med. et versione Thomae correxi. Ex V. R. Camus dedit: *ὀχείας. Ὡσαύτως δὲ καὶ βορείοις μέν.*

πρὸς βορέαν] De Generat. 4, 2. *φασὶ δὲ καὶ οἱ νομεῖς*

διαφέρειν πρὸς θηλυγονίαν καὶ ἀῤῥενογονίαν οὐ μόνον, ἐὰν συμβαίνῃ τὴν ὀχείαν γίνεσθαι βορείοις ἢ νοτίοις, ἀλλὰ κἂν ὀχευόμενα βλέπῃ πρὸς νότον ἢ βοῤῥέαν. Locum nostrum repetiit Columella 7, 3, 12. *Aristoteles praecipit admissurae tempore obseruare siccis diebus halitus septentrionales, vt contra ventum gregem pascamus, et eum spectans admittatur pecus: et si feminae generandae sunt, austrinos flatus captare, vt eadem ratione matrices ineantur.* Plura desideranti dabit Niclas ad Geoponica 17, 6. Ceterum Med. βοῤῥείοις habet.

πρωὶ ὀχεύεσθαι] Med. ὀχεύεσθαι δὶς, ἐὰν ὀχευς τὶς ουκ. Versio Thomae: *consueta autem mane coitum pati bis, si sero coeat quis, non sustinent arietes.* Gazae: *Quae mane iniri solent, marem si sero diei admiseris, non patiuntur.* Quem sequitur Camus de scriptura ὀχευθῇ τις nihil monens, ad quam Sylburgius supplebat θήλεια τούτων. Pessime Scaliger vulgatum interpretatur *iusserit iniri.* Quanto facilius erat remedium, quo vsus sum, mutato ὀχευθῇ in ὀχεύσῃ! Medicei scripturam sequi videtur etiam Scotus. Ecce enim Albertus, qui ita h. l. interpretatur: *Ouibus autem illis, quae duabus diuisis vicibus coeunt, consueuerunt pastores industrii posteriare conoubitum et retardare, eo quod feminae non expectant masculos in concubitu, donec descendat semen masculi, sed statim vbi suum descenderit semen, abiicit marem; et ideo impediunt pastores feminas, ne duabus vicibus in coitu masculus et femina emittant, sed simul: tunc enim valebit conceptus.*

φλέβες] De hac obseruatione dictum supra ad 3, 11. Repetierunt eam Varro 2, 2, 4. Virgilius Georg. 3, 387. Columella 7, 3, 1. Plinius 8. c. 47. Palladius 8, 4, 2. Geoponica 18, 6.

ἀμφότεραι] Med. ἄμφω, et versio Thomae *ambo* geminauit. *et si fuerint variae, varii foetus efficiuntur* Alberti. Deinceps ἁλικὸν Reg. Postea pro ἁλίζειν versio Thomae *vngere* habet. Is igitur ἀλείφειν scriptum legit.

Antigonus Cap. 111. totum hunc locum ita excerpsit: *αἶγας δὲ καὶ πρόβατα βοῤῥείοις μὲν ὀχευόμενα ἀρσενοτοκεῖν ὡς τὸ πολὺ, νοτίοις δὲ θηλυτοκεῖν. Λευκὰ δὲ τὰ γεννώμενα γίνεσθαι, ἐὰν ὑπὸ τῇ γλώττῃ τοῦ κριοῦ λευκαὶ φλέβες ὦσιν· μέλανα δὲ, ἐὰν μέλαιναι. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν πυῤῥῶν. Πρότερον δὲ ὀχεῖσθαι τὰ ἁλυκὸν ὕδωρ πίνοντα.* Postrema vulgo male leguntur scripta ita: *πυῤῥῶν, πρότερον ἢ ὀχεῖσθαι, τὸ ἁ. ὕ. π.*

ὁρμᾷ πρὸς] Sylburg malebat *ὀργᾷ*. Sed versio Thomae et Alberti habet *mouentur ad coitum.* Verba *οἱ ποιμένες* desunt in Vatic. Deinceps *κακοηθηνεῖν* Med. *male valituras oues* versio Thomae. Obseruationem prognosticam alibi nondum traditam reperi. Arietes seniores feminas primum consectari, iuniores vero fastidire tradidit supra 5, 14. et repetierunt Plinius 8, 47. et Geoponica 18, 3. Vnde tamen non consequitur, seniores priores appetere coitum, quod in genere ceruorum damam facere, testatur Comes Mellin. Infra cap. 21. extremo de vaccis extat similis obseruatio: *ὅταν δὲ πολλαὶ κύωσι καὶ προσδέχωνται τὴν ὀχείαν, σφόδρα δοκεῖ σημεῖον εἶναι καὶ χειμῶνος καὶ ἐπομβρίας.* Dissimilis tamen est diuinatio. Theophrastus de Signis Tempestatis p. 113. *ὅταν ὀχέωσι πρόβατα ἢ αἶγες, χειμῶνος μακροῦ σημεῖον.* Idem p. 124. *πρόβατα ἐὰν πρωῒ ὀχευηται, πρώϊον χειμῶνα σημαίνουσι.* Aratus versu 336. *θήλεια δὲ μῆλα καὶ αἶγες ὁππότ᾽ ἀναστρωφῶσιν ὀχῆς, τὰ δέ γ᾽ ἄῤῥενα πάντα δεξάμεναι πάλιν αὖτις ἀναβλήδην ὀχέωνται — αὐτῷ μέγαν χειμῶνα λέγοιεν. ὀψὲ δὲ μισγομένων αἰγῶν μήλων τε συῶν τε, χαίρει ἄνολβος ἀνὴρ, ὅ οἱ οὐ μάλα θαλπιόωντι εὔδιον φαίνονται βεβαιόμεναι ἐναυτόν.* Geoponica 1, 4. *καὶ αἶγες καὶ ὄϊες ὀχευθεῖσαι καὶ πάλιν ὀχεύεσθαι βουλόμεναι μακρότερον σημαίνουσι χειμῶνα.* Denique Aelianus 7, 8. *ἀναβαινόμενα δὲ τὰ αὐτὰ πώεα χειμῶνα ὁμολογεῖ.* In his locis insunt quaedam notitiae, quae loco vtrique Aristotelico lucis aliquid affundent; atque haud scio, an vterque illinc corrigi debeat. Primum

apparet illud tempus aliquod constare coitu ouium et caprarum, quod si praecipiant, hiemem maturam inde divinabat Theophrastus; sin serius coeant, hiemem pauperibus breuem, mitem nec rigidam praenunciat Aratus. In obseruatione Aristotelis illud obscurum est, cur oues seniores, si coitum suo et solito tempore appetant, annum felicem praedicere pastoribus, contra vero iuuenculae dicantur. Voluitne Philosophus significare ita, seniores oues ad coitum priores prurire solere; itaque, si ordine inuerso iuniores antea pruriant, insoliti aliquid annum vel hiemem parturire? In loco Theophrasti priore scribendum videtur *ὅταν πάλιν ὀχεῶνται πρόβατα.* In hac ipsa vero obseruatione de repetito ouium et caprarum coitu latet forte ratio abscondita, vnde explicemus scripturam Medicei a Thoma et Scoto redditam, *τὰ δὲ εἰωθότα πρωῒ ὀχεύεσθαι δὶς, ἐὰν ὀχεύς τις, οὐκ.* quam etsi vitiosam esse quiuis facile agnoscat, facile tamen ex vestigiis scripturae veteris veram elicies, ita scribendo: *πρωῒ ὀχευκσθαι, ἐὰν ὀψὲ ὀχευθῇ δὶς ὑπομένοντα τοὺς κριοὺς,* vel *καὶ δὶς ὑπομένωσι τοὺς κριούς.* Reliqua obseruationis pars excidisse videtur, quam suspicor signum futurae tempestatis vel hiemis continuisse. In altero loco nescio, cur post *ὅταν κύωσι* additum sit *καὶ προσδέχωνται τὴν ὀχείαν,* si voluit simpliciter dicere, vt Gaza vertit, *et facile initum patiuntur;* at Scaliger, *si initum morantur.* Sed Scaliger scripsisse videtur *non morantur;* in annotatione enim dixit *facile patiuntur.* Verum si in eo obseruationis et praesagii vis consistit, cum multae vaccae mares admittunt, non debebat antecedere *ὅταν κύωσι;* sin vero in vtroque, si multae nempe admittant mares et impleantur, tum vero praecedere debebat *ὅταν δὲ πολλαὶ προσδέχωνται τὴν ὀχείαν,* sequi vero *καὶ κύωσι.* Sed cum in reliquis praesagiis similibus solus coitus eiusque appetitus et tempestiuitas obseruetur, suspicor etiam hic repetitum coitum intelligi, et scribendum coniicio *καὶ πάλιν προσδέχωνται τὴν ὀχείαν.*

Alberti versio est ineptissima haec: *Quaedam autem plurimae vaccarum impraegnantur et omnes fecundae multos pariunt foetus, dicunt esse signum hyemis futurae valde pluuiosae.* vbi ab initio scribendum videtur *Quando.* Ceterum Albertus scripturam Medicei πολλὰ κύωσι reddidisse videtur, vt Thomas, in cuius versione est: *multum gestaverint.* Sed haec lectio multo minus sequenti καὶ προσδέχωνται τὴν ὀχείαν sic nude positae congruit.

C A P V T XX.

ὀχεύει δὲ κύων — καὶ ὀχεύεται] Ante Sylburgium legebatur ὀχεύονται, vt in Ambr. ὀχεύοντες est in V. R. In Mediceo est: ὀχεύει δὲ πλεῖον ἢ Λακωνικὴ ὀκτάμηνος, καὶ ἡ θήλεια δὲ ὡσαύτως ὀχεύεται. Thomae versio vulgatam reddidit, et glossa Laconicum canem interpretatur: *leporarius velter.* Gaza apta breuitate reddidit: *coit Laconicum mense suae aetatis octauo.* Ceterum crure sublato edita vrina quid significet, dicetur sect. 3. Plinius 10. s. 83. *Canum plura genera: Laconicae octauo mense vtrimque generant. Ferunt sexaginta diebus, et plurimum tribus. Ceterae canes et semestres coitum patiuntur. Implentur omnes vno coitu.*

κύει δὲ] Versio Thomae κύουσι δὲ reddidit et sequens κἂν ἄρα *vel si forte.* In Med. est deinceps ἢ τρισὶν ἢ πλείοσιν ἡμέραις ἢ ἐλάττοσιν μιᾷ, vnde scribendum esse ἡμέρας ἢ ἐλάττους, deleto postremo μιᾷ, monui supra ad 5, 14, 6. Vulgabatur enim ἡμέρας καὶ ἐλάττους μιᾷ.

καὶ οὐ πρότερον] Vincentii versio habet *vel fortasis ante.* Sed vide ad 5, 14. Pro ἕκτῳ μηνὶ Vatic. ὀκτὼ μησί. In Reg. scriptum η numerum manus secunda mutauit in ς. Deinceps versio Thomae scriptum habet *septuaginta diebus,* super *diebus* scripto *duabus.* Pro postremo τούτων τὰ σκυλάκια Vatic. habet τυφλὰ δὲ καὶ τούτοις γίνεται τ. σ. Denique vulgatum τὸν ἴσον χρόνον ὅσον κύει· τὰ δὲ etc. ex Med. versione Thomae et Gazae correxit Camus, vbi

verba *ὅσον κύει* desunt; in Reg. manus secunda deleuit. Sed iam olim Scaliger verba duo sustulerat et de errore monuerat. Ceterum ex h. l. Pollux Onomastici 5. s. 52. haec retulit: *τῷ δ' Ἀριστοτέλους λόγῳ, εἰ μέν τις κύει δύο μῆνας, μάλιστα καὶ τὰ τικτόμενα πρὸ δωδεκάτης ἡμέρας οὐ βλέπει· εἰ δὲ ἡμέρας δύο καὶ ἑβδομήκοντα, καὶ ἡ τῶν σκυλακίων ὄψις προθεσμίαν ἔχει τρίτην καὶ τετάρτην ἡμέραν·* (lego *δεκάτην καὶ τετάρτην ἡμέραν·*) *τῆς δ' ἡ μὲν κύησις τρίμηνος, τὸ δὲ τῶν σκυλάκων ἀνάβλεμμα εἰς ἑβδόμην προχωρήσει καὶ δεκάτην ἡμέραν.* Plinius l. c. *Quae ante iustum tempus concepere, diutius coecos habent catulos, nec omnes totidem diebus.*

2. *ἑπτὰ ἡμέραις*] Versio Scoti apud Vincentium *Canes menstruant per 5 dies.* Thomae: *diebus VII. sed post coitum.* sed puncta supposita vocem *coitum* damnant. Deinceps *οὐ προΐεται ὀχείαν* Med. qui pro *σκυζᾶν* dedit *κυνᾶν.* Vatic. *κυνῶν.* In Vat. Ambr. praeterea est *ἑπτὰ ἑτέραις.* Versio Thomae videtur *ὀργᾶν* scriptum reddere. In ea enim est *incitari ad coitum.* De numero dierum consentit Xenophon Cynegetici c. 7. ad quem plura dicentur. Verbi *κυνᾶν* exemplum aliud desidero. Dicitur vt *θυᾶν* a *θῦς* pro *ὗς* factum, vt *ταυρᾶν, καπρᾶν* et si quae sunt alia similia verba.

καί τισι] Versio Thomae *ἔν τισι—γίνεται* reddidit. Deinceps vulgatum *τέκωσιν* ex Med. correxi. Versio Thomae: *et secundum multitudinem autem eum.* Igitur is videtur scriptum legisse *καὶ κατὰ τὸ πλῆθος δέ.* Sylburg monet *τὸ πλῆθος* esse pro *αἱ πλεῖσται.* Denique verba *κατὰ σῶμα* (debebat esse *κατὰ τὸ σῶμα*) omisit versio Gazae.

εὐθὺς τὸ γάλα] Post *εὐθὺς* intersertum vulgo *ἐστὶ* cum V. R. A. omisit Camus. Recte: pendent enim verba ab antecedente *ἴσχουσι,* vnde etiam regitur sequens membrum *ἡ δὲ Λακωνικὴ—ἡμέραις ὕστερον·* ad quod Sylburgius intelligebat *χρήσιμον ἔχει τὸ γάλα.*

3. *ἀνθρώποις ἐπὶ ταῖς θηλαῖς*] Versio Thomae *homi-*

nibus femellis. Legit igitur scriptum *ἀνθρώποις τοῖς θήλεσιν* vel *ταῖς θηλείαις.* Postea *τὸ δ' ἄῤῥεν οὐδὲν τούτων* Med. habet. Versio Scoti apud Vincentium: *et inuenitur in pectore eorum cartilago.* Alberti: *et inuenitur tunc apparens cartilago, quae est in inferiori pectoris eorum.* Aetius medicus graece MStus Sermon. 13. c. 36. *περὶ χονδριάσεως μαστῶν καὶ σπαργανώσεως. Οταν κατὰ τὴν ἐπιφορὰν τοῦ γαλακτος διογκούμενοι οἱ μαζοὶ παρῶνται καὶ ἀλγῶσι, λέγεται χονδρίασις· πληρούμενοι δὲ καὶ σφόδρα διατεινόμενοι, λέγεται σπαργάνωσις. — χονδριᾷν δὲ τοὺς μαστοὺς λέγουσιν, ὅταν μετὰ τῶν τοκετῶν ἀρχομένων δέχεσθαι γάλα τῶν μαστῶν ωσπερ σκληρότεροι γίνωνται καὶ ὀδυνῶνται.* Arrianus de Venatione c. 31. s. 3. *ἀποπαυσαμέναις δὲ* (*τῶν καταμηνίων*) *οἱ μασθοὶ σφριγῶσι καὶ ὑποπίμπλανται γάλακτος καὶ τείνεται τὰ ὑπὸ τῇ γαστρί.*

ποιοῦσι δέ τινες τοῦτο καὶ υστερον] Vulgatum *π. δ. τ. καὶ ἕτεροι τοῦτο* ex Med. versione Thomae et Gazae correxit Camus. In R. A. desunt verba *ποιοῦσι δὲ — ἑξάμηνοι.* Versio Thomae: *et plus quam sex mensium.* Legit igitur scriptum *πλέον ἢ ἑξαμηνοι.*

ὡς γὰρ ἁπλῶς] Ita pro *ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν* ex Codd. et versione Thomae scripsit Camus. Deinceps *ὀχευειν* vulgatum mutant in *ἰσχύειν* receptum a Camo Med. Canis. versio Thomae, Scoti et Alberti. Plinius: *Existimantur in vrina attollere crus fere semestres: id est signum consummati virium roboris: feminae hoc idem sedentes.*

Τίκτει δὲ κύων] Vulgo intersertum *καὶ* post *δὲ* omisi cum versione Thomae. Verba *ἤδη δὲ — ἔτεκέ τις* omittit Reg. Ad verba *ἕως ἂν ζῶσι* compara locum supra 5, 14, 12. et ibi annotata. Plinius: *Partus duodeni, quibus numerosissimi, cetera quini, seni, aliquando singuli; quod prodigium putant. — Ineuntur a partu sexto mense.* De partu obseruationem Alberti hanc habe: *Ego tamen vidi catulam proferre simul 19; et eadem alia vice protulit 18.*

et tertia vice protulit 13 et erat nigra, magna corpore, et erat de genere mastinorum.

4. ἀργοῦντες] Vatic. ἀοργοῦντες. Voluit, credo, ἀεργοῦντες. Plinius 10. s. 83. *octonos Laconicae pariunt. Propria in eo genere maribus laboris alacritas.* vbi Pintianus corrigebat: *post laborem salacitas.* Sed Brotier dedit *labore salacitas.* Editio princeps Parmensis *laboris salacitas,* Codd. Regii 1. 2. *labores salacitas.* Inepte contra Pintianum disputauit Harduinus. Antigonus cap. 112. Τοὺς δὲ Λακωνικοὺς κύνας πονήσαντας μᾶλλον ὀχεύειν ex h. l. retulit. Aelianus 4, 40. δραμὼν δ' ἐπὶ πλέον λάγνος γίγνεται, φασὶ, μᾶλλον de cane generatim narrat.

τῶν Λακωνικῶν κυνῶν] Med. Canis. ζῇ δ' ἡ μὲν Λακωνικὴ κύων ὁ μὲν ἄῤῥην. Sequens ἢ πέντε καὶ δέκα omittit Med. consentiente Aeliano, qui Homericum canem Odysseae ρ', 326. aliter iudicauit l. c. Κυνὶ δὲ βίος, φασὶ, μήκιστος τέτταρα καὶ δέκα τὰ ἔτη. Ἄργος δὲ ὁ Ὀδυσσέως καὶ ἡ περὶ αὐτὸν ἱστορία ἔοικεν παιδιὰ Ὁμήρου εἶναι. Denique ἔτει omittunt V. R. A.

τετράμηνοι] Male Albertus *post quatuordecim menses,* recte versio Scoti apud Vincentium *quatuor* posuit. De dentium mutatione veterem errorem recentior aetas et obseruatio coarguit.

ἐπιτυχεῖν] Versio Thomae *percipere de his.* Reliquam notam aetatis repetiit Aelianus l. c. his verbis: κυνὸς δὲ γηρῶντος ἀμβλεῖς οἱ ὀδόντες καὶ μελαίνονται. Plinius 11. s. 63. *Leoni et cani non nisi canini mutantur. — caeteris senecta rubescunt, equo tantum candidiores fiunt.*

CAPVT XXI.

Βαίνει δὲ] Versio Thomae *insilit.* Sequens συγκάμπτεσθαι Gaza vertit *vt femina vix tolerans succumbat,* Scaliger *sese concuruet.* In Med. est συγκάπτεσθαι τὸν βοῦν. Deinceps εἴκοσι δὲ ἡμέρας reddidit Thomas. Postea verbum βιάζονται omittit Camotiana. Versio Thomae: *iuue-*

nes autem eandem inuadunt saepe. Denique verba ἐπιτίθεται ὁ ἡττώμενος vertit Thomas *insurgit victus.* Statim Vatic. habet ἥκιστα δ' ἐλαυνόντων ἀῤῥένων ἐστὶ βοῦς. Plinius 8. s. 70. *Conceptio vno initu peragitur: quae si forte pererrauit, vigesimum post diem marem femina repetit. — Tauri non saepius quam bis die ineunt.* Postremam Philosophi obseruationem de tauro victo pugnam repetente repetiit Oppianus Cyneget. 2, 92. et seqq.

2. οὐ μὴν ἀλλὰ] Scaliger locum mendosum esse credens ἀλλὰ tolli voluit, et totum locum ita vertit: *non tamen hoc frequenter euenit aut annum aut octauum mensem natis.* Errorem de octimestri tauri initu repetiit in annotatione, quem traxisse videtur e Gazae versione, vbi est: *verum quod magna ex parte fit, vel anniculi vel nacti octavum mensem venerem adeunt.* Plinius l. c. *nunc anniculae fecunditatem poscuntur, tolerantius tamen bimae: tauri generationem quadrimi. Implent singuli denas eodem anno.* Pro διετεῖς Med. διέτης, V. A. διετὲς habent.

κυεῖν ἡμερολεγδόν] Vulgatum ἡμερῶν ὀλίγων ex Canis. correxit Camus. ἡμερολιγδὸν Med. ἡμερολιδῶν Vat. In Regio prima manus ἡμερολι ων scripserat, quod secunda in vulgatam mutauit. Versio Thomae: *decem mensibus gestare emorologium.* In Lipsiensi libro est *hemerologium.* Gazae: *decem totos menses exceptis paucis diebus.* Planissime veram scripturam expressit Plinius: *Pariunt mense decimo: quidquid ante genitum inutile est. Sunt auctores, ipso complente decimum mensem die parere. Gignunt raro geminos.*

ἐξενεχθῇ] Versio Thomae: *exiuerit — abortiuum est, non debet viuere et magis enim imperfectae fiunt simplices: molles enim et imperfectae fiunt vngulae.* Vulgatum antea ἐμβόλιμον ex Gazae versione primus correxit Sylburg. Verba οὔτε θέλει ζῆν cum R. A. et Gaza omisit Camus. Contra Scaliger vertit *nec potest viuere,* comparans ex Platonis Phaedro locum de arboribus: οὐ βούλονταί με διδάσκειν. Praeterea Scaligeriana Editio habet verba ita

iuncta: καὶ οὐ ζῇ ἔτι, οὔτε θέλει ζῆν. Camus post ἔτι positum comma sustulit monitu Casauboni et anteposuit. Mediceus cum versione Thomae verba καὶ οὐ ζῇ — τόκῳ omisit, et deinceps ἁπλαὶ habet. Vatic. μάλα γὰρ καὶ ἀτελεῖς. In Mediceo μάλα per compendium scriptum esse dicitur, sed e versione Thomae apparet, esse in eo potius μᾶλλον scriptum.

3. πέντε καὶ δέκα] Plinius l. c. *Vita feminis quindenis annis longissima: maribus tricenis: robur in trimatu.* vbi rectius Vincentius habet *viginti;* malim *vicenis.* Vnde apparet, id quod docet etiam consecutio orationis et versio Alberti, sequens vulgo ἔνιαι mutandum fuisse in ἔνιοι, vt de tauris exsectis sermo sit. Albertus enim ita: *tauri non castrati: quando autem castrantur, viuunt aliqui eorum per viginti annos et plus, si corpora habuerint fortia et non multum elaborata.* εὔφορον σῶμα Thomae *validum corpus*, Gazae *corpus bene habitum*, Scaligero *nitidior corporis habitus.* Hic comparat latinum *bene me gero,* quod vulgo dicatur pro εὖ ἔχω.

τῶν βοῶν — ἡγεμόνας] Med. breuius καὶ γὰρ τῶν βοῶν ἐστιν ἡγεμόνες ὥσπερ τ. πρ. Sed versio Thomae, *etenim boum habent duces sicut ouium, et viuunt maiore tempore aliis,* docet Med. scribere voluisse βοῶν ἔχουσιν ἡγεμόνας. Sequens οὗτοι ex Med. et Ambr. inseruit Camus. Negationem μὴ ante πονεῖν inserui, monente Sylburgio et Scaligero, firmante Alberto, quanquam in Scoti versione haec tantum inesse tradat Camus: *propter bonum pastum.* Firmat emendationem similis narratio de arietibus castratis eademque ratio.

πενταέτηρον]. Homeri locus est Il. 2, 403. repetitus 7, 315. Odysseae 19, 420. Ad priores duos versus Scholia locum Aristotelis memorarunt. Sequens καὶ τὸ βοὸς ἐννεώροιο versio Thomae reddidit: *masculum quinquennem quidem vnius enneorii.* Locus est Odysseae 10, 19. Verba

δύνασθαι γὰρ ταὐτὸν significant aetatem et corpus firmum et vegetum in boue et vacca.

4. ἀλλ' ὥσπερ ἵππος] Haec omisit Ambr. Albertus vertit: *sicut nec equus.* Plinius 11. s. 64. *Boues bimi mutant dentes.* Deinceps ἐάν τις, negatione omissa, vertit Albertus. Sed Plinius 11. s. 96. *Bos ante partum non habet lac. Ex primo semper a partu colostra fiunt, quae, ni admisceatur aqua, in pumicis modum coeunt duritia.* Scaliger ante ὅταν τέκῃ inserendum censuit εὐθὺς, quia, si ante partum omnino non habeat, inutile sit dicere, habere vtile post partum. Similiter εὐθὺς additur Cap. antecedentis sect. 2. de canino lacte.

νεώτεραι δ' ἐνιαυσίων] Vulgatum ἐνιαυσιαίων correxi ex V. R. vbi tamen est νεώτερα — ὀχεύεται. Pro sequente τετράμηνοι Alberti versio probabilius δεκάμηνοι reddidit: *aetatis decem mensium.* Versio etiam Scoti habet *vaccae decem mensium.* Post ὠχευθησαν ex Med. et versione Thomae addidi καὶ ὤχευσαν.

θαργηλιῶνα — σκιῤῥοφοριῶνα] Gaza *Aprili* et *Maio* interpretatur. Plinius 8. s. 70. *Coitus a Delphini exortu a. d. pridie Nonas Ianuarias diebus triginta — aliquibus et autumno.* Idem antea Varro R. R. 2, 5. tradiderat. Septembrem et Augustum nominauit Albertus. Sequens μέχρι τοῦ μετοπώρου Gaza vertit *vsque ad autumnum coëundi tempus deducunt.* Scaliger: *Mense Aprili et Maio coire incipiunt plurimae: verum et aliquae ante autumnum non implentur.* Duram tamen locutionem graecam vocat, quasi coëundi libido vsque ad autumnum continuetur.

πολλαὶ κύωσι] Med. πολλά. Versio Thomae: *multum gestauerint.* Alberti: *quando autem plurimae vaccarum impraegnantur et omnes fecundae multos pariunt foetus.* Scaligeri: *cum multae sunt grauidae atque initum (non) morantur.* Loci difficultatem et obscuritatem signi de futura hieme editi copiosius explicaui supra in annotatione ad Cap. 19. s. 2. vbi simile signum ex coitu ouium sero

narratur. Sermo videtur esse de coitu vaccarum procrastinato ad autumnum vel de repetito ante hiemem.

συνήθειαι] Minus honeste Gaza vertit *menses*. Thomas: *fiunt in bobus sicut equabus*. Sequens *ταῖς ἵπποις* vulgato *τοῖς* ex Med. versione Thomae et Gazae substituit Camus. Postremum hoc membrum omisit Albertus.

CAPVT XXII.

ὀλίγα ἐστὶ] *modica sunt* Thomae. Deinceps Med. *βελτίω. τὰ δ' ἔγγονα γίνεσθαι.* Cf. supra 5, 12, 6. vbi haec eadem emendatiora leguntur. Albertus haec fere omnia de tauro accepit et ita vertit: *Taurus autem maturo semine incipit coire post duos annos, similiter vacca, vt diximus: et ante hoc tempus sunt filii eorum parui et pauci et debiles. Equus autem rectorem non sustinet, sed post tres annos maturo semine coire incipit et in hac aetate boni erunt filii sui semper vsque ad viginti annos.*

ἐπιβαίνων πληροῖ] Reg. *ἐπιβαίνει πληρῶν*. Mediceus *πληροῖ ἐπιβαίνων ὄνος ἵππῳ*. Sequens *λαγνίστατον* vulgato *λαγνέστατον* substitui ex Med. vbi *λαγνίαστον* dicitur esse. Deinceps pro *τῶν ἀῤῥένων* Thomas *τῶν βοῶν* vertit.

δυο τὰ πλεῖστα] Subito hic subsistit versio Alberti vsque ad Caput 1. libri octaui; idem de Scoti versione annotauit Camus; atque haec est causa, cur Albertus plura non conuerterit. Superest tamen in vtroque locus, qui verba *καὶ ἡμιόνους δὲ ἤδη ἔτεκέ τις δύο* continet. Ita enim pro vulgato *ἡμίονος* scripsi cum Mediceo, eamque scripturam reddidit Thomas: *et mulus autem iam peperit duos.* Scotus et Albertus: *et forte generat duos equos aut duos mulos.* Deinceps pro *ὥστε δὲ* in Regio manus secunda *οἷος δὲ* correxit. Camotiana et Juntina *ἀλλ' ὥστε δὲ* habent. Ex alio non nominato Codice Camus posuit scripturam *ἄπογονοι τυχῶσιν ὄντες*. Idem cum Casaubono verba ita interpunxit: *ὡς φασιν· ἂν μὴ — ὄντες*. Sed Scaliger recte monuit, vulgatae breuitatem ita esse interpretandam, vt di-

cat hoc factum esse et fieri posse: si autem eueniat, vt non impleant, impedimento esse naturae defectum.

2. τριακοντάμηνος] Versio Thomae *proiicit autem priores quidem quatuor XXX mensium.* Sed punctis suppositis damnatur numerus triginta: quod quid significet, nescio. Totum locum vertit Varro R. R. 2, 7, 2. *Aetas cognoscitur equorum et fere omnium qui vngulas indiuisas habent et etiam cornutorum, quod equus triginta mensium primum dentes medios dicitur amittere, duo superiores, totidem inferiores. Incipientes quartum agere annum itidem eiiciunt et totidem proximos eorum, quos amiserunt, et incipiunt nasci, quos vocant columellares. Quinto anno incipienti item eodem modo amittere binos, quos oaninos habent: tum renascentes eis sexto anno impleri: septimo omnes habere solent renatos et completos. His maiores qui sunt, intelligi negant posse, praeterquam cum dentes facti sunt brocchi, et supercilia cana, et sub ea lacunae, ex obseruatu dicunt eum equum habere annos sedecim.* Quae fere graeca fecit Absyrtus Geoponic. 16. p. 1107. De re dixi ad Varronem.

ἐπειδὰν — δύο δὲ κάτωθεν] Haec omissa sunt in Reg. Ambr. In priore manus secunda haec suppleuit: *ἑνὸς δ' ἐνιαυτοῦ γενομένου ἑτέρας τέτταρας τὸν αὐτὸν τρόπον, τοὺς μὲν β ἄνωθεν, τοὺς δὴ δύο κάτωθεν.* Deinceps *ἀλλὰ τοιαῦτα γίνεται σχεδὸν ὀλιγάκις* habet Med. Ex eodem vulgatum *πρὸς τὴν γένεσιν* correxi. Idem denique *τέλεον* habet.

κυούσαις ἵπποις] Versio Thomae *gestantes equas.* Haud scio an *κυούσας ἵππους* reddiderit. Plinius 8. s. 66. *Scythae per bella feminis vti malunt, quoniam vrinam cursu non impedito reddant.* Ad *στραφῇ* compara locum infra 7, 8. *ἔχει δὲ ὁμοίως πάντα τὰ ζῶα τὴν κεφαλὴν ἄνω τὸ πρῶτον, αὐξανόμενα δὲ καὶ πρὸς τὴν ἔξοδον ὁρμῶντα κάτω περιάγεται, καὶ ἡ γένεσίς ἐστιν ἡ κατὰ φύσιν πᾶσιν ἐπὶ κεφαλήν· συγκεκαμμένα δὲ καὶ ἐπὶ πόδας γίνεται παρὰ φύσιν.*

Sequens *κατακείμενα* Thomas vertit *deposita pariunt:* sed glossa adposita habet *iacentia.* Plinius 8. s. 66. *In hoc genere grauida stans parit, praeterque ceteras fetum diligit.* Ceterum ὀρθώσασα Med. ὀρθήσασα R. A. habent pro ὀρθὴ στᾶσα.

3. ἐπιμελῶς θεραπεύῃ] Ex Med. ἐπιμελῶς addidi, et indidem et ex Vatic. vulgatum περὶ τὰ πεντήκοντα correxi. *ad quinquaginta* versio Thomae. Paulo antea verba ἔνιοι δὲ πέντε καὶ εἴκοσι ex Camotiana adsciuit Sylburg; desunt in reliquis Edd. vt in Codd. V. R. A.

βίος τῶν πλείστων] Vulgatum τῶν ἵππων ex V. R. A. et versione Thomae correxi. τῶν πλειόνων Med. Deinceps numerum ἐννέα cum Med. versione Thomae et Gazae omisit Camus. In V. R. A. desunt plura, nempe verba haec: τριακοντα — ἡ δὲ θήλεια ὡς ἐπιτοπολύ. Cf. supra 5, 14. Equi ἰδίᾳ τρεφόμενοι Gazae sunt *qui domi aluntur.* τρεφόμεναι Aldina, Junt. Camot. Reg. καὶ οἱ τρεφόμενοι Med.

ἄῤῥην ἕξ ἐτῶν] Plinius 8. s. 65. *Viuunt quidam annis quinquagenis: feminae minore spatio: eaedem quinquennio finem crescendi capiunt, mares anno addito.* Plane contraria igitur Plinius tradidit, quem exscripsit Solinus. Sed Philosophi definitionem ad equos admissarios referendam esse monet Scaliger.

εἴκοσι. Ἀποτελειοῦνται δὲ τὰ θήλεα] Vulgatum εἴκοσι; καὶ ἀποτελοῦνται· τελειοῦνται δὲ τὰ θ. ex Med. et versione Thomae correxi. Thomas ita: *vsque ad XXX. perficiuntur autem femellae.* Sed idem Med. statim subiungit ἔμπρόσθεν ἐν τῇ γαστρί· τὰ δ' ἄῤῥενα τῶν θηλειῶν ὕστερον. quam scripturam reddidit etiam versio Thomae. Eam tamen vitiosam conuicit Camus ex nostri 7, 3, 5. vbi est: τέως μὲν οὖν πᾶσαν τὴν τελείωσιν τῶν μορίων βραδύτερον ἀπολαμβάνει τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος, καὶ δεκάμηνα γίνεται μᾶλλον τῶν ἀῤῥένων· ὅταν δὲ γένηται, θᾶττον τὰ θήλεα τῶν ἀῤῥένων.

4. ἑξάμηνον] Intelligi χρόνον monet Sylburg. Deinceps

Med. dat οὐκέτι προΐεσθαι διὰ τὸ ἀποσπᾶσθαι, quod Thomae versio reddidit *distrahi*. Idem προσίεται scriptum legit et *admittitur* vertit. Gaza vulgatum interpretatus est ita: *vi namque humorem trahi et cum dolore.* Scaliger *conuulsione enim iccirco laborare*, et intelligit conuulsionem a dolore. Postea ὅταν δὲ πάντες — γνώριμα ἔχειν habet, vnde γνώρισμα dedit Camus. Sed γνώμη est h. l. nota, vt apud Theognidem οὔτε κακῶν γνώμας εἰδότες οὔτ' ἀγαθῶν. quod idem antea dixerat: οἳ πρόσθ' οὔτε δίκας ᾔδεσαν οὔτε νόμους.

Ὅλως δὲ μάλιστα] Vulgatum Ὅμως ex Med. correxit Camus: idem indidem et ex versione Thomae debebat vulgatum ἑπταετῶν bis corrigere, in quo iam olim Scaliger haeserat. Sequens etiam μικρὸς in μακρὸς idem liber mutat: *paruus* tamen est in versione Thomae. Deinceps μέγας μὲν ἀλλ' οὐκ ἀπηρτημένος ex V. R. A. et versione Gazae edidit Camus vertens: *mais elle n'est pas encore entierement sortie.* Interpretatio haec est falsa: nam canini seu columellares, vt Varro vocat, subeunt anno quarto exeunte, vt idem Varro cum Plinio testatur. Rectius Thomas *magnus quidem sed productus.* Gaza: *sed non vertice extans adactiore.* Olim ad Varronem probaveram et ipse οὐκ ἀπηρτημένος, i. e. *sed non productus.* (p. 455.) Sed omnino aliud verbum expectabam, et Scaliger coniecit ἀπαμβλυνόμενος. Denique sequens μικρὸς male V. R. mutant in μακρὸς, et Gazae versio *procerior* habet.

5. οὔτω δὲ πᾶσαν ὥραν] Vulgatum οὔπω ex Med. et versione Thomae correxi. Καὶ πᾶσαν δὲ ὥραν ex Reg. dedit Camus, vbi manus secunda ita vulgatum correxit. Casaubonus coniecerat οὕτως δὲ καὶ πᾶσαν ὥραν. Gaza haec verba non reddidit et totum locum alio ordine verborum vertit: *Femina etiam quam diu viuit, initur, nec tempus vllum certum libidinem aufert, sed ingenium hominis arcet aut vinculo aut aliquo huiuscemodi impedimento.* Versio

Thomae deinceps scriptum ἕως ἄν τις δεσμὸν reddidit *donec aliquis,* quod vulgato ἐὰν μή τις substituere non dubitaui.

οὐδεμία τεταγμένη] Reg. οὐδεμία omittit. Deinceps τὸ ὀχεύεσθαι malebat Sylburg, referens articulum ad verbum ἀφαιρεῖται; at potest etiam τοῦ copulari cum ὥρα. Casaubonus malebat ἀφώρισται; sed tum τεταγμένη abundaret. Retineo igitur ἀφαιρεῖται, (Thomas etiam reddidit *aufertur*) quod refero ad antecedens membrum, atque ita intelligo: Homo potest cursum libidinis equae interpellare et arcere, alligatae ad praesepia aut freno iniecto aut alio modo, tempestas autem nulla anni potest libidinem equae reprimere.

ἃ ἂν γεννήσωσιν] Med. ὅταν γεννήσωσι. *enutriendi quod pepererint* Gazae versio. Forte ὅ,τι ἂν voluit dare Medicei scriptor. Pro Φορβίου ἵππος versio Gazae *gregarium equum* habet, igitur ο φορβὰς ἵππος scriptum legisse videbatur Sylburgio. Sed ecce Med. Ὀποῦντι δὲ ἐν ἱπποφορβίῳ ἵππος ἐγένετο, ὃς ὤχευεν. vnde versio Thomae: *In Oponte autem in grege equus fuit, qui coiit.* Plinius 8. s. 66. *Opunte et ad quadraginta durasse tradunt, adiutum modo in attollenda priore parte corporis.* Vulgabatur ὁ Φορβίου ἵππος ὤχευεν.

εὐθὺς μετὰ τοῦτο] Ex Med. et versione Thomae μετὰ τοῦτο inserui. Plinius 8. s. 66. *ad generandum paucis animalium minor fertilitas: qua de caussa per interualla admissurae dantur.* Versio Thomae χρόνον *annum* reddidit. Deinceps vulgatum νέον ex Med. Canis. correxi. Versio Thomae *quemadmodum interpolationem* habet, Gazae *novale.* ex qua Scaliger iam olim νέον corrigi voluit, quod recepit Camus. Varro 2, 7, 11. *Alternis qui admittant, diuturniores equas et meliores pullos fieri dicunt; itaque vt restibiles segetes essent exuctiores, sic quotannis quae praegnantes fiant.*

6. διαλείπουσα τίκτει] Versio Thomae *parturit* habet,

videtur igitur is *κύει* vel *κυΐσκεται* scriptum legisse. Sequens *ἡ δὲ ὄνος* vulgato *ἡμίονος* substitui ex versione Gazae cum Scaligero et Constantino. In Regio etiam manus secunda *ἡμι* deleuit. Copulam *καὶ* ante *ἄτεκνοι* omittit Camot. *εὔτεκνοι* habet Reg. Verba *αἱ δὲ συλλαμβάνουσι μὲν* desunt in V. R. A. In Regio manus secunda suppleuit *αἱ δὲ κύουσι μέν*. Renes ceruorum quatuor memorat Plinius 11. s. 81. et Aelianus 11. c. 40. Vulgato *εἶναι* ex Med. *ἔχειν* substitui, consentiente versione Thomae et Gazae.

τό τε χορίον] Vulgatum *χόριον* mutari iussit Sylburg; *χωρίον* versio Thomae scriptum reddidit *loculum*.

μετωπου τῶν πώλων] Vulgo intersertum *τούτων* cum Med. omisit Camus. *πωλίων* habet Vatic. Versio Thomae: *et comedit incipiens ab eo quod innascitur in fronte pullorum: vocatur autem equina insania*. Is igitur praeterea verba *τοῦ πώλου* omisit et deinceps *καλεῖται δὲ* scriptum legit. *Incipiens* reddit graecum *ἀρχομένη*, quod pro verbis *τοῦ πώλου* scriptum legisse videtur Thomas. *ἰσχάδος* vertit *yskade*. Gaza *μικρᾶς ἰσχάδος* legit et vertit. Postea *ἐάν τις ἀφθῇ λαβὼν* Med. *ἕψῃ* vel *ἑψῇ λαβὼν* Thomas vertit *si quis autem hoc decoxerit accipiens*. Sequens *ὀσφρῆται* vulgato *ὀσφρῆται* substitui iussit Sylburg. *διὸ καὶ τοῦτο* ex Med. et Camus. dedit Camus. Vulgo *τοῦτο* aberat. Denique *τὸ ἔμβρυον ὑπάρχον* Med. V. R. dant. Sed praeterea *ὠχευμένην* de meo dedi in locum vulgati *ὀχευομένην*, quod Gaza *praegnantem* non potuit interpretari, quem sequitur Camus. Idem vitium Capitis sequentis sectione 1. correxi. Postrema huius capitis excerpsit Plinius 8. s. 66. *Et sane equis amoris innasci veneficium hippomanes appellatum, in fronte, caricae magnitudine, colore nigro; quod statim edito partu deuorat feta, aut partum ad vbera non admittit. Si quis praereptum habeat, olfactu in rabiem id genus agitur.* Aelianus 3, 17. ex h. l. transtulit *τὸ ἐπὶ τῷ μετώπῳ σαρκίον*, sed idem 14, 18. varietatem opinionum de situ carunculae commemorat hanc: *οἱ μὲν κατὰ*

τοῦ μετώπου φασὶν, οἱ δὲ κατὰ τῆς ὀσφύος, ἄλλοι γε μὴν κατὰ τοῦ αἰδοίου. vbi addit, quae Plinius etiam ex communi auctore excerpsit: οὐ γὰρ ἔτι θηλάζει ἡ μήτηρ αὐτὸν τὸ γνώρισμα ἀφῃρημένον. Auctor Mstus Augustanus c. 27. ὅτι ἡ παχεῖα γονὴ τῆς ἵππου ἐστὶ τὸ λεγόμενον ἱππόμανες, ὅπερ λείχουσαι αἱ ἵπποι ἀπὸ τοῦ μετώπου τῶν τικτομένων πώλων στέργουσιν αὐτούς. Verus situs est inter labra foetus; in partu tamen varium situm pressione nanciscitur, nisi iam antea deglutitus fuerit a pullo. De hac parte lieniformi, quam nutriendo foetui in vtero inservire nomen ipsum germanicum *Fohlennahrung* significat, praeclare disputauit *Hartmann* (*Maulthier- und Pferdezucht 1777.*) p. 196. Eadem in vitulis et agnis descripta et partim picta est a Stalpart v. d. Wiel Obseruat. anatom. chirurg. Centur. II. p. 347. tab. 5. et 6. Qui praeterea obseruauerit, equidem ignoro. Alia adscripsi ad Aelianum, et nota est Aubentoni de Hippomane disputatio inserta Buffoni Historiae naturali.

CAPVT XXIII.

γνώμονας] Ex Med. Canis. *γνῶμα* recepit Camus. *discretiuum* habet versio Thomae. *γνώμας* Aldina cum Reg. Ambr. *gnomonas* versio Gazae. Deinceps *ἐκτραφῆσαι* scriptum vertit Thomas *enutriret.*

τύπτουσι] Noster de Generatione 2, 8. ἡ δὲ ὄνος οὐ δέχεται τὴν ὀχείαν, (*quod in coitu emittitur* vertit Thomas) ἀλλ' ἐξουρεῖ τὸν γόνον· διὸ μαστιγοῦσιν ἀκολουθοῦντες. — διὰ τοῦτο, ἐὰν μὲν ἵππος ἀναβῇ τὴν ὠχευμένην ὑπὸ τοῦ ὄνου, οὐ διαφθείρει τὴν τοῦ ὄνου ὀχείαν, ὁ δ' ὄνος ἐὰν ἐπαναβῇ, διαφθείρει τὴν τοῦ ἵππου, διὰ ψυχρότητα τὴν τοῦ σπέρματος. Vnde vulgatam huius loci scripturam ὀχευομένη correxi; etiam Thomae versio *fuerit coitum passa* habet. Idem vitium capite antecedente extremo correxi. Plinius 8. s. 68. *Partus a tricesimo mense ocyssimus, sed a trimatu legitimus: totidem quot equae et eisdem mensibus*

et simili modo. Sed incontinens vterus vrinam genitalem reddit, nisi cogatur in cursum verberibus a coitu. Raro geminos parit. Idem 11. s. 96. *asinae praegnantes continuo lactescunt.*

2. κυουσα, δεκάμηνος οὖσα] Versio Thomae: *habet vero lac. Cum autem pepererit, coitum sustinet septimo die et maxime sustinet appropinquationem coitum passa hoc die. Accipit* etc. Is igitur τεκοῦσα scriptum legit, vt Gaza, qui *a partu* vertit. Hinc vulgatum τίκτουσα correxi. βιαζεται Ambr. Post ἡμέρᾳ verbum βιβασθεῖσα a Thoma omissum seclusi. Male Ambr. βιασθεῖσα habet scriptum. Sequens πλῆσμα Med. in πλησίασμα mutat. *appropinquationem* vertit Thomas.

τὴν γνωμην] Vulgatum τὸ γνῶμα, quod etiam est in Med. Canis. in τὸν γνῶμα mutat Aldina, τὴν γνώμην Ambr. τὸν γνωμονα Camot. Junt. Basil. et Sylburgiana. τὸ γνῶμα Casauboniana et quae eam sequuntur h. l. reposuerunt. Sequens πλῆσμα Thomas *repleturam* vertit. Noster de Gener. 2, 8. ἂν μὴ μετὰ τὸν βόλον τὸν πρῶτον ἄρξηται γεννᾷν, οὐκέτι γεννᾷ τὸ παράπαν. Plinius 8. s. 69. *quae non prius, quam dentes pullinos iaciat, conceperit, sterilis intelligitur, et quae non primo initu generare coeperit. — Feminas a partu optime septimo die impleri obseruatum est. — Conceptum ex equo secutus asini coitus abortu perimit, non item ex asino equi.*

ἀπάγουσιν] Thomas vertit *abscondunt.* Junt. Camot. ἐπάγουσιν. Plinius 8. s. 68 *paritura lucem fugit et tenebras quaerit, ne conspiciatur ab homine. Gignit tota vita, quae est ei ad trigesimum annum.*

ἐξαμβλοῖ] Thomas *hebetatur* vertit. Articulum τὰ ante ὁμογενῆ ex Med. Reg. addidit Camus; idem ex Med. et versione Thomae postea vulgatum καὶ ὄνος ὄνῳ correxit. Denique vulgatum ἐφ' ὅσον χρόνον ex Med. Vat. et versione Thomae correxi. Ceterum meminisse oportet, fetum masculum serius in vtero perfici quam femineum. De toto

genere Columella 6, 26. *nam cum difficulter iniecta genitalibus locis animentur semina, tum etiam concepta diutius in partum adolescunt, vt quae peracto anno mense tertio decimo vix eduntur, natisque inhaeret plus socordiae paternae quam corporis materni. — hinni per omnia matri magis similes sunt.* Sed Varro 2, 8. *hinnus minor quam mulus corpore, auribus vt equinis, iubam et caudam similem asini. Item in ventre est vt equus menses duodecim.*

3 *μίσγηται*] Med. *μίγηται*. Deinceps scripturam *οὐ συμμίσγουσιν οὕτω* reddidit versio Thomae. Columella 6, 27, 10. *Equa cum ex asino conceptum edidit partum, sequenti anno vacua nutrit: id enim vtilius est, quam quod quidam faciunt, vt et foetam nihilo minus equo admisso impleant.*

ἱπποθήλας] Med. *ἱπποθήρας*. Huc pertinet Hesychii glossa: *ἱπποζώνη, ἡ τοὺς ἵππους θηλάσασα*, scilicet *ὄνος*. Sed vitiosa videtur esse. Deinceps *ἐν τῇ νεομηνίᾳ* habet Med. *in nouilunio* pariter versio Thomae. Plinius 8. s. 69. *ad tales partus* (mularum) — *arcerique vtrumque genus ab altero narrant, nisi in infantia eius generis, quod ineat, lacte hausto. Quapropter surreptos pullos in tenebris equarum vberi asinarumue equuleos admouent.* Rem eandem tradunt Varro R. R. 2, 8. et Columella 6, 37, 8.

CAPVT XXIV.

μετὰ τὸν πρῶτον βόλον] Vulgatam *κατὰ* ex versione Thomae correxi, vbi est *post*. Gaza etiam vertit *missis dentibus primis*. Sequenti *ἑπταετὴς* paene substituissem ex Med. *ἐπιτριετής*. Similiter enim noster de asino 5, 14. triginta menses natum coire ait, sed non generare: *ἀλλὰ τριετὴς ἢ τριετὴς καὶ ἑξάμηνος*. Sed conatum inhibuit locus de Generatione 2, 8. *γεννᾷ δ' ὁ ἄῤῥην (ἡμίονος) ἑπταέτης ὢν μόνως, ὥς φασιν· ἀλλ' ἡ θήλεια ἄγονος ὅλως καὶ αὕτη, τῷ μὴ ἐκτρέφειν εἰς τέλος· ἐπεὶ ἤδη κύημα ἔσχεν ἡμίονος·* et extremo capite subiungit: *ὥστε συλλαβεῖν μὲν ἐνδέχεται*

ποτε τὴν θήλειαν, ὅπερ ἤδη φαίνεται γεγονὸς, ἐκθρέψαι δὲ καὶ ἐξενεγκεῖν εἰς τέλος ἀδύνατον. cuius loci si recordatus esset Scaliger, non incidisset in eam opinionem. vt crederet, verba *ὕστερον δ᾽ οὐκέτι ἀναβαίνει* esse de ginno intelligenda. Itaque vertit ea: *sed is rursus non item coit.*

αἱ — ἡμίονοι] De his dicetur separatim infra ad Cap. 36. Med. *ἐν τῇ οὐρίᾳ* scriptum h. l. habet. Deinceps *ἐν* ante *μὲν* primus inseruit Sylburg, iterum omisit Camus. Postea *νάννοι* Med. V. R. Versio Thomae scripturam *ὥσπερ ἐν ἀνθρώποις οἱ νάνοι* reddidit: eadem deinceps *οἱ μετάχοιροι* scriptum vertit. Noster de Generatione 2, 8. *ὁ δ᾽ ἄῤῥην (ἡμίονος) ποτὲ γεννήσειεν ἄν, — τὸ δ᾽ ἀποτελεσθὲν γίνεται γίννος· τοῦτο δ᾽ ἐστὶν ἡμίονος ἀνάπηρος· καὶ γὰρ ἐκ τοῦ ἵππου καὶ τοῦ ὄνου γίνονται γῖννοι, ὅταν νοσήσῃ τὸ κύημα ἐν τῇ ὑστέρᾳ. Ἔστι δὲ ὁ γῖννος ὥσπερ τὰ μετάχοιρα ἐν τοῖς χοίροις· καὶ γὰρ ἐκεῖ τὸ πηρωθὲν ἐν τῇ ὑστέρᾳ καλεῖται μετάχοιρον· γίνεται δὲ τοιοῦτος, ὅς ἂν τύχῃ τῶν χοίρων. Ὁμοίως δὲ γίνονται καὶ οἱ πυγμαῖοι· καὶ γὰρ οὗτοι πηροῦνται τὰ μέρη καὶ τὸ μέγεθος ἐν τῇ κυήσει, καὶ εἰσὶν ὥσπερ μετάχοιρα καὶ γῖννοι.* vbi versio Thomae *innus* et *inni* habet, et *μετάχοιρα* illi sunt *postporcelli.* Dicit igitur ibi Philosophus vel *γῖννον* vel *ἴννον* fetum equae vel asinae ex mulo natum, et videtur Plinius locum istum respexisse, si omnino ipse vnquam Aristotelis libros inspexit, cum scriberet ista libri 8. sect. 69. *In plurium Graecorum est monumentis, cum equa muli coitu natum, quem vocauerint ginnum, id est paruum mulum,* vbi ante Pintianum *hinnum* legebatur, qui est plane diuersus a ginno, vt postea videbimus. Ceterum locus Philosophi de Generatione plane conuenit cum hoc nostro, nisi quod hic noster in verbis *ὅταν νοσήσῃ ἐν τῇ κυήσει* vitiosus esse videtur. Vti verba nunc sonant, intelligitur mater equa aegrotare, cum ginnum vtero fert. At vero altero dicitur fetus in vtero vitium aliquod concipere atque hinc fieri *ἀνάπηρος*, vt *μετάχοιρα* in genere suum et *νάνοι* in hu-

mano Sequentia etiam verba, τὸ πηρωθὲν ἐν τῇ ὑστέρᾳ de porcorum genere, docent vera nec vitiosa esse illa superiora: ὅταν νοσήσῃ τὸ κύημα ἐν τῇ ὑστέρᾳ, quae Gaza vertit: *cum conceptus in vtero aegrotauit.* Nostro vero in loco dixit Gaza: *Prodeunt, quos ginnos vocant, ex equa, cum in gerendo vtero aegrotauit.* Manifestum igitur esse puto, in nostro loco scripturam vulgarem esse mendosam, ita corrigendam: ὅταν νοσήσῃ ἐν τῇ ὑστέρᾳ τὸ κύημα. Atque ita Scaliger vertit, non admonito lectore. Contra Camus alibi vitium quaesiuit, quod nuspiam est. Is enim, vbi γίννος primo loco nominatur, cum Casaubono ἴννος scripsit, eamque scripturam reperit in Reg. et Ambr. Codice. Rationem mutationis his verbis reddidit: *On lit ordinairement γίννος, ce qui met Aristôte en contradiction avec lui même, puisque deux lignes plus bas il definit autrement le γίννος.* Miror, vbi Gallus discrimen in verbis Philosophi repererit; equidem nullum video. Primo enim loco γίννον simpliciter nominauit, altero nomen et naturam ginni interpretatus est; plane vt in loco de Generatione fecit. Superest tertius locus libri I. cap. 6. vbi λόφουρα haec enumerauit: οἷον ἵππῳ καὶ ὄνῳ καὶ ὀρεῖ καὶ γίννῳ καὶ ἴννῳ καὶ ταῖς ἐν Συρίᾳ καλουμέναις ἡμιόνοις. vbi Alberti versio pro γίννῳ et ἴννῳ (ita Camus ibi cum reliquis Edd. scripsit) *burdonem*, Thomae *rippam* et *ippam* nominauit. Ibi igitur videtur intelligi *hinnus* is, quem Romani rei rusticae scriptores Graecos secuti nominarunt, veluti Varro 2, 8. *ex equa enim et asino fit mulus, contra ex equo et asina hinnus.* et sect. 6. *Hinnus qui appellatur, est ex equo et asina, minor quam mulus corpore, plerumque rubicundior, auribus vt equinis, iuba et cauda similis asini.* vbi Edd. primae *Hinulus* habent. Columella 6, 37, 5. *qui ex equo et asina concepti generantur, quamuis a patre nomen traxerint, quod hinni vocantur, matri per omnia magis similes sunt.* Denique Plinius 8. s. 69. *Equo et asina genitos mares hinnos antiqui vocabant*, contra-

que mulos, quos asini et equae generarent. vbi pariter libri multi editi et scripti *hinulos* habent. Scripturam vocabuli *hinnus* locus Columellae confirmat, et Nonius Grammaticus praeter mares *hinnos* etiam feminas *hinnas* commemorat. Deuenimus nunc ad Grammaticos, a quibus parum aut nihil discere licet. Hesychius habet: *Γίννος, ὁ πατὴρ ἵππος, ἡ δὲ μήτηρ ὄνος νωθή.* quem locum varie tentarunt viri docti. Idem altero loco: *Ἰννός, ὁ πῶλος ὁ ἐξ ἵππου πατρὸς καὶ μητρὸς ἡμιόνου, ἄλλοι δὲ ὄνου. Ἀριστοτέλης δέ φησιν ἰννὸν ἡμίονον ἄρσενα, τουτέστιν ὀρέα, τὸν ἐπὶ θηλείας ἀναβαίνοντα· ἰννὸν δὲ ἐξ ἵππου νοσήσαντος. ἄλλοι δὲ ἡμίονον ἢ ἱππάριον ἀναυξές. Ἀριστοφάνης δὲ τοὺς ἰννοὺς γίνεσθαι ἐξ ἵππου, προγόνου δὲ μητρός.* Quae vel falsa vel vitiosa sunt, et nugas Grammaticorum tradunt, non dignas, quibus extricandis immoremur. Magis ad rem pertinet, quod idem posuit: *Ὕννος, πῶλος ὁ ἐν τῇ γαστρὶ νοσήσας, πρὶν κυηθῆναι.* ad quem locum affertur Scholion ad Aristophanis Pacem v. 790. *Ναννοὶ γὰρ λέγονται οἱ κολοβοὶ τῶν ἀνθρώπων· οἱ δὲ κολοβοὶ τῶν ἵππων ὕννοι λέγονται.* Praeterea Photii locum ex Lexico MSto posuit Alberti hunc: *Ἰννὸς, ἐξ ἡμιόνου καὶ θηλείας ἵππου· πεντήκοντα ἔτη ζῇ ἡμίονος.* quae ex nostro loco ducta esse vides. Sed omisit Alberti quae sequuntur ibi, saltem in exemplo, quod publicauit nuper Hermann, p. 83. *ὁ δὲ γίννος ἐξ ἀμφοτέρων ἵππων, ἐν τῇ κυήσει νοσησάσης τῆς ἵππου, οἷον ναννος.* quae multo recentiora videntur esse. Denique Hesychius habet: *Γίγλος, νάνος.* vbi viri docti pariter *Γίννος* scribunt, et comparant Martialis locum 6, 77. *Atlas cum compare ginno.* Vides igitur ita scripturam *Γίννος* in Aristotele de fetu equae vel asinae ex mulo concepto firmari. Scholion Aristophaneum qui exscripsit Suidas sub voce *Νάννος,* habet *ἰνοὶ,* et Edd. priores Kusteriana addunt: *οἱ πλείους τῶν ὑστέρων γυννοὺς τουτους γράφουσι.* Herodianus Grammaticus in Etymologico M. p. 621, 55. ex Platone comico *γίννος* interpretatur

τὸ ἐξ ἵππου μὲν μητρὸς, πατρὸς δὲ ὄνου. Pro hinno sequior aetas dixit *burdonem*, vt Epigramma vetus testatur et Isidorus Orig. 12, c. 1. Deinde promiscue burdonem dixere pro mulo quouis, vti docuit Bochartus Hierozoici Tom. I. p. 234. Tandem nomen ad equos pumiliones vel mannos transiit. Scholiastes vetus ad Horatii Carm. 3, 27. mannos interpretatur *equos paruos, burdos siue buridos.* Sed ad Epod. 4. *Manni*, inquit, *equi sunt, quos vulgo Burdones vel Burichos nominamus.* Compara dicta ad Varronem p. 467. Addo nunc locos Eustathii tres. Primus est ad Iliad. p. 827. ed. Basil. *ὁ μέντοι ἴννος ἕτερος ὢν παρὰ τὸν Ἀριστοτελικὸν γίννον—τοῦτο δὲ μόνον οἴδαμεν περὶ αὐτοῦ ἔκ τινος παλαιοῦ εἰπόντος, ὅτι ἴννος ὁ ἐξ ἡμιόνου καὶ θηλείας ἵππου· προστίθησι δὲ ἐκεῖνος καὶ ὅτι ζῇ δὲ ἡμίονος πεντήκοντα ἔτη.* Quae ipsa verba ex Photii Lexico excerpta posuit Alberti ad Hesychium. Alter est p. 768. vbi ait, ex *γίννος* forte per apocopen factum esse *ἴννος: ὧν τὸ μὲν παρὰ Ἀριστοτέλει κεῖται καὶ τισιν ἄλλοις, τὸ δὲ ἐν τῷ κατὰ στοιχεῖον μεγάλῳ βιβλίῳ τοῦ Σουΐδα, δηλοῦντα ζωΐδια, οἷον ὄνους ἤ τινα τοιαῦτα εὐτελέστατα.* Tertius est ad Odysseam p. 350. vbi tradit ex Grammatico Aristophane: *ὅτι τὸ ἐξ ἵππου πατρὸς καὶ ὄνου μητρὸς γεννηθὲν γίννος ἐκαλεῖτο, ἀγεννὴς ὢν τὸ μέγεθος.* Ex quo postremo loco certissimam Hesychianae glossae emendationem depromes. Praeterea ex his locis inter se comparatis patet, iam olim in, libris scriptis vocabula *γίννος* et *ἴννος* a librariis fuisse permutata et confusa. Denique in Suidae Lexico, quale hodieque extat, vocabulum *ἰννοὶ* in serie sua legitur, sed interpretatio eadem est, quam ex Scholiis Aristophaneis repetitam dedit, etiam sub voce *Νάννοι.*

Vocabulo *ὀρεὺς* alteroque *ἡμίονος* promiscue vsus est auctor Homericorum carminum, eiusque exemplo Aristoteles etiam. Prioris etymologiam hanc tradit auctor Etymologici M. *παρὰ τὸ οὐρώδη γονὴν ἔχειν. ὅθεν ἐν ταῖς συνουσίαις οὐ συλλαμβάνουσιν οὐδὲ πυκνογονοῦσιν.* Ineptias

easdem ex forma ionica οὐρεὺς natas subindicat Hesychii glossa in οὐρῆας: — ἡ ἐπεὶ οὔρειον τὸ ζῶον, οἷον ἄγονον. Easdem habet Eustathius ad Iliadis I. versum 50. p. 42.

2. ὡς καὶ ἀφειμένος] Versio Thomae καὶ omisit. Deinceps Med. καὶ περιπορευόμενος, quod recipere voluit Camus, sed operae non paruerunt. Versio Thomae: *circumiens et iuxta ambulans.* Scaliger verbum παραπορευόμενος tanquam interpretationem praecedentis verbi deleri voluit. Postea θηλίων Aldina, Juntina: θηλειῶν Basil. et Medic. Versio Thomae pariter *a femellis* habet. Sylburgius recte comparauit Suidae locum: τηλία, περίφραγμα σανίδων ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἐν ᾗ ἄλφιτα ἐπιπράσκοντο. Narrationem ex h. l. repetiit Aelianus H. A. 4, 49. vbi est: Ἡνίκα γοῦν Ἀθηναῖοι κατεσκεύαζον τὸν Παρθενῶνα, οὔτε ἐπισύρων οὔτε ἀχθοφορῶν ὅμως τοῖς νέοις ὀρεῦσι προφερόμενος τὴν ὁδὸν ἄκλητος καὶ ἑκὼν οἱονεὶ παράσειρος ᾔει, δορυφορῶν, ὡς ἂν εἴποις, καὶ παρορμῶν το ἔργον τῇ βαδίσει τῇ κοινῇ. — Ὁ δῆμος οὖν μαθόντες ταῦτα τῷ κήρυκι ἀνειπεῖν προσέταξαν, εἴτε ἀφίκοιτο ἐς τὰ ἄλφιτα, εἴτε ἐς τὰς κριθὰς παραβάλοι, μη ἀνείργειν, ἀλλ' ἐαν ἐς κόρον σιτεῖσθαι, καὶ τὸν δῆμον ἐκτίνειν τὸ ἀργύριον. Aelianus tamen potius Plutarchum aemulatus est de Solertia animalium c. 13. p. 970. ed. Reiskii, 165. Hutten. vbi haec sunt: τὸν γὰρ ἑκατόμπεδον νεὼν Περικλέους ἐν ἀκροπόλει κατασκευάζοντος, λίθοι προσήγοντο πολλοῖς ζεύγεσι καθ' ἡμέραν· τῶν οὖν συνειργασμένων μὲν προθύμως, ἤδη δὲ διὰ γῆρας ἀφειμένων ὀρέων εἷς κατερχόμενος εἰς Κεραμεικὸν καὶ τοῖς ἀνάγουσι ζεύγεσι τοὺς λίθους ὑπαντῶν ἀεὶ συνανέστρεφε καὶ συμπαρετρόχαζεν, οἷον ἐγκελευόμενος καὶ παρορμῶν. Reliqua multo breuiora sunt, quam in Aeliano. Plinius 8. s. 69. *Mulum LXXX annis vixisse Atheniensium monumentis apparet: et gauisi namque, cum templum in arce facerent, quod derelictus senecta, scandentia iumenta comitatu nisuque exhortaretur, decretum fecere, ne frumentarii negotiatores ab incerniculis eum ar-*

cerent. vbi verba *comitatu nisuque*, seu, vt est in vetustioribus Editionibus, *connitendo comitandoque*, Scaliger pariter, vt in Philosopho verbum *παραπορευόμενος*, tanquam glossemata damnauit; quod miror ab Harduino omissum, qui cetera annotationis Scaligeri non nominati exscripsit. Is nempe Plinii *incernicula* improbans ipse *a frugum cumeris* vertit. Locum Aristophanis Lysistr. 289. vbi senes lignorum codicibus onusti arcem ascendunt, et aiunt: *ὅπως ποτ' ἐξαμπρεύσομεν τοῦτ' ἄνευ κανθηλίου*, comparans discet, sine funium ope id factum tractoriorum, et facile Scaligeri suspicionem probabit de tollendo verbo *παραπορευόμενος*. Sed Plinius *connitendo* videtur tamen optime reddidisse vim verbi graeci, *comitando* vero alterius. Sed ecce Hippiatrica p. 4. ex Tarentino haec eadem aliunde aliter narrant: *τὸν τοῦ Διὸς νεὼν κατασκευάζοντας Ἀθηναίους ἐννεακρουνου πλησίον εἰσελασθῆναι ψηφίσασθαι τὰ ἐκ τῆς Ἀττικῆς εἰς τὸ ἄστυ ζεύγη σύμπαντα· φόβῳ δὲ τοῦ ψηφίσματος τινὰ τῶν γεωργῶν ἡμίονον ἀγαγεῖν γηραιὸν, ἄγοντα ἔτος ὀγδοηκοστὸν, τὸν δὲ δῆμον τιμῇ τοῦ γήρως προηγήτορα τῶν ζευγῶν εἰς τὴν κατασκευὴν αὐτὸν τοῦ νεὼ καταστῆσαι, προβαδίζειν τε ἄζευκτον καὶ ἄπληκτον ψηφίσασθαι, μηδένα δὲ τῶν πυροπωλῶν ἢ κριθοπωλῶν ἀπελαύνειν αὐτὸν τῆς ἑστίας ἢ ἀπείργειν τῆς βρώσεως*. vbi vereor, vt postremum illud *τῆς ἑστίας* sanum sit. — Denique *γηράσκει θᾶττον* omisso *μᾶλλον*, quod vulgo interponitur, ex Med. Canis. dedit Camus. Versio tamen Thomae non *θᾶττον*, sed *μᾶλλον* reddidit, *senescit magis*. Quod attinet ad postremam obseruationem, Gaza vertit: *feminam profluuio vrinae purgari aiunt: marem olfactu vrinae prius senescere*. Scaliger pessime: *feminam vrinam reddere, marem autem eius odore celerius senescere*. et subiecta annotatio eius docet, eum plane a sensu loci aberrasse, quem Gazam secutus plane reddidit Camus. Noster enim de Generatione 2, 8. *ταῖς δ' ἡμιόνοις οὐ γίνεται καταμήνια, ἀλλὰ τὸ μὲν ἄχρηστον μετὰ τοῦ περιττώματος τοῦ ἐκ τῆς*

κύστεως ἐκκρίνεται· διόπερ οὐδὲ τῶν ἄρθρων οἱ ἡμίονοι οἱ ἄῤῥενες ὀσφραίνονται τῶν θηλειῶν, ὥσπερ τα ἄλλα μώνυχα, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ περιττώματος· τὰ δ' ἄλλα τρέπεται ἐπὶ τὴν αὔξησιν καὶ τὸ μέγεθος. Salacitatem igitur maris causam breuioris vitae edere voluisse videtur, vt recte vidit Scaliger; eam vero odore vrinae accendi, manifestum est, vt in asino et equo olfactu partium genitalium humore menstruo madefactarum. Sed hanc Philosophi sententiam in oratione non tam concisa quam abscissa et abrupta nemo facile agnoscat. Quare vitiosam scripturam vulgatam esse suspicor.

3. *τετράποδα*] Vocabulum omisit versio Thomae. Sequens *ἐφελκόμενον ταχὺ ἐπίῃ*, quod vulgo legitur, Thomas vertit *si abstracta cito redeat.* Juntina et Camotiana *παχὺ* habent. Equidem *ἐπανίῃ* scripsi. Auctorem emendationis praeter vsum sermonis graeci dabo Anatolium in Hippiatricis p. 55. *τινὲς δὲ καὶ ἐκ τῶν γνάθων δοκιμάζουσι· καὶ εἰ μὲν τὸ δέρμα ἀρθὲν εὐκόλως τοῦ λοιποῦ σώματος διὰ χειρὸς καὶ ἀφαιρεθὲν αὖθις ἐπανέλθοι ῥαδίως, νέον αὐτὸν ἀποφαίνουσιν· εἰ δὲ ἐπαρθέντος τοῦ δέρματος, βραδέως κολλήσει ἐν τῇ σαρκὶ, γέροντα αὐτὸν διαβεβαιοῦνται.* Ex quo praeterea manifestum fit, quadrupedia non omnia hoc in loco intelligi, sed ea tantum, de quibus hucusque dixerat Philosophus, domestica.

CAPVT XXV.

δέκα μῆνας] Supra 5, 14. erat *δώδεκα*, vbi vide adscripta. Deinceps *πολὺν πλείω* Edd. pr. ante Sylburgianam habebant. Sequens commation *καὶ τὰ κρέα* ex margine per errorem illatum censebat H. Mercurialis V. Lect. 2. c. 5. Plinius 28. s. 33. solum lac cameli ab humano dulcissimum facit. Galenus Libro I. de Alimentorum facultatibus: *ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γὰρ τῶν ὄνων κρέα ἐσθίουσιν, εἰσὶ δὲ καὶ οἳ τὰ τῶν καμήλων.* Vnde patet, quam parum gratus camelinae carnis gustus Graecis fuerit Asiaticis. Probabilis igitur

mihi quidem Mercurialis suspicio; sed praeterea inutiliter repetuntur vulgo post *καὶ τὸ γάλα* verba *μέχρις οὗ ἂν ἐν γαστρὶ λάβῃ*. Recte igitur auctore libro Med. Canis. et versione Thomae omisit Camus. Potest tamen narratio de carnibus defendi ita, vt ad solos incolas eos referatur, quibus vnus reditus et victus cultu camelorum constabat; de quibus etiam Diodorus I. p. 166. vbi de camelis διτυλοις agit: *ὧν αἱ μὲν γάλα παρεχόμεναι καὶ κρεωφαγούμεναι πολλὴν παρέχονται τοῖς ἐγχωρίοις δαψίλειαν.* Denique *πρὸς* ante *ὕδωρ* omisit versio Thomae. Plinius 11. s. 96. *Cameli lac habent, donec iterum grauescant. Suauissimum hoc existimatur, ad vnam mensuram tribus aquae additis.*

2. *πρῶτον εἴκοσιν ἐτῶν*] Vulgatum *πρὸ τῶν εἴκ. ἐ.* ex Canis. versione Thomae et Gazae correxi. Cf. dicta ad 5, 14. Sequens *ῥαδίως* ex versione Thomae inserui, vbi est: *quod non facile visibilis est coitus.* Eadem versio scripturam *ἐπὶ τα ὄπισθεν, sc. σκέλη,* dedit pro vulgato *ἐπὶ τὸ ὄπισθεν.* Denique vulgatum *εὐθὺς γενόμενος* ex Med. et versione Thomae correxi. Pullum elephanti sugere ore, non promuscide, adstruxit etiam Zimmermann in Descriptione pulli edita anno 1783.

3. *Αἱ δὲ ὕες*] Med. *ὗς* dat: deinceps *ἀποκρεμνοτάτους*. Sequens *φαραγγώδεις* Thomas vertit *obsita*. Postea *ὁ αὐτός τε ἐν τοῖς ἡμέροις* vel *ἐπὶ τοῖς ἡμ.* scriptum vertit: *idem et in domesticis.* In vulgata scriptura mihi *τε* non minus quam sequens *ὡς* displicet.

παραπλησίας] Vulgatum *παραπλησίως* ex Med. correxi. Post *ἀῤῥένων* seclusi verba *καὶ ἀγρίων* omissa a Med. et versione Gazae. Thomas scripturam *οἱ καλούμενοι τομίαι* reddidit *vocati thomiae.* In membro *καὶ χαλεπώτεροι* haesit Scaliger. Minime enim probabile esse, exsectos apros ferociores fieri, nec inesse eam significationem verbis Homericis; *ἄγριον* enim ibi non ad mores, sed ad vitam siluestrem referri. Locus est in Iliadis 9, 535. vbi

tamen hodie in libris non addita legitur pars altera, *οὐδὲ ἐῴκει — ὑλήεντι*, sed similis locus est in Odysseae 9, 190. de Polyphemo: *οὐδὲ ἐῴκει ἀνδρί γε σιτοφάγῳ* etc. Praeterea in libris nostris pro *θρέψεν* legitur *ὦρσεν*. In nostro loco Juntina et Camot. *ἀλλά γε ῥίῳ* dant. Versio Thomae habet: *nutriuit vmbratilem suem siluestrem — sed difficili praecipitis nemoroso.* Male is *χλούνην* vertit ex interpretatione Aristotelica, quamquam non inepte ad veram aliorum interpretationem, de qua comparabis egregiam Heynii Editionem p. 652.

νόσημα κνησμῶδες εἰς] Vulgatum *κνησμῶν* correxi ex versione Thomae, vbi est: *quoniam iuuenibus incidit infirmitas pruriginosa.* Sed glossa adscripta habet *pediculosa.* Sequens *ἐκθλίβουσι* videtur Thomas aliter scriptum legisse. Vertit enim *extendunt testiculos,* quod potius conuenit verbo *ἐκτείνειν.*

CAPVT XXVI. (vulgo XXIX.)

ἐξ ὑπαγωγῆς] Vulgatum *ἐπαγωγῆς* ex Med. Canis. versione Thomae correxit Camus. *ex subductione* Thomas, *subsidens* male Gaza vertit. Cf. 5, 2. vbi est *ὑπάγοντα τὰ θήλεα δέχονται τὴν γονήν.* Sequitur *παρεκκλίνουσιν ἀλλήλας,* quod Gaza vertit: *et socias declinant.* Quem secutus Camus dedit: *elles s'ecartent les unes des autres.* Contra Scaliger vertit: *atque vrgente venere vicissim inter se subigunt*, vel *inter se conscendunt*: quod in cicuribus ceruis ipse vidisse testatur. Neutra significatio verbo graeco inest, quo Aristoteles nusquam vsus est aliter, nisi vt *declinare, deflectere* diceret, velut *εἰς τὸ εὐώνυμον, ἀπὸ τοῦ ἔθους*, et similia. Quo sensu Sylburgius *παρεγκλίνουσιν* scriptum maluerit, non dixit. Sed ecce Thomas vertit: *et cum miscentur, coinclinant inuicem.* Legit igitur scriptum: *καὶ ὅταν μίσγωνται, συνεγκλίνουσιν ἀλλήλας.* Quod equidem non intelligo. Vulgata si eo sensu potest defendi, quem versio Gazae repraesentauit, contrarium Philosophus voluit

obseruare in ceruis ei, quod accidere ait equabus supra c. 18, 5. *περὶ τὴν ὥραν τῆς ὀχείας συγκύπτουσι πρὸς ἀλλήλας μᾶλλον ἢ πρότερον.*

μεταλλάττει] Med. *μεταβάλλει — καὶ οὐ προσδιατρίβει*, omisso *μιᾷ*. Versio Thomae: *permutat autem masculus et non apud.* Deinceps *πολὺν χρόνον* Reg. habet. Plinius 10. s. 83. *Cerui vicissim ad alias transeunt et ad priores redeunt.* Deinceps post nomen *βοηδρομιῶνα* mensem *καὶ πυανεψιῶνα* inseri debere censuit amicissimus Buttmann in *Ideleri* Quaestionibus historicis de Obseruationibus Astronomicis Veterum 1806. p. 401. Plinius 8. s. 50. *Conceptus earum post Arcturi sidus: octonis mensibus ferunt partus, interdum et geminos. A conceptu separant se.*

ὀλίγαις ἡμέραις] Versio Thomae *ὀχείαις* reddidit. Sequens *παρὰ τὰς ὁδοὺς* reddidit Plinius 8. s. 50. *In pariendo semitas minus cauent humanis vestigiis tritas, quam secreta ac feris opportuna.* Infra 9, 5. causam addit: *τὰ γὰρ θηρία διὰ τοὺς ἀνθρώπους οὐ προσέρχεται.* Locum Plutarchi de Solertia p. 170. Hutt.: *τῶν ἐλάφων αἱ θήλειαι μάλιστα τίκτουσι παρὰ τὴν ὁδὸν, ὅπου τὰ σαρκοβόρα θηρία μὴ πρόσεισιν· οἵ τ' ἄῤῥενες, ὅταν αἴσθωνται βαρεῖς ὑπὸ πιμελῆς καὶ πολυσαρκίας ὄντες, ἐκτοπίζουσι σώζοντες ἑαυτοὺς τῷ λανθάνειν, ὅτε τῷ φεύγειν οὐ πεποίθασιν.* cum exscriberet Aelianus H. A. 6, 11. postrema male sic reddidit: *καταπιανθεῖσα δὲ οὐκ ἔτι τέκοι παρὰ τὰς ὁδούς· οἶδε γὰρ, ὅτι δραμεῖν ἐστι νωθεστέρα· τίκτει οὖν ἐν τοῖς ἄγκεσι καὶ τοῖς δρυμοῖς καὶ τοῖς αὐλῶσι.*

2. *οὐ συμβαίνει*] Negationem omisit Med. Deinceps *ἐν αὐταῖς κάθαρσις* scriptum reddidit Thomas, qui *σταθμοὺς* *loca vnius aditus* vertit. Postea *περιῤῥαγὴς* malebat Sylburg. *circumcisa* reddidit Thomae versio. Denique post *εἴωθεν* intersertum *ἤδη* omisit Med. et versio Thomae. Plinius l. c. *editos partus exercent cursu et fugam meditari docent; ad praerupta ducunt, saltumque demonstrant.* At infra noster 9, 4. obseruationem repetens habet: *ἔτι δὲ*

τὰ τέκνα ἄγει ἐπὶ τοὺς σταθμοὺς, ἐθίζουσα οὗ δεῖ ποιεῖσθαι τὰς ἀποφυγάς· ἔστι δὲ πέτρα ἀποῤῥὼξ, μίαν ἔχουσα εἴσοδον· οὗ δὴ καὶ ἀμυνεσθαί φασιν ὑπομένουσαν. vbi post ἀμύνευθαι interserunt ἤδη Med. Canis. Reg. et versio Thomae. Pollux 5. s. 76. καὶ γεννᾷ μὲν ὡς ἐπιτοπλεῖστον ἓν ἡ ἔλαφος, κύει δὲ μῆνας εἰς ὀκτώ· τίκτει δὲ προσπληρωθεῖσα ὑπὸ τὸ μετόπωρον ἱστάμενον· τὸν δὲ νεβρὸν οἱ γονεῖς ἀγαγόντες ἐπὶ τὴν εὐνὴν, ἵνα πέτρας ἀποῤῥῶγος περίδρομος παρέχει τὴν ἐκ θατέρου μέρους ἀσφάλειαν, ἡ μήτηρ ἑαυτὴν καταβαλοῦσα θηλάζει τὸ βρέφος, ὁ δὲ πατὴρ ἄποθεν φυλάττει καὶ πρὸς τὸν προσελθόντα ὑπερμαχεῖ. Quorum pars ducta ex Xenophontis Cynegetico c. 9. vbi est: ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ ὄψεται ἀγούσας τοὺς νεβροὺς πρὸς τὸν τόπον, οὗ ἂν μέλλῃ ἑκάστη τὸν ἑαυτῆς εὐνάσειν· κατακλίνασαι δὲ καὶ γάλα δοῦσαι καὶ διασκεψάμεναι, μὴ ὁρῶνται ὑπό τινος, φυλάσσει τὸν ἑαυτῆς ἑκάστη ἀπελθοῦσα εἰς τὸ ἀντιπέρας. De patre custodiam agente nihil Xenophon nec noster tradit, nisi forte olim h. l. lectum fuit εἴωθεν ὁ πατὴρ τοὺς ἐπιτιθεμένους etc.

3. δὲ τῶν μυθολογουμένων οὐθὲν σαφές] Vulgo post δὲ insertum οὔτε cum Med. omisi, consentiente Thoma, qui vertit *non videtur autem dictorum nullum famosum.* Reddidit is simul ὀμφαῖς, quod Med. pro σαφὲς scriptum habet.

Ἐλαφωεντι] In Aldina, Junt. Camotiana, V. R. A. scriptum extat Ἐλατώεντι, Med. Canis. ἐλαφόεντι. Deinceps Ἀργιννούσῃ Med. Reg. Versio Gazae *monte Asiae Elapho.* Plinius 8. s. 83. *In Hellesponto in alienos fines non commeant cerui: et circa Arginussam Elaphum montem non excedunt, auribus etiam in monte fissis.* vbi Edd. pr. *Elatum* dabant. Idem 11. s. 50. *aures — ceruis tantum scissae ac velut diuisae, sorici pilosae.* Pessime generi vniuerso tribuit, quod quibusdam peculiare erat. Aelianus H. A. 6, 13. Περὶ γοῦν τὸν Ἑλλησποντόν ἐστι λόφος καὶ νέμονται κατὰ τοῦδε ἔλαφοι, καὶ τῶν ὤτων αὐτοῖς τὸ ἕτερον διέσχισται· περαιτέρω δὲ οὐ χωροῦσι τοῦ λόφου. Qui locus

si cum Plinio comparetur, apparet in Plinio distinctionem vulgarem esse vitiosam, quae narrationem de ceruorum natura peculiari geminat, cum de eodem sit genere. Cum Aristotele comparatus Aelianus suggerit suspicionem, in libris Philosophi olim scriptum fuisse ἔλαφοι θάτερον οὖς ἐσχισμέναι εἰσί. Contra Ambr. ἔλαφοι ἑστᾶσι, Reg. ἑστᾶσαι, Vat. ἱστάσαι dant. Singularis etiam numerus suspicionem firmare videtur. De morte Alcibiadis Plutarchus in Vita c. 36. tradit occisum ἐν κώμῃ τινὶ τῆς Φρυγίας. Nepos c. 10. in Phrygia similiter caesum narrat. Athenaeus 12. p. 574. Melissam Phrygiae κώμην nominauit.

κἂν ἐκτοπίσωσι] Atqui montem suum egredi negat cum Plinio Aelianus. Med. scripturam vulgarem ita variat: ὥστε καὶ εἰς τοὐπίσω γιγνώσκεσθαι τούτῳ. Sed sensus inde commodus extorqueri non potest. Deinceps ex Codice non nominato posuit Camus hanc scripturam: εὐθὺς ἔχει· τοῦτο τὸ σημεῖον θήλασι ἔχουσιν etc.

4. διὰ τὴν ὁρμὴν] Med. Canis. versio Thomae et Gazae ὀσμὴν habent. Verba sequentia μονούμενος — ὀρύττει Thomas vertit: *solitiagus foueam cl'as fodit.* (sic.) vbi forte scriptum fuit *foueam alias foueas fodit.* Deinceps βρωμᾷ Vat. βρωμεῖ Med. Denique γίγνεται αὐτῶν pro vulgato αὐτοῖς ex Codd. et versione Thomae dedit Camus. Verba διὰ τὸ ῥαίνεσθαι *aspergine* vertit Gaza. *faciesque exudantibus guttis nigrescit* Scaliger. In annotatione vero retentum semen spargi ait per corpus atque exudare: idcirco foetere. Sed ratio vera nigroris est, quod ceruus pruriens saepiuscule lambit genitale, cuius ipsius pili vna cum pilis frontis inde nigrescunt, nec colorem suum recipiunt, nisi cum mutantur hieme instante, vti docuit Comes Mellin in Histor. naturali cerui damae inserta libro: *Schriften der Berliner naturforschenden Gesellschaft* Voll. II. p. 180. Quod attinet ad scrobes, quibus corpus refrigerandum cerui committunt effossis, nostri cerui post coitum lacunas aqua plenas et paludes ingrediuntur eodem consilio, quas proprio

nomine venatores *Sulungen* vocant. Dama tamen id sola non facit, sed cibum statim post coitum capere solet, vt vires reficiat, annotante eodem Mellino l. c. p. 181. Plinius 8. s. 50. *At mares relicti rabie libidinis saeuiunt: fodiunt scrobes. Tunc rostra eorum nigrescunt, donec aliqui abluant imbres. — Jam mares soluti desiderio libidinis auide petunt pabula. — Et alias semper in fuga acquiescunt, stantesque recipiunt: cum prope ventum est, rursus fugae praesidia repetentes. Hoc fit intestini dolore, tam infirmi, vt ictu leui rumpatur intus.* Huc pertinet Horatii I. Od. 15, 30. *ceruus sublimi anhelitu fugiens.*

θέρους αὐτῶν] Pronomen omisit versio Thomae, et potest commode abesse. Sequens *φεύγουσιν εἰς τὸ ὕδωρ* illustrat locus Xenophontis Cyneg. c. 9. *ἁλίσκονται δὲ καὶ διωκόμεναι, ὅταν ἡ ἡ ὥρα θερινή· ἀπαγορεύουσι γὰρ σφόδρα, ὥστε ἑστῶσαι ἀκοντίζονται· ῥιπτοῦσι δὲ καὶ εἰς τὴν θάλατταν, ἐὰν κατέχωνται, καὶ εἰς τὰ ὕδατα ἀποροὐμεναι· ὅτὲ δὲ διὰ δύσπνοιαν πίπτουσι.* quae exscripsit Pollux 5. s. 78.

5. *ὑφιστάμενοι μένουσι*] Med. *ὑφιστάμενοι μὲν ναίουσι* habet. Idem de *δόρκῳ* narrat Oppianus Cynegetic. 4, 441. qui propter vrinam retentam fieri ait. Idem de apro Liber de natura rerum apud Vincentium 18. c. 5. Atque omnino cerui, capreoli, damae, antequam cubilibus pastum exeant, stercus cum vrina in cubilibus egerunt, testante Mellino l. c. p. 201.

πονεῖν τὰ ἐντὸς] *interiora* Gaza interpretatur, *intestina* Scaliger. Sequens *διακόπτεται* vulgato *ἐκκόπτεται* substituit Camus ex Med. Canis. V. R. *discindatur* vertit Thomas. Homini etiam ilia rumpi cuti illaesa, exemplis docet Albrecht et Wepfer in Actis Natur. Curios. IX. p. 9.

CAPVT XXVII. (vulgo XXX.)

οὐκ ἀναβαδὸν] Versio Thomae *non in pedibus stantes;* quasi *ἐπὶ τῶν ποδῶν* scriptum et hic legisset, vt est 5, 2.

Rectius Gaza *non superueniendo*. Cf. dicta ad 5, 2. De graviditatis tempore menstruo dubitabat Buffon in Historia naturali vrsi pro magnitudine ferae; in Supplemento vero experientia aliorum doctus septem menses tribuit conditioni ei. Plinius 8. s. 54. *Vrsorum coitus hiemis initio. — deinde secessus in specus separatim, in quibus pariunt trigesimo die, plurimum quinos.*

αὐτῆς· ἔλαττον] Med. *ἑαυτῆς· ἐλάττους — μείζους*. Plinius l. c. pergit: *Hi sunt candida informisque caro, paulo muribus maior, sine oculis, sine pilo; vngues tantum prominent: hanc lambendo paulatim figurant. Nec quicquam rarius, quam parientem videre vrsam. Ideo mares quadragenis diebus latent, feminae quaternis mensibus.*

ἐλαφηβολιῶνος] Versio Thomae *mense Decembri*, vnde Camus *Ποσειδεῶνος* edidit; ita enim scribere debebat, non *Ποσειδῶνος*. Sed in Commentario p. 599. *Ἑκατομβαιῶνος* praeferebat, vt Junio responderet. Petauius Libro 6. Var. Dissert. c. 7. in Vranologio p. 238. ex Plinii loco supra posito duxit emendationem: *τὴν δ' ὀχείαν ποιεῖται τοῦ Ποσειδεῶνος· καὶ φωλεύει μέχρι τοῦ Ἐλαφηβολιῶνος*. interpretatus: *coit mense Nouembri, latet autem vsque ad Martium*. quam Harduinus ad Plinii locum variis argumentis firmare conatus est, sed alienis, nec ex ipso Aristotele ductis.

τὴν τοῦ φωλεύειν] V. R. A. *ὀχεύειν* habent. Deinceps *γίγνονται δὲ περὶ τ. χ.* scriptum vertit Thomas, et postea *πιότατοι τότε* idem, et statim verba *ἐκφαίνουσιν ἤδη τοῦ ἔαρος* vertit *apparet iam vere*. Gaza etiam: *exit a mense iam veris tertio*. vnde *ἐκφαίνουσι* Sylburgius dictum interpretabatur pro *φαίνονται*. Sed infra 8, 17. est *καὶ φωλεῖ, ἕως ἂν ἐξάγειν ὥρα ᾖ τοὺς σκύμνους· τοῦτο δὲ ποιεῖ τοῦ ἔαρος περὶ τρίτον μῆνα ἀπὸ τροπῶν*. Aelianus H. A. 6, 3. *χειμῶνος μὲν ἀποτίκτει καὶ φωλεύει τεκοῦσα — οὐδ' ἄν, πρὶν ἢ πληρωθῆναι τρεῖς μῆνας, ἐξάγοι ποτ' ἂν τὰ βρέφη.* Non dubito igitur, *ἐκφαίνουσι* dictum esse pro *ἐξάγουσι*,

educunt. Quamuis in Philosopho subitus transitus a singulari ad pluralem in his libris non sit infrequens, malim tamen cum Thoma et Gaza ἐκφαίνει vulgato substituere.

ὕστριξ] Med. καὶ ἡ ἄστριξ φωλεῖται. Versio Thomae: *astrix autem latitat.* Etiam Vatic. φωλεῖται habet, vnde vulgato φωλεύει mutato adiunxi τε. Deinceps λαβέσθαι scriptum legit et *capi* vertit Thomas. Pro κύουσαν Plinius τίκτουσαν vertit *parientem.* Sed infra 8, 17. repetitur: κύουσα δ' ἄρκτος ἢ ὑπ' οὐθενὸς ἢ πάνυ ὑπ' ὀλίγων εἴληπται.

CAPVT XXVIII. (vulgo XXXI.)

ὀχεύει ὄπισθεν] Plerumque dicere solet noster συνιὼν ὄπισθεν, quo facto cauetur facilius error, quem ex hoc loco transtulit Linnaeus in Systema, vbi posuit: *Leo retro mingit et coit.* Gaza etiam falso *auersum coire vrinamque retro reddere* vertit.

συνετέθη δὲ] In versione Thomae compendium scripturae est, in quo *intelli* clare legitur, reliqua videntur legenda esse *gitur:* quasi συνέθη scriptum legisset vel συνίεται. Deinceps συντέθεντος Med. Vat. Respicit autem locum Herodoti 3, 108. τίκτουσα γὰρ συνεκβάλλει τῷ τέκνῳ τὰς μήτρας.

μεταξὺ — Νέσσου] Med. Νέσου, R. νέστου. Infra 8, 28. ἔτι δὲ λέοντες μὲν ἐν τῇ Εὐρώπῃ μᾶλλον καὶ τῆς Εὐρώπης ἐν τῷ μεταξὺ τόπῳ τοῦ Ἀχελώου καὶ τοῦ Νέσσου. vbi versio Thomae *Achelon et Nessu solum.* Igitur μόνον additum legit. Gaza: *Item leones in Europa potius sunt.* Sed Plinius 8, 16. s. 17. *In Europa autem inter Acheloum tantum Nestumque amnes leones esse, sed longe viribus praestantiores iis, quos Africa aut Syria gignant.* Vitium vulgatae scripturae non solum Plinii interpretatio arguit, sed manifestum etiam in ipsa vulgata. Falsum enim est, leones in Europa potius quam in Asia et Libya esse, praecipue cum statim subdatur, in vna Europae regione repe-

riri, cum per plurimas Asiae et Africae genus hoc sit late dispersum. Remedium quaesiuit doctus auctor Censurae Goettingensis versionis Gallicae Cami in antecedentibus, vnde ad vocem *μᾶλλον* repetit *μείζους γίγνονται*. Equidem nullum aliud reperi, nisi *μᾶλλον* in *μείζους* mutare malis. Sed et ipsam hanc sententiam de maiore leonum Europaeorum magnitudine a nullo teste confirmatam reperi. De regione Europae eandem narrationem habet Herodotus 7. c. 126. vbi amnis *Νέστος* nominatur: item apud Pausaniam 6, 5. qui a Polydamante narrat leonem in monte Olympo posteriore tempore occisum. Cf. Brodaei Miscell. 7, 13. Philostrati Vitam Herodis c. 7. Petauium ad Themistium Orat. X. p. 140. Antiquioribus temporibus leo Nemeaeus Herculem exercuit, de quo auctor Idyllii inter Theocritea 25. versu 183. *οὐ μὲν γάρ κε τοσόνδε κατ' Ἄπιδα κνώδαλον εὕροις ἱμείρων ἰδέειν· ἐπεὶ οὐ μάλα τηλίκα βόσκει, ἀλλ' ἄρκτους τε σύας τε λύκων τ' ὀλοφώϊον ἔρνος.* Peloponnesum leones non alere monet Aelianus H. A. 3, 27. Hinc fabula orta de leone Nemeaeo ex luna decidente, auctore Epimenide Aeliani H. A. 12, 7. cuius meminit etiam Plutarchus 7. p. 75. ed. Hutten. Cf. Heyne ad Apollodorum p. 142. ed. secundae.

Τίκτει δὲ [*καὶ*] *ὁ λέων*] Inutilem copulam, a Gaza tamen expressam, omisit Gellius Noctium 13, 7. vnde seclusi.

διμηνα] Plinius l. c. *Informes minimasque carnes magnitudine mustelarum esse initio, semestres vix ingredi posse, nec nisi bimestres moueri.* Noster de Generatione 4, 6. haec tantum habet: *ἀδιάρθρωτα σχεδὸν γεννᾷ, καθάπερ ἀλώπηξ, ἄρκτος, λέων.* Paulo antea idem Plinius: *ergo tradit* (Aristoteles), *leaenam primo fetu parere quinque catulos, ac per annos singulos vno minus, ab vno sterilescere.* Noster de Generat. 3, 1. de leone in vniuersum, nulla Syriorum mentione facta: *τὸ μὲν γὰρ πρότερον τίκτει πέντε ἢ ἕξ, εἶτα τῷ ὑστέρῳ τέτταρα, πάλιν δὲ τρεῖς*

σκύμνους· εἶτα τὸν ἐχόμενον ἀριθμὸν ἕως ἑνὸς, εἶτ' οὐδὲν, ὡς ἐξαναλισκομένου τοῦ περιττώματος, καὶ ἅμα τῆς ἡλικίας ληγούσης φθίνοντος τοῦ σπέρματος. Narrationis fidem plures pluribus argumentis impugnarunt. Securus narrationem transtulit Oppianus seu quisquis auctor Cynegeticorum 3, 56. seqq. Ceterum pro *μετὰ δὲ ταῦτα* Med. habet *μετὰ δὲ χρόνον τινά.* — Aelianus 4, 34. H. A. *μίξεως δὲ αὐτὸν οὐδεμία ἔτους ἀναστέλλει ὥρα· κύει δὲ ἀνὰ μηνῶν δύο· τίκτει δὲ καὶ πεντάκις —καὶ ἓν ἐπὶ πάσαις. Οἱ δὲ σκύμνοι ἀρτιγενεῖς μικροί τε εἰσὶ καὶ τυφλοὶ κατὰ τὰ σκυλάκια, βαδίζουσι δὲ ὑπάρχονται, ὅταν δύο μῆνας ἀπὸ γενεᾶς διαβιώσῃ τὰ τοῦ λέοντος βρέφη.* Sed idem 5, 39. Democritum antestatus tradit, *τῶν ζώων μόνον τὸν λέοντα ἐκπεπταμένοις τίκτεσθαι τοῖς ὀφθαλμοῖς.* quod ex isto loco repetiit Eustathius ad Il. p. 806. ed. Basil.

τῶν ὀδόντων] Ex Med. Canis. et versione Thomae haec verba adiecit Camus, quae Gellius etiam non habet. Deinceps *μόνον* scriptum vertit Thomas. Postea *δεκάμηνος* V. R. A. habent. Plinius 11. s. 63. *mutantur dentes homini, leoni, iumento, cani et ruminantibus, sed leoni et cani non nisi canini appellati.*

2. *λυκώδης*] Versio Thomae *λευκώδης* scriptum reddidit *quasi alba.* Deinceps *ἔχει τὸ μὲν τὸ τοῦ ἄρρενος* scribi voluit Pauw ad Horapollinem p. 386.

τὸ δὲ δοκοῦν] In eodem scilicet animali, quod sexum vtrumque habere fabula narrabat. Deinceps *ὑποκάτω μὲν ἔχει τῆς κέρκου* scriptum vertit Thomas. Postea *τῷ* ante *τοῦ θήλεος* ex Med. et versione Thomae inseruit Camus. Sequens *πόρον meatum* vertit Gaza.

ἔχει μὲν καὶ τὸ ὅμοιον] Vulgatum *ἔχει μέν τι ὅμοιον* ex Med. versione Thomae et Gazae correxit Camus. Edd. antiquiores Sylburgiana *μέντοι* habent, quod ex emendatione Sylburgii in *μέν τι* mutarunt recentiores. Sequens *τῆς θηλείας* Pauw l. c. mutari voluit in *τοῦ ἄρρενος*, male probante Wesselingio ad Diodori II. p. 522.

αὐτὸ ὑποκάτω] Med. *οὗ τὸ ὑποκάτω*. Versio Thomae scripturam *οὗ μὲν ὑποκάτω* reddidit: *vbi quidem sub cauda.* Deinde pro *ἔχει* reddidit scripturam *ἔχοι*, quod pot; est probari. Post *ἕνδεκα γοῦν* versio Thomae additum *ἔτεσι* vertit, cum vulgo *numero* intelligatur. Plinius 8. s. 44. *Hyaenis vtramque esse naturam et alternis annis mares, alternis feminas fieri, parere sine mare vulgus credit, Aristoteles negat. Collum et iuba continuitate spinae porrigitur, flectique nisi circumactu totius corporis nequit. — Feminam raro capi.* Auctorem fabulae nominat noster de Generat. 3, 6. *εὐηθικοὶ δὲ καὶ λίαν διεψευσμένοι καὶ οἱ περὶ τρόχου καὶ ὑαίνης λέγοντες· φασὶ γὰρ τὴν μὲν ὕαιναν πολλοὶ, τὸν δὲ τρόχον Ἡρόδωρος ὁ Ἡρακλεώτης δύο αἰδοῖα ἔχειν ἄῤῥενος καὶ θήλεος, καὶ τὸν μὲν τρόχον αὐτὸν αὐτὸν ὀχεύειν, τὴν δ' ὕαιναν ὀχεύειν καὶ ὀχευεσθαι παρ' ἔτος. Ὦπται γὰρ ἡ ὕαινα ἔχουσα αἰδοῖον· ἐν ἐνίοις γὰρ τόποις οὐ σπάνις τῆς θεωρίας. Ἀλλ' ἔχουσιν αἱ ὕαιναι ὑπὸ τὴν κέρκον ὁμοίαν γραμμὴν τῷ τοῦ θήλεος αἰδοίῳ. Ἔχουσι μὲν οὖν καὶ ἄῤῥενες καὶ αἱ θήλειαι τὸ τοιοῦτο σημεῖον, ἀλλὰ ἁλίσκονται οἱ ἄῤῥενες μᾶλλον· διὸ τοῖς ἐκ παρόδου θεωροῦσι ταύτην ἐποίησε τὴν δόξαν.* Ex quo loco haec Plinius retulit inter medios pisces 9. s. 77. *Erythini et chanae vuluas habere traduntur: qui trochos appellatur a Graecis, ipse se inire.* Denique Diodorus libro 32. excerptus a Photio (Tom. II. p. 522.) *τῇ μὲν θηλείᾳ πρόσκειταί τι κατὰ τὴν φύσιν παρεμφερὲς ἄῤῥενι μορίῳ, τῷ δ' ἄῤῥενι κατὰ τὸ ἐναντίον ἐμφάσεις θηλείας φύσεως.* De moribus et nominibus variis hyaenae dicetur infra ad 8, 5.

3. *ὅταν κύωσι*] Vulgatum *τίκωσι* ex Med. V. A. versione Thomae et Gazae correxit Camus. Deinceps *κατὰ μῆνα* *secundum mensem* vertit Thomas. Postea *ὁπόσαις ἂν τέκωσιν* inepta coniectura est Maussaci in annotatione ad Scaligeri Commentarios. Noster de Gener. 4, 5. de lepore (*δασύποδι*): *τοῦτο γὰρ ἐπικυΐσκεται τὸ ζῶον· οὔτε γὰρ τῶν μεγάλων ἐστὶ, πολυτόκον δέ· πολυσχιδὲς γάρ· τὰ δὲ πολυ-*

σχιδῆ πολυτόκα καὶ σπερματικά· δηλοῖ δ' ἡ δασύτης· ὑπερβάλλει γὰρ τοῦ τριχώματος τὸ πλῆθος· καὶ γὰρ ὑπὸ τοὺς πόδας καὶ ἐντὸς τῶν γνάθων τοῦτ' ἔχει τρίχας μόνον τῶν ζώων. Ἡ δὲ δασύτης σημεῖον πλήθους περιττώματός ἐστι. Ὁ μὲν οὖν δασύπους τὰ μὲν τῶν κυημάτων ἀτελῆ πολλάκις ἔχει, τὰ δὲ προΐεται τετελειωμένα τῶν τέκνων. Herodoti aliorumque scriptorum loca addere nolo de re satis nota. Sed addo, quod ibidem habet Philosophus, τὰ μώνυχα et τὰ μονοτόκα nunquam ἐπικυΐσκεσθαι aut raro foetum alterum perferre. Extat tamen exemplum equae, quae primo partu pullum, altero mulum peperit, in Actis Academiae Parisinae 1768. p. 50. et 1753. p. 131.

τίκτει δὲ τυφλά] Contra Med. Canis. versio Thomae et Gazae habent οὐ τυφλά. Deinceps τὰ πολλὰ τῶν κ. Thomas vertit *multa quae multae scissionis*. In libro de Generat. 4, 6 τυφλὰ δὲ πάντα σχεδὸν (τὰ πολυσχιδῆ καὶ πολυτόκα), οἷον ταῦτά τε (ἀλώπηξ, ἄρκτος, λέων) καὶ ἔτι κύων, λύκος, θώς· μόνον δὲ πολυτόκων ὂν ὁ ὗς τελειοτοκεῖ.

CAPVT XXIX. (vulgo XXXIV.)

ἀναβαινομένη] Vulgatum ἀναβαίνουσα ita corrigi voluit Sylburg. *superueniens coit* vertit Gaza. Etiam versio Thomae *coit* habet; igitur vterque ὀχεύει scriptum legit. Contra Plinius 10. s. 83. *vulpes in latera procubitae maremque femina amplexa.* cum quo facit Albertus. Sed error ex male intellecto vel corrupto loco nostri 5, 2. ortus esse videtur, vbi simile quid de vrsis narratur.

δὲ τυφλά] Ex Camotiana Sylburgius τυφλὰ inseruit, quod vertit Gaza, sed reliquae Edd. cum Codicibus scriptis Cami et versione omittunt. Igitur deleuit Camus. Equidem seclusi vel propterea, quod non bene coit cum sequente ἀδιάρθρωτον.

ληφθῆναι] Thomas *capere* vertens λαβεῖν scriptum legit. De vrsa latitante et grauida idem narratur 8, 17. Sequens λείχουσα vulgato ἐκλείχουσα substitui monente Sylburgio; *lambendo* Gaza, *lambens* Thomas vertit. Contra

sequens *ἐκθερμαίνει*, quod est etiam in Med. ex V. R. A. in *θερμαίνει* mutauit Camus. Plinius 10. s. 83. *Sed superiora omnia perfectos edunt partus, haec inchoatos: in quo genere sunt leaenae, vrsae, et vulpes, informia etiam magis quam supra dicta parit: rarumque est videre parientem. Postea lambendo calefaciunt foetus omnia ea et figurant. Pariunt plurimum quaternos.*

2. *κυεῖ μὲν*] Ita pro *ὀχεύει* Med. *gestat* versio Thomae, *fert* Gazae. Sequens *πρὸς μῦθον συνάπτων* Thomas ita vere scriptum *πρὸς θυμὸν συνάπτων* vertit *ad iram prouocatus.*

ἐν μύθῳ] Sylburgius non satis attendens coniiciebat scribendum *εἶναι ἐν μύθῳ*. Recte Gaza *fabulose* vertit. Deinceps *ἀητῷ ἐκόμισαν* Med. *τῇ λητῷ* Vat. *Leto deam quandam* versio Thomae. Verba ipsa Philosophi transtulit Antigonus c. 61. Fabulam narrat Antoninus Liberalis c. 35. et Philostephanus in Scholiis ad Apollonium Rhodium 2, 123. vbi Codex Paris. bis habet numerum *ιθ* pro vulgato *δώδεκα ἡμερῶν*. Codex Regius in nostro loco *Ὑπερβορέων* habet et verba *εἰς Δῆλον* omittit.

ἢ μὴ ἐστιν] Med. *ἢ αἰεὶ ἐστιν*. Versio Thomae: *si semper est.* Sequens *ἀλλ' ἢ ὅτι λ.* vertit Thomas *nisi quod dicitur.* Deinceps *φαίνεται οἷον* vulgatum ex Med. et versione Thomae correxi. Postea *ἐν τῷ βίῳ* ex Camotiana recepit Sylburgiana, omittunt V. R. A.

3. *αἴλουροι*] Thomae *marturiones*, Gazae *feles.* Deinceps *ὅσαπερ οἱ κύνες* scriptum vertit Thomas. Pro *τυφλὰ* V. R. A. *ταῦτα* habent. *τὸν ἀριθμὸν* omittunt Med. et Vatic. cum versione Thomae, quae *πάνθηρα* reddidit *panteram*, *θῶας* vero *lupocervos*, Gaza *lupos canarios.*

ἐπ' οὐρὰν μὲν μακρὸς] Gaza: *corpore longior et cauda potrectior est, sed proceritate breuior.* Deinceps sola Camotiana Editio verum habet, ceterae *μακρότερος* dederunt. Camus vertit: *Le thos a le corps allongé du coté de la queue, plus ramassé dans la partie d'en haut.* Plinius 8. s. 52. *Thoes luporum genus est procerius longitudine, bre-*

vltate crurum dissimile, velox saltu, venatu viuens, innocuum homini, habitum, non colorem mutant, per hiemem hirti, aestate nudi. Postrema ducta sunt ex nostri libro 9. c. 44. Eustathius ad Homeri Iliad. 13. v. 103. p. 889. περὶ θώων ἱστοροῦντες οἱ παλαιοί φασι καὶ ὅτι ζῶον ὁ θὼς ὑαίνῃ παραπλήσιον, οὗ ἡ βάδισις μετὰ ἅλματος, ὃ τεχθὲν ἅμα βαδίζει. πλανώμεθα οὖν οἱ τοὺς ἀγεννεῖς καὶ καρποφάγους λυκοπάνθηρας εἰς τοιούτους θῶας νοοῦντες, οἳ καὶ πρὸς λέοντας θαρσύνονται. ex quo loco miror Bochartum Hieroz. I. p. 846. verba tantum ζῶον ὑαίνῃ παραπλήσιον laudasse. Prior pars scholii legitur etiam in Scholiis Venetis p. 310. ita scripta: ζῶον ὅμοιον ὑαίνῃ· φασὶ δ' αὐτὸ ἅμα τῷ τίκτεσθαι βαδίζειν· ἡ δὲ βάδισις αὐτοῦ ἁλματώδης. Deinde multa disputantur de accentu vocabuli, quod in genitiuo alii θωῶν scribendum censuerunt, Aristarchi vero auctoritas vulgarem nunc scripturam θώων introduxit. — Denique καὶ περὶ τῶν σκελῶν Med.

4. πρὸς τοὺς ἡμέρους — εἰσὶν] Haec omnia omisit versio Thomae. Scilicet vulgabatur πρ. τ. ἡμέρους ἀπό τινος ὁμοιότητος λεχθέντες εἰσὶν, ὥσπερ οἱ ὄνοι ἄγριοι. Ex Med. Camus edidit πρὸς τ. ἡμέρους, ἀπό τινος ὁμοιότητος λεχθέντες. Εἰσὶ δ' ὥσπερ οἱ ἄγριοι ὄνοι, καὶ ἡμίονοι τὴν τ. δ. Sylburgius contra emendabat ὥσπερ καὶ οἱ ἄγριοί ὄνοι πρὸς τ. ἡ. ἀπό τ. ὁμ. λεχθέντες, ὥσπερ καὶ ἡμίονοι εἰσὶ τὴν τ. δ. ceteris omissis. Mediceі scripturam sequitur versio Thomae et Gazae. Pro εἰσὶν Ambr. εἰ δὲ habet. Casaubonus malebat verba ὥσπερ οἱ ὄνοι ἄγριοι καὶ resecare. Equidem non dubitaui verba a librariis transposita πρὸς τοὺς ἡμέρους in sede sua reponere. Superest dubitatio in repetito nomine ἡμίονοι post οἱ ὄνοι ἄγριοι, num vulgaribus mulis celeritatem similem agrestibus asinis tribui velit Philosophus, an hemionos Syriacos praecipue spectauerit. Dubitationem facit sequens αὗται αἱ ἡμίονοι, sexu subito mutato. Licebat enim masculino seruato dicere οὗτοι οἱ ἡμίονοι γεννῶσιν. Hoc autem manifestum

est, Aristotelem onagrum genere diuersum facere ab asino domestico.

Φαρνάκου] Versio Thomae *Pharnago*. Deinceps *νῦν μὲν τρεῖς* dedi ex versione Thomae: *sunt autem nunc quidem tres*. Vulgo *νῦν* deerat.

De eodem genere supra c. 24. *αἱ δ' ἐν τῇ Συρίᾳ τῇ ὑπὲρ Φοινίκης ἡμίονοι καὶ ὀχεύονται καὶ τίκτουσιν· ἀλλ' ἔστι τὸ γένος ὅμοιον μὲν, ἕτερον δέ.* Item 1, 6. *καὶ ταῖς ἐν Συρίᾳ καλουμέναις ἡμιόνοις, αἳ καλοῦνται ἡμίονοι διὰ ὁμοιότητα, οὐκ οὖσαι ἁπλῶς τὸ αὐτὸ εἶδος· καὶ γὰρ ὀχεύονται καὶ γεννῶνται ἐξ ἀλλήλων.* Plinius eadem ex Theophrasto 8. s. 69. *Theophrastus vulgo parere in Cappadocia tradit, sed esse id animal ibi sui generis.* De iisdem auctor *θαυμασίων ἀκουσμάτων* c. 70. *ἐν Καππαδοκίᾳ φασὶν ἡμιόνους εἶναι γονίμους.* Putaueram olim eorundem animalium mentionem factam esse in versu Homerico Il. 2, 852. vbi de Paphlagonibus: *ἐξ Ἐνετῶν, ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων.* Quanquam enim ipsam Homeri aetatem notitiam horum animalium attigisse non sit verisimile, potest tamen fieri, vt versus iste, vt multi alii, libro secundo ab aliena manu fuerit insertus. Sed retinet me aliquantum locus Iliadis 24, 278. vbi *ἡμιόνους* memorans Priami addidit: *τούς ῥά ποτε Πριάμῳ Μυσοὶ δόσαν.* ad quem locum Scholion Victorianum annotauit locum Anacreontis: *ἱπποθόρων Μυσοὶ εὑρεῖν μίξιν ὄνων πρὸς ἵππους.* Itaque Mysi primum adulterinum equarum cum asinis coitum instituisse in Asia videantur, vnde mularum educatio et vsus in Graeciam transiisse videtur. Quod si de veris mulis priorem locum Homeri interpreteris, manet tamen dubitatio de addito vocabulo *ἀγροτεράων*, cum muli domestica tantum disciplina educari posse videantur. Aristotelicos vero seu Syriacos hemionos primus egregius Pallas equos hemionos a se vocatos esse docuit, simulque id genus accuratissime descripsit et pinxit in Comment. Nouis Petropol. Tom. XIX. p. 394.

CAPVT XXX. (vulgo XXXVII.)

παρὰ τὰ ἄλλα] Thomas vertens *ad alia animalia* πρὸς scriptum legisse videtur. Sequens ἐναποληφθείσης Thomas vertit *inclusa femella*. Id ex Med. vulgato ἐναπολειφθείσης substituit Camus. *occupata* vertit Gaza. κυουσης omisit Ambr. τῆς θηλείας κυουσης καὶ ἀποληφθείσης ex h. l. retulit Antigonus c. 113.

καὶ ἡ φθορὰ] Vulgato φορὰ ex Med. et versione Thomae substitui. Altero loco postea sola versio Thomae φθορὰ dedit pro φορά. Eadem ἐπιπολαζόντων reddidit *ebullientium*. Deinceps λείπεσθαι in ἕπεσθαι mutat Med. καταβεβρωμένον ex Leon. Camot. et versione Thomae recte restituit Camus, cum reliquae Edd. καταβεβρωμένα dedissent.

2. *οὐ κατὰ λόγον*] Versio Thomae *non paulatim* scripturam diuersam οὐ κατ' ὀλίγον expressit. Deinceps ἀποθυμιῶντες Camot. ἀποθυμῶντες Med. Canis. omisso ἄνθρωποι. Vulgatum ἀναθυμιῶντες nullo modo ferri potest. Potius ὑποθυμιῶντες scribendum censeo. Fumus enim in cavernas adigebatur. Palladius 1, 35, 10. talpas fugat *impletis fumo nucis incensae cuniculis*. Idem remedium habent Geoponica 13, 7. Praeterea Med. verba ἀνορύττοντες, ἔτι δὲ θηρεύοντες καὶ omisit cum versione Thomae, vbi est: *fumigantes et sues immittentes; hae enim effodiunt* etc.

αἱ γαλαῖ αἱ ἄγριαι] Gazae *catti siluestres*. Easdem nominat Theophrastus in Fragmento de animalibus subito apparentibus p. 327. Edit. Sylburgianae. Nihil plane de iis dignum annotatione protulit Cami Commentarius p. 119. Mustelas siluestres h. l. interpretatur Perizonius ad Aeliani H. A. 14, 4. sed male comparat Plinii locum 29. s. 16. *Mustelarum duo genera, alterum siluestre, distans magnitudine. Graeci vocant ictidas.* Contra bene contulit locum Strabonis 3. p. 386. Siebenk. vbi cuniculos Hispaniarum frequentes narrat capi ab his animalibus immissis in cauernas: καὶ δὴ καὶ γαλᾶς ἀγρίας, ἃς ἡ Λιβύη τρέφει, φέρουσιν ἐπίτηδες, ἃς φιμώσαντες παριᾶσιν εἰς τὰς ὀπάς· αἱ δ' ἐξέλ-

κνοῦσιν ἔξω τοῖς ὄνυξιν. vbi pessime *feles Africanas* nominat versio latina. Has esse vel ipsas Tartessias *γαλᾶς* vel iis simillimas recte monuit Perizonius, comparans locum Herodoti 4, 192. vbi in Libya ait esse *γαλᾶς τῇσι Ταρτησσίῃσι ὁμοιοτάτας.* Ab eiusmodi mustelae morsu mortuum narrat Aristidem Locrum Aelianus v. h. l. c. Viuerras vocat Plinius 8. s. 81. de cuniculis Hispanicis: *Magna propter venatum eum viuerris gratia est. Iniiciunt eas in specus — atque ita eiectos superne capiunt.* Palladius 4, 9, 4. *Contra talpas prodest catos frequenter habere in mediis carduetis. mustelas habent plerique mansuetas.* Vbi easdem *γαλᾶς ἀγρίας*, Linnaei mustelas furones, Gallis *furets* vocatas, intelligi manifestum est. Vides igitur, romanos scriptores graecum nomen *viuerram*, alios *mustelam* interpretatos esse.

ὅταν ἐπιγένωνται] Vulgatum *ἔτι γεννῶνται* ex Camot. Med. Reg. et versione Thomae, vbi est *cum superuenerint*, mutaui, quo clarius appareret, membrum ex inferiore scriptura huc male tractum esse a librario, quod iam olim recte annotauit Scaliger. Ideo vncis adhibitis seclusi, Camus omisit cum Gaza.

ταχυγονίας] Vulgato *ταχυτῆτος* ex Camotiana, Med. versione Thomae et Gazae substituit Camus. Deinceps *τότε ἀφανίζονται* omisso *δὲ* dedit Camus. Totum membrum *τότε — ταχέως* omisit A. *ταχέως* tantum V. R.

3. *τῆς θηλείας*] Vulgatum *ἀνασχιζομένων τῶν ἐμβρύων τὰ θήλεα οἷον κύοντα φαίνεται* correxi. Camot. Med. Canis. *ἀνασχιζομένης τῆς θηλείας τῶν ἐμβρύων τὰ θήλεα.* Deinde *οἷον* ante *κύοντα* omittunt Med. V. R. Versio Thomae: *scissa femella embrionum feminina gestantia videntur.* Gazae: *mure femina rescissa, foetus feminei praegnantes comperiuntur.* Antigonus ex h. l. habet: *τῆς δὲ Περσικῆς ἔν τισιν ἀνασχιζομένων τῶν θηλειῶν τῶν μυῶν τὰ ἔμβρυα ἤδη κύοντα εὑρίσκεσθαι.* Aelianus H. A. 17. c. 17. de Caspiis muribus: *ἐὰν ἁλῷ μῦς κύουσα, κᾆτα ἐξαιρεθῇ τὸ ἔμβρυον,*

αὐτῆς δὲ διατμηθείσης ἐκείνης εἶτα μέντοι καὶ αὐτὸ διαχνοιχθῇ, καὶ ἐκεῖνο ἔχει βρέφος. ad quem locum adscripsi plura huc pertinentia.

καὶ διϊσχυρίζονται] Camus ex Codice forte Med. lectionem hanc affert *καὶ ἰσχυρίζονται καὶ ἐὰν ἄλλας λείχωσιν, ἄνευ.* Versio Thomae: *affirmant, si lambant alias, sine coitu fieri praegnantes.* Plinius 10. s. 85. *Super cuncta est murium fetus, haud sine cunctatione dicendus, quanquam sub auctore Aristotele et Alexandri magni militibus. Generatio eorum lambendo constare, non coitu, dicitur: ex vna genitos CXX tradiderunt: apud Persas vero praegnantes et in ventre parentis repertas. Et salis gustatu fieri praegnantes opinantur. Itaque desinit mirum esse, vnde vis tanta messes populetur murium agrestium: in quibus illud quoque adhuc latet, quonam modo illa multitudo repente occidat.* Miraculum ineptia sua Plinius geminauit, nisi librarii error intercessit. Salis linctu murium fecunditatem augeri, retulit etiam Aelianus H. A. 9, 3. Ceterum *ὅτι,* quoniam infinitum tempus *γίγνεσθαι* sequitur, delendum censuit Sylburg; quod non necesse. Saepe enim hoc more simili *ἀνακολουθίᾳ* vtuntur scriptores attici.

σχεδὸν ὥσπερ] Med. cum versione Thomae *σχεδὸν* omisit. De his Herodotus 4, 192. de Libya narrans: *μυῶν δὲ γένεα τριξὰ αὐτόθι ἐστί· οἱ μὲν δίποδες καλέονται· οἱ δὲ ζεγέριες· — οἱ δὲ ἐχινέες.* vbi ante Reizianam edebatur *ἐχῖνες.* Nondum reperi, qui genus hoc animalis sit interpretatus. Plinius 10. s. 85. *Aegyptiis muribus durus pilus, sicvt herinaceis: iidem bipedes ambulant, ceu alpini quoque.* Errorem geminum Plinii iam alii viri docti notarunt.

εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι, οἳ] Haec verba desunt in Mediceo et versione Thomae, vbi est: *vadunt autem et super duos pedes.* Praeterea Thomas scriptum legit *βαδίζουσι δὲ καὶ ἐπί.* Statim etiam verba *γίγνονται δὲ πλήθει πολλοὶ* desunt in V. R. A. Noster infra 8, 28. hos eosdem, vt puto, mures bipedes Arabiae tribuens ita describit: *γίγνονται*

δὲ καὶ μῦες πολὺ μείζους τῶν ἀρουραίων, τὰ μὲν ἔμπροσθεν σκέλη ἔχοντες σπιθαμῆς, τὰ δ' ὀπίσθια ὅσον ἄχρι τῆς πρώτης καμπῆς τῶν δακτύλων. vbi Codex Med. *πολλοὶ μείζους* habet, *ὅσον* vero omittunt V. R. A. Gaza vertit: *posteriora ad primum digiti nodum habentur.* nullo plane sensu. Camus: *celles de derriere n'excédent pas la longueur de la première phalange du doigt.* Immani discrimine, de quo lectorem in annotatione non admonuit. Nec in Commentario p. 723. errorem interpretationis suae animaduertit, sed mensuram pedum commutari voluit, et pedibus anterioribus assignari, quae de posterioribus versio praedicat. Videamus ante omnia versionem Thomae. Ibi est: *quantum vsque ad primam iuncturam cubitorum.* Is igitur non *δακτύλων*, sed *πήχεων* scriptum legit. Primum hoc est mendi indicium. Theophrastus apud Aelianum H. A. 15, 26. *Φασὶ δὲ καὶ ἐν Κυρήνῃ μυῶν διάφορα γίνεσθαι γένη οὐ μόνον ταῖς χρόαις, ἀλλα καὶ ταῖς μορφαῖς· ἐνίους γὰρ αὐτῶν πλατυπροσώπους εἶναι καθάπερ τὰς γαλᾶς, καὶ αὖ πάλιν ἄλλους ἐχεώδεις, ὀξείας ἀκάνθας ἔχοντας, οὕσπερ οὖν καὶ οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσιν ἐχενατας. Ἐν Αἰγύπτῳ δὲ ἀκούω δίποδας εἶναι μῦς καὶ μεγίστους μεγέθει φύεσθαι, τοῖς γε μὴν ἐμπροσθίοις ποσὶν ὡς χερσὶ χρῆσθαι, εἶναι γὰρ αὐτοὺς τῶν ὄπισθε βραχυτέρους. Εἶδον τούτους· Λιβυκοί εἰσι· βαδίζουσι δ' ὀρθοὶ ἐπὶ τοῖν δυοῖν ποδοῖν· ὅταν δὲ διώκωνται, πηδῶσι. Θεόφραστος λέγει ταῦτα.* Ad quem locum coniecturas Pallasii excerptas posui, qui de loco Aristotelis vitioso etiam admonuit. Eundem Theophrasti locum excerpsit auctor *θαυμασίων ἀκουσμάτων* cap. 27. sed bipedes Aegypti mures omisit. De altero vero genere haec habet: *τινὰς δὲ ἐχινώδεις, οὓς καλοῦσιν ἐχίδνας.* De nominum scriptura nunc non quaero, quoniam ad genus animalis indagandum minime pertinet. Cum Pallasio hystricum genus intelligi censebat Jo. Beckmann in annotatione ad postremum locum. Ego vero potius cum Jo. Hermanno in Commentario ad Tabulam Affinit. p. 89.

in eam sententiam inclino, vt putem Cauiae genus aliquod intelligi. Talis fere est species a Brucio nomine vernaculo *Ashkoko* vocata, quae pilos duriores et longiores veluti spinosos sparsos per corpus et immixtos reliquis gerit. Murem Aegyptium bipedem ab Aristotele descriptum eodem quidem genere contineri cum Arabico nunc censeo, sed specie diuersum esse et magnitudine ab Arabico, non solum diuersitas descriptionis suadet, sed etiam notitia a Gallo *Olivier* in Itinerario Tom. II. p. 150. versionis vernaculae posita, vnde apparet, murem Aegypti bipedem magnitudine vulgarem non superare. *Dipodem Gerbillum* vocauit Gallus. Maiorem Arabiae murem dipodem Philosophus priores pedes longitudine spithamae gerere ait; posteriorum mensura latet obscurata librarii errore, quem versio Thomae indicauit. Alterum indicium praebet vocabulum ὅσον ante ἄχρι positum, quod cum ἄχρι coniungi nec potest nec debet, sed id superest ex mensura a philosopho data. δακτύλων vitiosum conuincit versio Thomae et in πήχεων mutat. Quo vestigio insistens, et ὅσον mensurae indicem cum eo copulans, pluralem in singularem muto et scribo: τὰ δ᾽ ὀπίσθια ἄχρι τῆς πρώτης καμπῆς ὅσον πήχεως. id est, posteriores vero pedes vsque ad primam flexuram vel ad gambam fere cubiti longitudine habent.

ADNOTATIONES

AD LIBRI VII. CAPVT I.

Καὶ τῆς ὕστερον] Igitur extra vterum. Scaliger vt mitigaret aequiuocationem, interpretatus est: *Quibus principiis quoque modo et generetur homo in vtero feminae, ac deinde quibus euentis propriae naturae ratione agitet vsque ad senectutem, sic instituamus.* Hinc etiam Camus: *de la conception de l'homme dans le sein de sa mere, et de nous occuper des révolutions que la nature lui fait éprouver depuis la naissance jusqu' à la vieillesse.* Scilicet γένεσις ortum et incrementum hic significat, cum alibi etiam generationem indicet, quae proprie est γέννησις.

τὴν φύσιν] Haec omisit Ald. Junt. Basil. Deinceps pro φέρειν, quod a plantis translatum esse monuit Scaliger, quae σπερμοφόροι dicuntur, Vatic. habet φανερὸν δέ. Sequens πρῶτον ex Codd. suis vulgato πρότερον substituit Camus, consentiente versione Thomae. Postea ἡ τρίχωσις malim scriptum. Denique vulgatum ἀνθεῖν φησὶ πρῶτον Ἀλκ. ex Med. Ambr. mutauit Camus. ἀνθεῖ Junt. Camot. Ἀλκαίμων Med.

χρόνον τοῦτον] Med. τούτων. Deinceps βαρύτερον scriptum versio Thomae *grauius* reddidit. Postea vulgatum οὔτέ τι ὀξεῖα ex Vatic. versione Thomae et Gazae correxit Camus. ὁμαλής V. R. A. Denique vulgatum ταχείαις monente Sylburgio ex Med. R. A. versione Thomae et Gazae correxit Camus. Ita etiam Codex Accoramboni. Versio

Thomae: *similis resultanti ex male tensis et asperis chordis.* Noster de ἀκουστοῖς ita: ὁμοίως δὲ τοῦτο συμβαίνει καὶ ἐπὶ τῶν ἐῤῥωγότων κεράτων καὶ ἐπὶ τῶν χορδῶν τῶν παρανενευρισμένων· ἐπὶ πάντων γὰρ τῶν τοιούτων μέχρι μέν τινος ὁ ἦχος φέρεται συνεχής, ἔπειτα διασπᾶται, καθ' ὅ,τι ἂν ᾖ μὴ συνεχὲς τὸ ὑποκείμενον, ὥστε μὴ μίαν γίγνεσθαι πληγὴν, ἀλλὰ διεσπασμένην καὶ φαίνεσθαι τὸν ἦχον σαθρόν. His contrariae sunt chordae eae, quas ita ibidem, sed paulo antea, describit: τῶν χορδῶν αἱ λειόταται βέλτισται καὶ τοῖς πᾶσιν ὁμαλώταται, καὶ τὴν κατεργασίαν ἔχουσαι πάντοθεν ὁμοίαν καὶ τὰς συμβολὰς ἀδήλους τὰς τῶν νεύρων. Hinc apparet, quae sint chordae παρανενευρισμέναι, quas Gaza *incontentas* dicit, male etiam Scaliger *remissis*, et interpretatur separatim *enervatis, non intentis neruorum more.;* quorum exemplum secutus est Camus. Male etiam Scaliger negat, ἀνθεῖν tum Gaza ad plantas relatum fuisse, cum Alcmaeon pubem florere dixisset, vt Pacuuius: *primoque teneras flore vestibat genas.*

τραγίζειν] Eadem voce vtitur de Gener. 5, 7, *hirquitallire* interpretatur Scaliger cum Censorino. *Pueros hirquitallos* habet Festus grammaticus.

2. συναποβιάζωνται] Gazae *si curam adhibeant* recte vt supinum nimis taxauit Scaliger, ipse interpretatus *si cura adhibita ad arcendum hoc incommodum connituntur.* Deinde τοὺς περὶ τὰς χορείας σπουδάζοντας Gaza vertit *qui choreis indulgent*, Scaliger *qui musicae artis studio tenentur;* sed hic rectius addit, intelligi Musicos, qui in fabularum choris canerent.

ἔπαρσις γίγνεται] Gazae versio: *Mammae etiam extuberant, et genitale non solum magnitudine, sed etiam specie proficit.* Scaligeri: *Mammae quoque exturgescunt et genitalia, neque solum in magnitudinem, sed in aliam speciem.* Vterque necesse habuit addere aliquod verbum, ille *proficit*, hic *aliam*. Graeca enim dictio non recte procedit, vti vulgatur. Alia est ratio supra 5, 14, τοῖς ἀνθρώποις ἐπι-

σημαίνει — καὶ τῶν αἰδοίων οὐ μόνον μεγέθει ἀλλὰ καὶ εἴδει· καὶ ἐπὶ τῶν μαστῶν ὡσαύτως. Vnde suspicor, post αἰδοίων vocabulum aliquod excidisse, veluti μεταβολὴ vel ἐπίδοσις. Sequens τρίβεσθαι Gaza *fricari contrectarique per libidinem* vertit, Scaliger *libidinosa attrectatione solicitari ad emittendum semen.* Aristophanis Vespae versu 739. πόρνην, ἥτις τὸ πέος τρίψει καὶ τὴν ὀσφύν.

3. οἷον νεόσφακτον] Versio Thomae *qualiter nouiter iugulati.* Legit igitur scriptum νεοσφάκτου, quod ipsum coniecerat Scaliger. Deinceps πάνυ δ' ἂν ὑγρᾷ Med. *magis autem et si humido* versio Thomae. Postea αὔξησιν Med.

4. ὀργῶσι] Vulgatum ὁρμῶσι ex Canis. correxi. *incitantur* etiam versio Thomae. Deinceps πρὸς τὸν ἀφροδισιασμὸν Vatic. qui verba sequentia ἀρχομένων αὐτῶν omittit. *cum haec incipiunt* vertit Gaza. καταμηνίων intelligi monuit Scaliger.

ὥστε ἂν ἤδη εὐλαβηθῶσι] Vulgatum ὥστε ἂν μὴ ἤδη διευλ. ex Med. Canis. V. R. A. et versione Thomae correxit Camus. Edd. pr. ἂν μὴ διευλ. Ex Camot. ἤδη inseruit Sylburgiana. *Quare si iam venereantur, nihil plurimum motae, vbi ipsa corpora permutantur, nihil vtentium venereis consequi consueuit* versio Thomae Lipsiensis habet. Is igitur scriptum legit: ὥστε, ἐὰν ἤδη ἀφροδισιάζωνται, οὐδὲν ἐπὶ πλεῖον κινηθεῖσαι, ὅπου αὐτὰ τὰ σώματα μεταβάλλει μηδὲν χρωμένων ἀφροδισίοις ἀκολουθεῖν. In Med. est ἐπιπλεῖον κινῆσαι οὗ αὐτά. Canis. et Camotiana κινεῖσθαι ἕως οὗ αὐτά. Scotus vertit: *et in isto tempore indigent multa humiditate, et in isto tempore mouentur ad quaerendum coitum, et si vtantur ipso, erit motus corporum illarum incremento velocius.* Albertus: *In hoc enim tempore pubertatis multae in inguine distillant humiditates tam feminae quam viri, et mouentur multum ad quaerendum coitum, et vt in pluribus, si vtantur coitu moderato in illo tempore, velocius corpora eorum accipiunt incrementum quam prius.* Gaza: *Quod si iam inde nihil plus com-*

moueri temperent, quam corpora ipsa, nullo adhuc vsu venereo, sed sponte mutentur, sequi seruarique temperantia solet per aetates superiores. Is Sylburgio locum ita scriptum legisse videbatur: ὥστε ἂν μὴ ἤδη διευλαβηθῶσι μηθὲν ἐπιπλεῖον κινεῖν, ἢ αὐτὰ τὰ σώματα, μηθέν πω χρωμένων ἀφροδισίοις, ἀλλ' αὐτὰ καθ' αὐτὰ μεταβάλλει, ἀκολουθεῖν εἴωθεν ἡ σωφροσύνη εἰς τ. ὑ. ἡλ.

ἀκολαστότεραι] Sententiam eandem posuit in Politicorum 7. c. 16. ἔτι δὲ πρὸς σωφροσύνην συμφέρει τὰς ἐκδόσεις ποιεῖσθαι πρεσβυτέραις· ἀκολαστότεραι γὰρ εἶναι δοκοῦσι νέαι χρησάμεναι ταῖς συνουσίαις. In sequentibus tangit venerem masculam seu παιδεραστίαν et muliebrem, quae verba non vertit Scaliger. Pro εὔρουν τὸ σῶμα versio Thomae habet: *et faciunt amplum os sic.* Legit igitur στόμα scriptum.

5. περὶ τὸν τόπον] Ex Med. R. A. et versione Thomae περὶ addidit Camus; idem ante νοσερώτερα inseruit περὶ τὸ ex Codd. excepto Vaticano. Sequens περιττωματικὰ τὰ σώματα vulgato περιττώματα κατὰ τὰ σ. substitui ex versione Thomae, qui *excrementis plena* vertit hic et infra. Idem pro sequenti συναποκρινομένων reddit *congregatis talibus.*

6. ὅσοι δὲ — νοσερώτερα] Med. ὅσοις δὲ — νοσακερώτερα habet. Deinde ante παρθένοις vulgo intersertum γε cum Thomae versione omisi. μασθοὺς habet Isingr. Postea ἕτερα πρὸς ἑτέρας Vatic. Sequentia versio Thomae sic distincta reddidit: μικροὺς ὡς ἐπιτοπολύ· συμβαίνει δέ. *accidit autem* vertit.

γυναικείων] Male versio Thomae *mulieribus*, nec melius καταῤῥαγῇ reddidit *defluat*, nisi scriptum καταρυῇ legit. Denique in extrema sectione ταῖς μέλασι λευκοῖς Medic. habet.

7. τρὶς ἑπτὰ] Ex Med. V. R. A. Canis. versione Scoti et Gazae vulgatum δὶς ἑπτὰ mutauit Camus, etsi Scaligero affirmante, vulgatam esse seruandam. Noster supra 5, 15.

ἄρχεται δὲ φέρειν τὸ σπέρμα περὶ τὰ δὶς ἑπτὰ ἔτη, γεννητικὸς δὲ περὶ τὰ τρὶς ἑπτά. Ibidem est: τὸ τῶν νέων ἐν πᾶσι τοῖς ζώοις τὸ μὲν πρῶτον ἄγονον, γονίμων δ᾽ ὄντων ἀσθενέστερα καὶ ἐλάττω τὰ ἔκγονα. Deinceps V. R. A. habent: τὰ μὲν πρῶτα ἄγονα τὰ σπέρματά ἐστιν, ἔπειτα ἔγγονα μὲν etc. Quam scripturam si sequaris, tum antiqua δὶς ἑπτὰ seruanda erit. Sed sequentis sectionis verba μετὰ δὲ τὰ τρὶς ἑπτὰ Cami lectionem firmant. Extrema sectionis verba ὅταν τοῖς τόκοις — πολλοῖς Thomas vertit: *cum pepererint multotiens.*

8. τεκνοποιΐας] Ita vulgatum τεκνογονίας ex Med. correxi. Sequens χαλαζώδη oppositum vocabulo λεπτὰ consistentiam et densitatem veluti grandinis cum pluuia aqua comparatae significat. Ipse postea θρομβώδη interpretari videtur voluisse.

CAPVT II.

τῶν γυναικείων] Versio Thomae iterum male *mulierum* reddit, sed eadem cum Gaza ὀλίγαις vulgato ὀλιγάκις substituit, quod iam olim H. Mercurialis V. Lect. 5, 4. h. l. restitui voluit, comparans Plinium 7. c. 15. *et tale tantumque omnibus tricenis diebus malum in muliere existit, et in trimestri spatio largius.*

ὅσαις δὲ πολλὰς] Med. πολλαῖς. Deinceps ταῖς μὲν οὖν ἀθρόα ἡ κάθαρσις γίγνεται, ταῖς δὲ κατ᾽ ὀλίγον· τὸ δὲ σῶμα βαρύνεται scriptum vertit Thomas: *his quidem igitur simul tota purificatio fit, his autem paulatim, corpus autem.* Vulgatam ταῖς μὲν γὰρ κατ᾽ ὀλίγον, ταῖς δὲ ἀθρόα ἡ κ. γίνεται· καὶ τὸ σῶμα β. ex Codd. et versione Thomae, Scoti et Gazae correxit Camus. ἀθρόας habet Med. Pro ψόφοι in versione Thomae sunt *impulsus*, ῥαγῇ vero reddit *fluat.*

2. ὅση ταῖς γειναμέναις] Med. γιγνομέναις. Gazae versio: *quantum iis, quae purgantur, restare solet.* Pariter Camus omisit vertere γειναμέναις, Scaliger autem reddidit *matribus factis,* id est puerperis. Nam etiam post par-

tum sequitur paulum aliquid *καθάρσεως*, quibuscum comparatur natura earum, quibus menstrua nulla effluunt.

μέντοι ταυταις] Vulgato *αὐταῖς* ex Med. substituit Camus.

3. *πολλάκις τοῦ μηνὸς*] Vulgo interpositum *τρὶς* omisi cum versione Thomae. *accidit eis menstruum omni mense* versio Scoti. Deinceps *εἰς τὸ ἄνω* Junt. Camot. Postea Edd. pr. habent *κἂν μὴ συμβῇ ἔχουσα*. Recentiores cum Casaubono dederunt *κἂν εὖ συμβῇ ἔχουσα*. Gazae versio: *etsi caetera bene se habet vterus.* Med. V. A. *κἂν συμβῇ ἔχουσα*. Versio Thomae: *etsi aliquando accidat habens.* Legit igitur scriptum *κἂν ποτε συμβῇ ἔχουσα*. Scotus hoc membrum omisit. Scaliger vulgatam vertit: *licet non habeat intus foetum.* In Regio lacunam recentior manus interpolauit ita: *ἂν τἆλλα μὲν εὖ ἡ ὑστέρα τυγχάνῃ*. quam ipsam sententiam reddidit Gaza. Equidem facillimam scripturam Thomae recepi, addito *ποτέ*. Est autem *ἔχουσα*, quae semen recepit. Camus edidit: *κἂν τἆλλα μὲν εὖ ἡ ὑστέρα ἔχουσα, τύχῃ δ' ὑγρὰ οὖσα.*

ἀποφυσᾷ] Gazae versio *respuit semen genitale, si humidus sit.* Verba igitur diuerse scripta legit. Versio Thomae *ἀποφυσᾷ* reddit *effluat*, quasi *ἀπορρυῇ* scriptum legisset. Scaliger: *effluat semen genitale, quod humidum est.* Monet in annotatione, genus seminis humidum intelligi, non partem seminis humidam. Verbum *ἀποφυσᾷ* comparat cum loco ex fragmento libri decimi, vbi est: *σπῶσι τῷ πνεύματι οἷον αἱ ῥῖνες καὶ αἱ ὑστέραι τὸ σπέρμα* c. 2. atque iterum cap. 3. *πνεύματι γὰρ ἕλκει ἡ ὑστέρα τὸ προσελθὸν ἔξωθεν αὐτῇ*. Verum etiamsi vterus *ἕλκειν, σπᾶν τῷ πνεύματι* dici possit, cum incaluit, contraria tamen ratione *ἀποφυσᾶν* vel *πνεύματι ἐκβάλλειν* recte dici non potest, vt ipse monuit Scaliger. Quare vereor, vt locus sit sanus.

4. *γὰρ μὴ ζῳοτοκοῦσιν*] Med. *γὰρ μὴ* omisit. Ex Canis. Regio et versione Thomae deinceps vulgatum *ἐπισυμβαίνει* correxit Camus. *nihil tale insigne est* vertit Thomas, qui

pro παχεῖαν reddidit ταχεῖαν, vt supra φολίδας *operoula.* Postea τὴν ἔκρυσιν Junt. Camot. Denique ὅλον post τρέπεται ex versione Thomae inserui.

5. ἔχει τοῦτο] Versio Thomae. τούτοις reddidit. Post ἄνθρωπος vulgo addita verba διὸ καὶ λειότατον τῶν ζώων ἐστὶν ἄνθρωπος cum Reg. Ambr. et versionibus Thomae, Scoti et Gazae omisit Camus. Contra Med. Vat. διὸ καὶ τελειότατον τ. ζ. ἐ. ἄ. habent. Deinde τὸ πολὺ ex Med. Reg. dedit Camus. Vulgo τὸ aberat. Idem vulgatum ἐκρύσεως ex Codd. correxit. Sequens ἐξικμάζουσι Gaza *euaporant* vertit, Thomas *superexcedunt.* Camus: *la liqueur que les femmes repandent dans le moment de la copulation, est aussi plus abondante chez les blondes.* Scaliger *exigunt humoris* vel *exhalant.* Denique verba ποιεῖ τοιαύτην τὴν ὁμιλίαν Gaza vertit *praeparatur hoc amplius,* Scaliger *impensius faciunt ad coitum.*

CAPVT III.

λεῖα τὰ χείλη ᾖ τοῦ στόματος] Med. οὖν τὰ χείλη ᾖ τοῦ σώματος οὐ θέλει συλλαμβάνειν λεπτὰ οὐκ εὔχρηστα. Versio Thomae: *si quidem ergo lenia labra fuerint corporis quod debet concipere, non bene vtilia.* Sed in libro Lipsiensi scriptum legi *corporis quidem debet.* Legit igitur scriptum ὃ θέλει vel μέλλει συλλαμβάνειν, οὐκ εὔχρηστα. Hinc etiam explicanda et corrigenda videtur scriptura Medicei libri.

ἔνιαι, ἵνα τῆς μήτρας πρόσω πίπτῃ] Aldina διὸ ἔνιαι ἵνα τῆς μήτρας πρὸς ὃ πίπτει. Vulgata est in R. A. nisi quod habet vterque προσπίπτῃ. V. προσπίπτειν. Med. ἔνιοι διὰ τὸ τῆς μήτρας πρόσω προσπίπτειν τὸ σπέρμα. Canis. διὰ τὸ τ. μήτρας πρόσπιπτον τὸ σπέρμα. Versio Thomae: *quoniam ad anterius matris vadit.* Pro ψιμμυθίῳ versio Thomae *psimitino,* sed glossa apposita habet *absinthio.* Pro λιβανωτῷ Medic. λιβωτῷ. Aptissimus est locus Aetii Sermon. 13. capite περὶ ἀτοκίων καὶ φθορίων, quem ex Codice graeco olim meo ponam:

βοηθεῖ δὲ τῇ ἀσυλληψίᾳ καὶ τὸ προχρίειν τὸ στόμα τῆς μήτρης μέλιτι ἢ ὀποβαλσάμῳ ἢ κεδρίᾳ κατ᾽ ἰδίαν καὶ μετὰ ψιμμυθίου, ἢ κηρωτῇ μυρσίνῃ ὑγρᾷ ἐχούσῃ ψιμμύθιον ἢ στυπτηρίαν ὑγρὰν ἢ χαλβάνην μετ᾽ οἴνου.

2. *εἴληπται*] Versio Thomae *accipit*. Deinceps *ἐκκρίσεις* V. R. Sequens *τοῦτον* dedi pro vulgato *τούτων*, quod alio nisi ad *ἡμερῶν* referri non potest. Postea *πᾶσαι ὁμοίως* reddidit Thomae versio.

3. *οὐκέτι κατὰ φύσιν*] Intellige *φοιτῶσι*. Gaza vertit *non item secundum naturam inferius agitur, sed in vbera transitur.* vnde in Reg. Codice manus recentior *κάτω* adiunxit post *φύσιν*. Deinceps *μικρόν τι* Gazae versio cum Ambr. Postea *λαγόσιν* Thomas vertit *hanchis*. Est Gallicum *hanches*.

ἐν τοῖς βουβῶσιν] Vulgatum *ἐπὶ* ex Med. correxit Camus. Deinceps in verbis *καὶ ταῖς ἐν τῷ ἀριστερῷ ἄῤῥεν* vitium inest manifestum: deest enim verbum *φερούσαις*. Sylburg malebat *ἀῤῥενοτοκούσαις ἐν τῷ ἀριστερῷ*. In extremo vulgatum *κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον* ex Med. correxi. Ambr. Reg. *καὶ τὸ μ. καὶ τὸ ἧττον*.

4. *τὸν δ᾽ ἔμπροσθεν*] Ex Codd. excepto Vat. *τὸ δ᾽* edidit Camus. Sequens membrum cum doctrina eadem repetiit Censorinus c. 11. Cf. *Sprengels Beyträge zur Geschichte der Medizin. Vol. I. Pars III. p. 190.*

ἐὰν μὲν εἰς ἄλλο τι] Aldina, Junt. Camot. *ἐὰν δ᾽ εἰς ἄλλο τι*. Deinceps *διαχυηθέντος* Med. *διαχυσθέντος* R. A. sed in Reg. *διασχισθέντος* corrector fecit, quod ipsum ex Canis. recepit Camus. Gaza vertit: *qua rupta.* Versio Scoti: *et si scindatur illa tela.* Thomae: *in disgregato hymene apparet.* qui *διακριθέντος* videtur reddidisse. Postea *τὰ δὲ μέλη* reddidit Thomas; vulgatum *μέρη* ex R. A. et tribus versionibus, vbi est *membra*, correxit Camus.

ὅ,τι δ᾽ ἂν ἐπιλάβῃ] Versio Thomae scriptum *ὅταν δ᾽ ἐπιλάβῃ* reddidit, et *ἐσχισμένον distinctius*.

5. *Τέως μὲν οὖν πᾶσαν*] Ex Junt. Basil. Ambr. *πᾶσαν μὲν οὖν τὴν τ.* dedit Camus. *ἕως μὲν οὖν πᾶσαν* reliquae Edd. cum Med. V. R. *τέως* ex Camot. recepit Sylburg. Scotus nec *ἕως* nec *τέως* reddidit. *tandem igitur omnem* Thomae versio. Deinceps *ἀπολαμβάνῃ* Med. Denique verba *ὅταν δὲ γίνηται, θᾶττον τὰ θήλεα τῶν ἀῤῥένων* desunt in Mediceo et versione Thomae. Res eadem tractata fuit supra 6, 22, 3.

CAPVT IV.

ταῖς πολλαῖς] Ambr. *ταῖς πύλαις*. Versio Scoti *constringit orificium eius.* Sequens *ἂν* post *μέχρι* inserui. Cf. infra ad 9, 37. dicta. Deinceps vulgatum *ἀπεπνιγμένα* ex Codd. correxit Camus. Postea vulgabatur: *ὀκτάμηνα ἐν τοῖς τόκοις οὐκ ἐκφέρουσιν ὀκτάμηναι αἱ γυναῖκες.* vbi Sylburg *ὀκτάμηνοι* scribi maluit. Sed omnia ista omissa sunt in R. A. nec reddidit Gaza aut Scotus. Med. contra habet, sed *ὀκτάμηνα ἐν τοῖς τόκοις ἃ μὴ ἐκφέρουσιν ὀκτάμηνα αἱ γυναῖκες* scripta. Versio Thomae: *quae non prolificata sed suffocata octo mensium in partubus, quae non efferunt octo mensium mulieres, neque praedescendunt.* Sed hinc nullus sensus commodus existit, recte monente Scaligero. Quare totum membrum seclusi, quod Camus omisit.

ἐὰν γένηται — τῶν εἰρημένων] Haec verba omisit Gaza. Camus ita reddidit: *Lorsque ces événemens ne précèdent pas la naissance d'un enfant.* Recte Scaliger *cum et exit* (nascitur) *ipse et ea quae diximus, non contingunt.*

2. *ταῖς δὲ βραδύτερον*] Male Med. Ambr. *βαρύτερον*. Deinceps Aldina, Junt. Basil. Camot. *περιττώματι καὶ εἶναι.* quod vertit Thomas: *qualitercunque fuerint existentes ad superfluum et secundum esse magis et minus.* Ex hac vitiosa lectione vulgatae articulus *τῷ* adhaeserat ante *περιττωματικαὶ*, quem seclusi vna cum verbo *εἶναι*, quod nullo modo coit cum praecedente *οὔσαι*. Postea verba *τὰς τοιαύτας, ὅταν — ὦσιν* Gaza vertit: *et praecipue quibus purgationes constiterint.* Malim igitur cum eo scriptum

τοιαύτας, αἷς ἂν αἵ τε etc. Plinius 7. s. 5. *A conceptu decimo die dolores capitis, oculorum vertigines tenebraeque, fastidium in cibis, redundatio stomachi indices sunt hominis inchoati. Melior color marem ferenti et facilior partus: motus in vtero quadragesimo die. Contraria omnia in altero sexu: ingestabile onus, crurum et inguinis leuis tumor: primus autem nonagesimo die motus. Sed plurimum languoris in vtroque sexu capillum germinante partu.* Denique verba καὶ πολλάκις omisit Thomae versio.

3. ἀχροώστεραι γὰρ ὡς] Med. ἀκροούστεραι· τὸ γὰρ ὡς. Etiam R. A. habent τὸ γάρ. Deinceps ἀπολαύνειν dederunt Junt. Camot. Postea βέλτίω Med. Vatic. ἀσῶνται *male habent* vertit Thomas. Denique negationem ante εἰώθασι omittunt Med. versio Thomae et Scoti.

4. τοῖς ἀνδράσι] Med. τοῖς ἄῤῥεσι. Apollonius ἱστορίας κατεψευσμένης cap. 35. ex vndecimo Historiae laudauit: τὰς ἐγκύους τῶν γυναικῶν συνεχῶς πλησιαζούσας τοῖς ἀνδράσιν εὐκόπως καὶ ἀκακοπαθήτως τίκτειν.

δεκάμηνα τὸ πλεῖστον] V. R. A. τὸ πλεῖον. Versio Scoti: *quaedam pariunt septimo mense, quaedam autem in maiore parte mense nono, et quaedam .... in vndecimo.* Alberti: *quidam pariuntur mense septimo, in maiori autem parte pariuntur mense nono: et quidam intrant in XI, antequam nascantur: et dicitur de aliquo, qui natus fuit post mensem XIV.* Videtur igitur additum legisse membrum aliquod, cui sane sect. 6. respondent, quae tradit ibi Philosophus. Plinius 7. s. 4. *Ceteris animantibus statum et pariendi et partus gerendi tempus est, homo toto anno et incerto gignitur spatio. Alius septimo mense, alius octauo, et vsque ad initia decimi vndecimique. Ante septimum mensem haud vmquam vitalis est. — Tralatitium in Aegypto est et octauo gigni. Jam quidem et in Italia tales partus esse vitales, contra priscorum opiniones.*

5. πρότερα] Med. Vatic. πρότερον. Sequentia γόνιμα

γίγνεται πρῶτον Gaza vertit: *vitalis quidem hic primus exit.* Scaliger: *septimus mature oriendi principium est.* Gazam sequitur Camus. Alberti versio habet: *quidam autem ex eis, qui pariuntur in septimo mense, si pariuntur in principio mensis, sunt debiles et habent gracilia membra et sunt parui.*

ἀσχίστους] Gazae *infissi*, Thomae *minimi*, qui copulam καὶ ante τῶν τοιούτων omisit. Deinceps τὸ γεγενημένον Junt. Camot. Verba συλλαβοῦσαι πρότερον. πονοῦσι δὲ αἱ γυναῖκες omittunt Med. R. A.

6. οὐ ζῇ] Negationem Med. omisit. Sequens δὲ ante τρόπον ex versione Thomae inserui; eadem post μετὰ ταῦτα eandem particulam inserit. Pro ἕνδεκα Scoti et Alberti versio habet *post decimum mensem.* Pro verbis ἐχρήσαντο τοῖς σημείοις Gaza reddidit: *quod simile indicium attulit.* Thomas pariter *signis similibus.* Recte igitur ex Med. V. R. ὁμοίοις adsciuit Camus. In Alberti versione nihil reperi, quod huic membro respondeat.

CAPVT V. (vulgo Capitis IV. sect. 7. sqq.)

Τὸ δὲ δὴ πλῆθος] Scaliger τόδε δὴ malebat, interpretatus: *Igitur quot metis pariundi differat ab aliis animalibus homo, hae sunt.* Gaza: *Ita multiplex perficiendi tempus pariendique diuersum homini datum est.* Camus totum hoc membrum in versione praeteriit. Equidem Τὸ δὴ πλῆθος malim. πλῆθος τῶν τόκων dicit, quod antea τοὺς πολλοὺς χρόνους τῶν τόκων. Ceterum Caput hoc a superiori separauimus secuti exemplum Alberti et Scaligeri.

περὶ Αἴγυπτον] Cf. Interpretes Strabonis ad Libr. XV. p. 1018. Sequens καὶ πρότερον dedi ex versione Thomae; vulgo καὶ aberat. Ceterum Philosophi esse μνημονικὸν ἁμάρτημα, annotauit Scaliger; nusquam enim de partu hoc in anterioribus fuit dictum.

πλεῖστα δὲ τίκτεται] Versio Thomae *et parit* habet, et sequens ἐξετράφη reddidit *enutriuit.* Locum hunc excerpsit

Antigonus c. 119. *Γυναῖκα τίκτειν πλεῖστα πέντε, καὶ μνημονεύεσθαι μίαν ἐν τέτταρσιν τόκοις εἴκοσι τετοκυῖαν· καὶ τὰ πλεῖστα τούτων ἐκτραφέντων.* Phlegon de Mirabilibus c. 28. *καὶ Ἀντίγονος δὲ ἱστορεῖ, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μίαν γυναῖκα ἐν τετράσι τοκετοῖς εἴκοσι τεκεῖν, καὶ τὰ πλεῖστα τούτων ἐκτραφῆναι.* Loci igitur nomen is in Antigone additum legisse videtur, et quidem Alexandriae. Contra Plinius 7. c. 3. *Reperitur et in Peloponneso quinos quater enixa, maioremque partem ex omni eius vixisse partu.* Peloponnesum nominauit etiam Paulus Digestorum Libro V. tit. 4, 3. Gellius autem X, 2. *Aristoteles*, inquit, *memoriae tradidit, mulierem in Aegypto vno partu quinque enixam pueros, eumque esse finem dixit multiiugae hominum partionis: neque plures vnquam simul genitos compertum; hunc autem esse numerum ait rarissimum.* Verisimilis mihi videtur esse coniectura, in alio libro Philosophum locorum nomina addidisse. Alberti tamen versio h. l. habet haec: *Ita quod quaedam mulier in Aegypto peperit quatuor vicibus XX filios, qualibet vice quinque, et superuixerunt plures eorum.*

κἂν ᾖ] Versio Thomae *si fiunt.* Eadem verba *καὶ σώζεται τῶν ἀῤῥένων ἢ θηλειῶν* ita reddidit: *quam si masculis ambobus aut femellis.* Legit igitur scriptum *ἢ ἀῤῥένων ἀμφοτέρων ἢ θηλειῶν ὄντων.* Etiam Gaza vertit: *nihilo minus enutriantur seruenturque, quam si mares ambo aut feminae sint.* Camus cum Alberto totum hoc membrum omisit; equidem vulgatum correxi ex versione Thomae et Gazae. Quod attinet ad rem, narrat Joh. Wilh. Honert in Libro: *Beyträge zur Landwirthschaft, Sammlung I.* p. 50. vaccas Bremensis regionis saepius geminos parere vitulos; qui si sexus sint eiusdem, ad prouentum probari; sin diversi, marem ineundi facultate semper carere, vaccam vero nunquam desiderium coitus monstrare, nec vterum gerere. Similiter Joh. Hunter in Actis Anglicanis (*Transactions Philosoph.*) Vol. 69. no. 20. p. 279. de hermaphro-

ditis bouilli generis Britannis *Free-Martin* dictis, si vacca peperit gemellos diuersi sexus, feminam refert semper sterilem manere, nec coeundi desiderium monstrare; maiores vero fieri vaccis. Tria eiusmodi animalia dissecuit Hunter, et visa in iis retulit l. c.

2. *ἀλλ' ἓν τίκτει*] Juntina, Camotiana ἀλλ' ἑνὶ τίκτει. Deinceps vulgatam ἤδη γὰρ γενομένης διαφθορᾶς καὶ δέκα συνέβη καὶ δώδεκα ἐκπεσεῖν ex Med. Reg. et tribus versionibus correxit Camus. Plinius 7. s. 9. *Extat in monumentis etiam medicorum, et quibus talia consectari curae fuit, vno abortu duodecim puerperia egesta.*

Ἐὰν — σύλληψις γένηται] Vulgatum ἐγένετο correxi ex versione Thomae, vbi est: *facta fuerit*. Sequens ἓν cum Med. V. R. omisit Camus. Postea copulam καὶ ante τρίτον addidi ex versione Thomae. Verba τῷ χρόνῳ post τελεόγονα omisit Camus cum Codicibus quibusdam non nominatis. Plinius 7. s. 9. *Sed vbi paululum temporis inter duos conceptus intercessit, vtrumque perfertur: vt in Hercule et Iphicle fratre eius apparuit, et in ea, quae gemino partu alterum marito similem alterumque adultero genuit: item in Proconnesia ancilla, quae eiusdem diei coitu alterum domino similem, alterum procuratori eius: et in alia, quae vnum iusto partu, quinque mensium alterum edidit: rursus in alia, quae, septem mensium edito puerperio, insecutis mensibus geminos enixa est.*

3. *συνέβη τεκνούσῃ*] Vulgatum τεκούσῃ correxi ex versione Thomae, vbi est *gestanti*. *Cum muliere praegnante* Alberti versio habet. Gaza vertit: *Altera cum primum septimo peperisset, qui mortuus est, mox duos iusto mensium numero edidit, qui vixerunt.* Is igitur scriptum videtur legisse: συνέβη, τεκούσῃ πρῶτον τὸ ἑπτάμηνον, ὕστερον δύο τελεόμηνα τεκεῖν. Ceterum articulum ante ἑπτάμηνον ex versione Thomae inserui.

συγγίνωνται κύουσαι] Vulgatum κυούσαις correxi, quod miror hucusque toleratum fuisse, cum sensu careat. Se-

quens *γλισχρότητος* omisit Ambr. Deinceps *δὲ καὶ τῶν προσφερομένων* vertit Thomas. Postremam obseruationem repetiit Antigonus c. 129. *ἐὰν δὲ κύουσα δαψιλεστέρῳ ἀλὶ χρήσηται, οὐκ ἔχοντα ὄνυχας γίνεσθαι τὰ παιδία.* Plinius 7. c. 6. *vt salsioribus cibis vsae carentem vnguibus partum edant.* Vulgatam huius loci scripturam *τῷ ἀλὶ δὲ δαψιλεστέρῳ χρησαμένων* ex Med. Vatic. correxit Camus. In Regio manus secunda *τῶν δ' ἀλὶ* scripsit.

CAPVT VI. (vulgo V.)

πρότερον τῶν ἑπτὰ] Versio Thomae *ante septem menses.* Gazae *ante septimum mensem.* Sequens *γόνιμα vitalia* vertit Gaza Plinium imitatus, qui ex hoc loco retulit 11. s. 96. *Muliari ante septimum mensem profusum lac inutile: ab eo mense quod vitalis est partus, salubre. Plerisque autem totis mammis atque etiam alarum sinu fluit.*

καὶ ἁλμυρὸν] Copulam omisit versio Thomae. Sequens *τοῦ τεκνοῦσθαι gestandi* vertit Thomas. Scaliger: *Caeterum neque per incipientes statim prolifica sunt, et si generentur, quod paucis euenit, satis firmi sunt.* In annotatione ait: difficillimis verbis vtitur et quae sensum non admittant. Nam quis feminam dicat *τεκνοῦσθαι*, si mas *τεκνοῖ*, facit sobolem? — Praeterea obtenebrauit quod dicebat. Nam si est *ἀρχὴ τοῦ τεκνοῦν*, quomodo non sunt *γόνιμα?* Intellexit *ἀρχὴν* latiuscule; non verum principium. Itaque praescripsit addito *εὐθύς*. Haec Scaliger. Gazae versio haec est: *Sed neque cum incipiunt, statim prolifica sunt, neque cum desinunt, et iam pauciora sunt et infirmiora.* Is igitur *οὔτε παυομένων ἔτι, ἀλλ' ὀλίγα καὶ ἀσθενῆ* scriptum legisse videtur. Minutum est, quod pro *οὔτε τι* veterum Edd. Sylburgius primus *οὔτ' ἔτι* scribendum admonuit. Difficultatem reliquam verborum et sententiae is non attigit, et tacuit Camus, qui Gazam hic deseruit, et *ἀρχομένων* opponi putauit *γιγνομένοις ὀλίγοις καὶ ἀσθενέσι.* Ferrem *ὀλίγα καταμήνια*, sed *ἀσθενῆ* non

possum, quod partui et foetui soli conuenit. Versio Alberti alterum membrum sententiae omittens sic habet: *et principium generationis est in femina, quando primum emittit menstruum; sed tamen in isto tempore non statim pariunt, nisi modicum, et quos generant, sunt debiles, non complentes periodum humanae vitae.* Is igitur scriptum videtur legisse: *πλὴν οὐκ ἀρχομένων γόνιμα εὐθὺς, ἀλλ' ὀλίγα τὰ γιγνόμενα καὶ ἀσθενῆ.*

αἷς δ' ἂν ὑπερβάλῃ] Versio Thomae habet: *his autem perdurant vsque ad L annos; sed hoc tempus excedi potest, et iam quaedam pepererunt, ampliore autem tempore nulla.* Legit igitur scriptum: *ταῖς δὲ διαμένει μέχρι τῶν πεντήκοντα· πλὴν ἀλλ' οὗτος ὁ χρόνος ὑπερβάλλειν δύναται· καὶ ἤδη τινὲς ἔτεκον· πλείονι δὲ χρόνῳ οὐδεμία.* Gazae versio habet: *et iam nonnullae eo tempore pepererunt.* Is igitur *τινὲς τότε ἔτεκον* scriptum legisse videtur.

2. *ὑπερβάλῃ ταῦτα*] Versio Thomae *excedantur hi*, Plinius 7. s. 12. *Mulier post quinquagesimum annum non gignit, maiorque pars quadragesimo profluuium genitale sistit. — et vsque ad LXXV apud ignobiles vulgaris repetitur generatio.* Deinceps vulgabatur *πολλοῖς καὶ πολλαῖς γυναιξὶ καὶ ἀνδράσι* verbis transpositis, quae in ordinem reduxi. Postea versio Thomae scriptum reddidit *ἐνίοτε δὲ καὶ γυναῖκες καὶ ἄνδρες μετ' ἀλλήλων μένοντες.* quam ipsam scripturam, excepta particula *δὲ*, vulgatae antea *ἐνίοτε γὰρ γυναῖκές εἰσι καὶ ἄνδρες, οἳ μετ' ἀλλήλων* substituit e Codd. non nominatis Camus. Plinius 7. s. 11. *Est quaedam priuatim dissociatio corporum: et inter se steriles, vbi cum aliis iunxere, gignunt. — Aliis sterilis est iuuenta, aliis semel in vita datur gignere.*

3. *Εἰσὶ δὲ καὶ τῶν γυναικῶν*] Versio Thomae *καὶ* omisit, vt sequens *τινές*. Deinceps eadem *καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες θηλυγόνοι, οἱ δὲ ἀρρενογόνοι* scriptum reddidit. Gaza additum membrum aliquod, veluti *καὶ τοὐναντίον*, legit et vertit ita: *et mulieres, quae non nisi marem; et*

contra: vt de Hercule fabulantur. Albertus ita: *Adhuc autem aliqui coniuncti non generant nisi mares, et aliqui non generant nisi feminas, sicut comici cantant de viro qui vocabatur diabrakaleos, qui ex pluribus vxoribus sibi coniunctis genuit LXX filios, inter quos non fuit nisi vna sola filia.* Scripturam Thomae confirmat Antigonus c. 120. qui ex h. l. excerpsit haec: *Εἶναι δὲ καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας θηλυγόνους καὶ ἀῤῥενογόνους· ὃ καὶ περὶ τοῦ Ἡρακλέους ἱστόρηται· ἐν δύο γὰρ καὶ ἑβδομήκοντα τέκνοις μίαν αὐτὸν γεννῆσαι θυγατέρα.* Mecum sentire Beckmannum video in annotatione ad istum locum. Itaque scripturam vulgarem *εἰσὶ δὲ καὶ ἄνδρες θηλυγόνοι καὶ γυναῖκες ἀῤῥενογόνοι* ex Antigono correxi, consentiente versione Thomae et Plinii, qui 7. sect. 11. *Item alii aliaeque feminas tantum generant aut mares: plerumque et alternant.*

ἐπ *θεραπείαν*] Plinius l. c. *Quaedam non perferunt partus; quales si quando medicina et cura vicere, feminam fere gignunt.* Deinceps Med. *μὴ δυναμένοις* habet, quo probato sequens *μὴ* delendum erit. Postea *καθίστασθαι εἰς τοῦτο* reddidit versio Thomae.

4. *χωλῶν χωλοὶ*] Antigonus c. 121. ex h. l. retulit: *Γίνεσθαι δέ τινας καὶ ἐκ χωλῶν καὶ ἐκ τυφλῶν ὁμοίως τυφλοὺς καὶ χωλούς· ἤδη δέ τινας καὶ στίγματα ἐνηνοχέναι.* Plinius 7. s. 10. *Jam illa vulgata, varie ex integris truncos fieri, ex truncis integros, eademque parte truncos: signa quaedam naeuosque et cicatrices etiam regenerari.*

τὰ παρὰ φύσιν] Sylburg interpretatur *κατὰ τὰ π. φ.* cum Gaza, qui vertit: *Denique similes saepenumero in re, quae praeter naturam comitetur, signa habentes sibi cognata haereditaria, vt verrucas, vt naeuos aut cicatrices aut quid aliud generis eiusdem.* Sed ecce versio Thomae habet: *et totaliter secundum id quod parit natura assimilati.* Sed per notas scriptum ibi extat *pt na*, vbi verba *praeter naturam* etiam latere possunt. Postea *οἷον φῦμα* habet Med. R. A. Plura verba hic scripta vertit Gaza.

Noster de Generat. 1, 17. *οὐ γὰρ μόνον τὰ σύμφυτα* (*naturalia* Thomae) *προσεοικότες τοῖς γονεῦσι γίνονται οἱ παῖδες, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐπίκτητα· οὐλάς τε γὰρ ἐχόντων τῶν γεννησάντων, ἤδη τινὲς ἔσχον ἐν τοῖς αὐτοῖς τόποις τῶν ἐκγόνων τὸν τυπον τῆς οὐλῆς καὶ στίγμα ἔχοντος ἐν τῷ βραχίονι τοῦ πατρὸς, ἐπεσήμηνεν ἐν Χαλκηδόνι τῷ τέκνῳ,* (*in filio* Thomas) *συγκεχυμένον μέντοι καὶ οὐ διηρθρωμένον τὸ γράμμα.* vbi rectius ad signa *ἐπίκτητα* referuntur cicatrices, quàm hic ad *συγγενῆ* vel *σύμφυτα.*

ἀπέδωκε — διὰ τριῶν] Gaza vertit: *Jam tale quid vel tertia prole post regeneratum est.* Thomas *ἀπέδωκε* vertit *tradidit.* Ad *τριῶν* intellige *γενῶν*, nisi librarius id vocàbulum omisit. Sequens *οὐκ ἐγένετο* Thomas vertit *non habuit*, quasi scriptum *οὐκ εἶχεν* legisset. Plinius 7. s. 10. *Quarto partu Dacorum originis nota in brachio redditur.* quem locum variis coniecturis tentarunt viri docti.

πλεῖστα γίγνεται] In vulgata scriptura *πλεῖστα οὐ γίγνεται ἀλλὰ ὁλόκληρα* negationem omisit versio Thomae; eandem omittit etiam Med. R. A. Praeterea sequens *ἀλλὰ* cum R. A. omisit Camus. Etiam *τοῦτο* pro *τούτων* cum Mediceo Vatic. habet. Sequens *ἀποτέτακται* Gaza vertit: *integri autem ex mancis ne gignantur, nulla res obstat, et saepissime ita agitur.* Sed verbum significat *nihil est statum vel constitutum certi,* vt recte vertit Camus. Postea *οὐδενὶ* omisit versio Thomae, quae iterum *ἀποδίδωσι* reddidit *tradunt.* Denique *πλειόνων γεννῶν* habent Juntina et Camotiana. *γενεῶν* scriptum rectius, vt puto, Thomas vertit *generationes.*

ἐν Σικελίᾳ] Med. *οἷον ἔνια διὰ τῷ αἰθίοπι.* Camus addit: *C'est le sens de la traduction de Scotus.* In Alberto nihil simile huic vel vulgari lectioni reperi. Thomas vertit: *velut in Elide cum Ethiopis adulterata.* Etiam in vitiosa Medicei scriptura nomen *ἐν Ἤλιδι ἡ* latere videtur, quod ex h. l. retulit Antigonus c. 122. *ἐν Ἤλιδι δὲ ἐκ τῆς ὑπὸ τοῦ Αἰθίοπος μοιχευθείσης θυγατέρα μὲν γενέσθαι*

λευκὴν, τὸν δ' ἐκ ταύτης Αἴθιοπα. Quin noster de Generatione 1, 18. ἔτι δὲ τοῖς ἄνωθεν γονεῦσιν ἐοίκασιν. — ἀποδιδόασι γὰρ διὰ πολλῶν γενῶν αἱ ὁμοιότητες, οἷον καὶ ἐν Ἤλιδι ἡ τῷ Αἰθίοπι συγγενομένη· οὐ γὰρ ἡ θυγάτηρ ἐγένετο, ἀλλ' ὁ ἐκ ταύτης Αἰθίοψ. vbi versio Thomae scriptum ἀλλ' ἡ ἐκ ταύτης reddidit *sed quae ex hac*. In vulgata nostri loci scriptura τὸ δ' ἐκ ταύτης ambiguus est sexus partus; sed Antigonus ὁ δ' ἐκ ταύτης scriptum legisse videtur. Plinius videtur aliunde retulisse quod narrat 7. sect. 10. *Quaedam sibi similes semper parere, quaedam viro, quaedam nulli, quaedam feminam patri, marem sibi. Indubitatum exemplum est Nicaei nobilis pyctae Byzantii geniti, qui, adulterio Aethiopis nata matre, nil a ceteris colore differente, ipse auum regenerauit Aethiopem.* Nuper medicus Britannicus *Mosely* in libro: *On tropical diseases* edito Londini 1789. posuit exemplum Aethiopissae, quae partu eodem geminos edidit, alterum Aethiopem, alterum hybridam, (Mulattum vocant) eaque fassa est postea, secum coiisse post maritum paulo temporis interposito hybridam hominem.

5. ἄλλα μέρη ἑκατέρων] Reg. cum versione Thomae ἑκατέρῳ habet. Gaza vertit: *Particulatim etiam similes fiunt, vt alia corporis parte similes sint patri, alia matri.* quem sequitur Camus. Scaliger: *Partibus quoque aliis atque aliis vtrosque repraesentant.* In annotatione vero ita interpretatur: ἄλλα ἑτέρου, ἄλλα ἑνέρας ἑκάς, vel κατὰ ἄλλα τοῦδε καὶ ἄλλα τῆςδε. Sed verba graeca vitiosa sunt, et male repetitur μέρη, quod seclusi. Praefero etiam ἑκατέρῳ. In libro de Gener. 1, 17. est: γίνονται γὰρ ἐοικότες ὥσπερ τὸ ὅλον σῶμα, καὶ τὰ μόρια μορίοις. In nostro loco ἄλλα refertur non ad μέρη, sed ad τέκνα.

πλεῖστα καὶ ὡς ἐπιτοπολὺ] Copulam καὶ omisit versio Thomae; et Gaza similiter *sed plurimi magna ex parte.* Deinceps ὥσπερ εἴρηται esse in Mediceo scriptum retulit Camus. Velim etiam reliquam scripturam Codicis comme-

morasset. Sane superius eadem dixerat, vbi est: *καὶ ὡς μὲν ἐπιτοπολὺ τὰ θήλεα ἔοικε τῇ μητρὶ μᾶλλον — τὰ δ' ἄῤῥενα τῇ μητρί.* Sed non apparet causa, cur obseruationem repetierit vulgarem nec exemplis egentem. Quid? quod obseruationem in genere humano factam exemplo equae vel illustrat vel confirmat. Equidem vitium contraxisse loco suspicor librarios, et Philosophum ita fere perrexisse: *Quemadmodum autem in genere humano feminae quaedam sibi similes liberos semper pariunt, aliae marito, ita accidit etiam equae Pharsaliae, quae cognomen iustae habuit.* Tale quid suggerit etiam locus Politicorum 2. cap. 3. vbi est: *εἰσὶ δέ τινες καὶ γυναῖκες καὶ τῶν ἄλλων ζώων, οἷον ἵπποι καὶ βόες, αἳ σφόδρα πεφύκασιν ὅμοια ἀποδιδόναι τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσιν, ὥσπερ ἡ ἐν Φαρσάλῳ κληθεῖσα δικαία ἵππος.* Vnde hunc nostrum locum vnice redintegrandum censui inserendis verbis *καὶ τῶν ἄλλων ζώων,* quae tamen seclusi. Albertus ita vertit locum: *Adhuc autem quaedam mulieres filias semper proferunt in similitudinem suam et filios semper in similitudinem patris: et hoc accidens dicitur de quadam equa, quae erat in ciuitate Asiae faroeolon vocata.*

CAPVT VII.

ἡγεῖται πνεῦμα· δηλοῖ δὲ καὶ ἡ] Versio Thomae *κινεῖται* vertit scriptum *mouetur spiritus.* Quae scriptura non est contemnenda. Noster Problemat. 4, 21. vbi quaerit, cur varices generandi potentiam in viris impediant: *ἔστι δὲ καὶ ὁ ἀφροδισιασμὸς μετὰ πνεύματος ἐξόδου· εἰ οὖν ὁδοποιεῖται ἡ ὁρμὴ γινομένου αὐτοῦ, οὐ ποιεῖ ὁρμᾷν τὸ σπέρμα, ἀλλὰ καταψύχεται· μαραίνει οὖν τὴν συντονίαν τοῦ αἰδοίου.* vbi paruum vitium scripturae a Septalio etiam non obseruatum obscurauit sententiam. Scribendum enim: *εἰ οὖν οὐχ ὁδοποιεῖται* etc. Idem h. l. dicitur *ἡγεῖται.* Ex eadem versione copulam *καὶ* inserui. Deinceps *λάβηται τὸ σπέρμα* vulgato *πνεῦμα* ex Med. versione Thomae,

Scoti et Gazae substituit Camus, quod fieri voluit iam olim Scaliger. *quando sperma durauit in matrice* ait Albertus.

οἷον ᾠὸν] Ambr. ᾠὸν omisit. Post ἀφαιρεθέντος versio Thomae importune μὲν insertum habet, deinceps ὑμήν τε φλεβῶν μεστὸς reddit. Albertus vertit: *simile est oui humiditati in tela contentae et contextae e filis: et cum tela exterior aufertur, apparet filosum, ac si sit plenum venis quibusdam.* Sed videtur *testa* pro altero *tela* scripsisse Albertus. Genus piscium, quod significat Philosophus, sunt cartilaginei viuipari, qui ouum intra se excludunt, vt recte monuit Albertus.

οἷον ὑμένες] Versio Thomae οἷον omisit. Deinceps Medic. τὰ δὲ χόρια, omisso περιέχονται. Vulgabatur enim τὰ δὲ χορίῳ περιέχονται, cum tamen sequentia plura choria nominent et distinguant. Post ἐσχάτου iterum vulgo repetitur χορίου, quod cum Med. omisi, consentiente versione Thomae, qui vertit scriptum τὰ δὲ χωρία· καὶ πρῶτον μὲν τοῦ ἔξω ἐντὸς γίν. Posuit enim: *extranei intus fit.* Denique περὶ τοῦτο vulgato τοῦτον monente Sylburgio substituit Camus e versione Thomae. Casaubonus καὶ περὶ τοῦτον malebat scriptum. Albertus vertit: *Adhuc autem animalium quaedam sunt in tela quadam, et quaedam in secundina.*

ἄλλος, τὸ μὲν] Versio Thomae ἄλλος omisit. Sequebatur καὶ ἰχωροειδὴς ἢ αἱματώδης. Camus ὑδατώδης, αἱματώδης dedit, praefatus auctoritatem Med. Canis. Reg. annotauitque, similiter Thomam et Gazam omisisse vocabulum ἰχωρώδης: contra Ambr. αἱματώδης omisit. Scotus ὑδατώδης tantum reddidit.

πρόφορος] Gaza *proliferum vocant.* Accorambonus *aquam praeuiam* vertit, Scaliger *primitias.* Albertus habet: *et hanc humiditatem obstetrices vocant graece stalsaron.*

2. πρὸς τῇ] Desunt haec verba in Canis. R. A. De cotyledonibus noster dixit 3. cap. 1. Sequens ἐπὶ φλεβὸς

Gaza vertit *vena subiecta*. In libro de Generatione 2, 7. est ὁ ὀμφαλὸς εἰς φλέβα τείνει μίαν.

πλάγια, οἷον ἰχθὺς] Albertus vertit: *animal autem carens pedibus iacet in matrice super latus suum, sicut est videre in delphino et ceto et aliis piscibus ex vtero animalia sibi similia generantibus.* Deinceps vulgatam scripturam οἷον ὄρνις καὶ ἄνθρωπος, συγκεκαμμένος· καὶ ῥῖνα μὲν — γονάτων ἔχουσιν, ὀφθαλμοὺς ex Codd. mutauit Camus ita, vt post ὄρνις interpungeret, καὶ et verbum ἔχουσι tolleret. Equidem vulgatum ἔχουσιν in ἔχει mutaui. Versio Thomae συγκεκαμμένοι ἄνθρωποι reddidit *homines concuruati.* Gaza emendatam scripturam secutus vertit: *Homo etiam in semet conglobatus sic gestatur, vt nasum inter genua, oculos super genua, aures extra genua habeat.* Plinius 10. s. 84. *Quaecunque animal pariunt, in capita gignunt, circumacto sub enixum fetu: alias in vtero porrecto. Quadrupedes gestantur extensis ad longitudinem cruribus, et ad aluum suam applicatis: homo in semet conglobatus, inter duo genua naribus sitis.*

τέλεια ᾖ] Med. V. R. τέλειον ἦν habent, et deinceps τῶν ἐσχάτων, omisso ἐν. σφυράδας Gaza simpliciter *excrementum alui* interpretatur, *egestiones* Thomas, *stercora* Scaliger. Proprie sunt stercora globosa. Albertus habet: *Amplius autem in natis quorundam quadrupedum, postquam completi sunt ad exitum ex vtero, inueniuntur superfluitates stercorum, et aliquando inueniuntur illae superfluitates in intestino secundo, quod vocatur monoculum, et aliquando inueniuntur in vltimo intestino, quod longaonem appellauimus.*

3. Τοῖς δ' ἔχουσι] Versio Thomae τῶν δ' ἐχόντων reddidit. Sequentem obseruationem de imminuta cotyledonum mole increscente foetu improbauit *Harvey de Generat. Animal.* p. 397. qui contra augeri docuit.

τοῖς μὲν μείζοσι] Versio Thomae πλείοσι reddidit. Fallopius, qui cotyledonum vel acetabulorum vteri histo-

riam accurate enarrauit in Obseruat. Anatomicis p. 200 — 204. in brutis, ouibus, capris, vaccis semper geminas venas et arterias vna cum vracho ad vmbilicum pertingere ait; in humano foetu saepe vnicam vtramque vidit p. 130. Praeter vmbilicales arterias, venam et vrachum duo alii funiculi minores tenuioresque ex vmbilico progrediuntur ad mesenterium, illiusque fere centro infiguntur in catellis et vitulis, narrante Th. Bartholino Epistol. Med. Centur. IV. p. 308. quae fabrica in vitulis ablactatis saepe parit incommodum, dum foeno ingesto abdomen non satis potest distendi ob hos funiculos.

ὄρνισι, μία φλέψ.] De Partibus 4, 12. *ὀμφαλὸν δὲ ἐν μὲν τῇ γενέσει ἅπαντα ἔχει, ὅσαπερ ζωοτοκεῖται ἢ ᾠοτοκεῖται· τῶν δ' ὀρνίθων αὐξηθέντων ἄδηλος. Δῆλον δ' ἐν τοῖς περὶ γένεσιν· εἰς γὰρ τὸ ἔντερον ἡ σύμφυσις γίνεται, καὶ οὐχ, ὥσπερ τοῖς ζωοτόκοις, τῶν φλεβῶν τι μόριόν ἐστιν.*

εἰς τὰ ἔμβρυα] Versio Thomae *in embrionibus*. Deinceps *εἰσιν, αἱ πρὸς τὴν φλέβα τὴν μεγάλην* dedit ex Codd. non nominatis Camus. Male Gazae versio: *pertinent duae ad foetum per iecur — ortae a vena maiori.* Postea versio Thomae scriptum *πρὸς τὴν ἀορτὴν σχίζονται, καὶ γίγνεται* reddidit. Postea *ἑκατέρων τῶν φλεβῶν* Medic. quem secutus Camus vulgatum *συμπίπτουσιν αὐτῶν αἱ φλέβες* correxit, omisso *αὐτῶν*, cuius nullum vestigium apparet in Gazae versione. Thomas autem *αὗται αἱ φλέβες* reddidit, quem sequor.

ἁδρυνόμενον] Thomas *maturatum* vertit. *τὰ κοῖλα caua vteri* Gaza. *δῆλόν ἐστι κινούμενον* Thomas recte interpretatur *manifeste mouetur.*

CAPVT VIII. (vulgo IX.)

ἀποστηρίζονται] Gaza vertit *incumbunt*, Thomas *pangunt*, Scaliger *infestantur partibus.* Deinceps *μερῶν* scriptum reddidit Thomas. Postea vulgatum *προαλγοῦσι* ex Med. correxi; Gaza etiam simplex *dolent* posuit. Deni-

que ἦτρον Thomas *pectinem*, Gaza *imum ventrem* interpretatus est.

προέρχονται οἱ ἰχῶρες] Vulgatum οἷον ἰχῶρες ex Med. correxit Camus. Codex praeterea προσέρχονται habet. Versio Thomae et Gazae etiam οἷον omisit. Sequens μέντοι versio Thomae in δὲ mutatum reddidit. Postea ἀποπνεύσωσι ἀποβιαζόμεναι τῷ πνεύματι Gaza vertit: *si interea, dum per vim retinent, coactae eruperint respirationem.* Thomas: *respirauerint, compulsae spiritu.* Scaliger: *si coactae a spiritu respirarint.* Plinius 7. s. 5. *si respiravere, difficilius enituntur. Oscitatio quidem in enixu letalis est.* Est vero ἀποπνεῖν h. l. *spiritum retentum reddere*, vt ἀποψοφεῖν spiritum cum sonitu reddere. ὁ δὲ κατέχων τὸ πνεῦμα ὠθεῖ κάτω αὐτό· παρὰ φύσιν γάρ ἐστι τῷ πνεύματι ἡ κάτω φορά· διὸ καὶ χαλεπόν ἐστι κατέχειν τὸ πνεῦμα, ait noster Problem. 34, 16. Igitur h. l. ἀποβιάζεσθαι τῷ πνεύματι est spiritu retento obniti et conniti.

2. ὕδρωψ] Gaza vertit *aqua illa subter cutem fusa:* quem recte reprehendit Scaliger; aqua enim illa est non subter vel inter cutem, sed inter membranas. Sed ex versione Gazae articulum ὁ assumtum malim. Est ὕδρωψ, quem antea πρόφορον et ἰχῶρας dixit. Sequens γιγνομένου Juntina et Camot. in γενομένου mutarunt; Gaza κινουμένου scriptum vertit: *per foetus motionem ruptis membranis:* quem sequitur Scaliger.

μὲν τῶν ὑστερῶν καὶ τοῦ ὑστέρου] Gazae versio: *inuerso vtero et secundis interna euoluentibus.* Scaligeri: *et exinuantibus interiorem superficiem extrorsum secundis.* Thomas καὶ τοῦ ὑστερικοῦ τὰ ἔσω μὲν ἐκτὸς ἴσχοντες scriptum vertit: *matriculi* enim posuit. Camus pessime τῶν ὑστερῶν vertit *les membranes se retournent.* Vocabulis ὕδρωψ et ὕστερον eodem sensu vsus est etiam Hippocrates. Ceterum post antecedens μὲν expectabat lector τοῦ δὲ ὑστέρου. Philosophus tamen καὶ reddere maluit.

CAPVT IX.

ὀμφαλοῦ ἀπόδεσιν] Versio Thomae *diuisionem* male reddidit. Sequebatur vulgo ἵνα γὰρ μὴ καὶ τὸ ὕστερον sensu contrario, quem ex Gazae etiam versione damnauit Scaliger. Ille enim vertit: *Nam si simul secundae quoque exciderint.* Legit igitur scriptum ἐὰν μὲν γὰρ, vt est in Cauis. et ex correctione in Regio, vbi antea erat ἐὰν μὴ γὰρ, vt in Med. et Vat. Ita etiam Thomas: *Si non enim et secundina excidat.* Praeterea Med. συνεκπέσῃ ἱρεῖον. Albertus vertit: *et vt cadat secundina tam ex vtero matris quam ex vmbilico, et filo laneo debet ligare vmbilicum.* In exemplo igitur Scoti vel primi interpretis scriptum fuit ἵνα γὰρ καὶ τὸ ὕστερον etc.

ᾗ δ' ἂν ἀποδεθῇ] Med. cum Junt. et Camot. εἰ δ' ἀποδεθῇ, quod vertit Thomas: *si autem ligetur, copulatur et continuo decidit.* Is igitur praeterea καὶ συνεχῶς scriptum legit; sed τὸ συνεχὲς est pars sequens continenter ligaturam. Vulgato ᾗ δὲ addidi ἂν.

ἐὰν δὲ λυθῇ τὸ ἅμμα] In Mediceo libro lacuna est, et continue sequuntur verba ἐὰν δὲ εὐθὺς τὸ ὕστερον. Versio Thomae memorabilem suggerit varietatem scripturae. Habet enim: *si autem soluatur, antequam coaguletur sanguis, moritur sanguine effluente embrio.* Legit igitur scriptum Thomas ἐὰν δὲ λυθῇ, πρὶν ἢ πηγνύηται τὸ αἷμα, ἀποθνήσκει τ. ἀ. ἐκ. τὸ ἔμ. Simile additamentum reddidit Albertus his verbis: *Si vero filum dissoluatur ante consolidationem vmbilici, exibit sanguis de epate et corde infantis.* Deinceps δὲ post παιδίου omisit versio Thomae.

2. τεθνεὸς] Sylburgiana male inuexit et defendit scripturam τεθνεώς. Versio Thomae τεκεῖν reddidit *mortuum peperisse puerum.* Deinceps vocabulum ὥσπερ ante ἔξαιμον cum Vatic. omisit Camus. Postea καὶ ante τὰς χεῖρας omisit versio Thomae, quae sequentia ita reddidit: *manibus porrectis ad latera.* Vulgatum παρατεταμένας cum Sylburgio et Scaligero mutauit Camus. Χεῖρας h. l. brachia

esse, monuit Scaliger. Denique pro *διὰ ταχέων* Thomae versio reddidit *post*, et pro verbis *ἐν ἡμέρᾳ ipso die*; igitur *τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ* scriptum legit. Albertus: *ita quod in prima die partus exit ab eis stercus nigrum.*

καὶ τοῦτο τὸ περίττωμα πλέον η τοῦ παιδὸς] Medic. cum versione Thomae verba *τὸ περίττωμα* et *τοῦ παιδὸς* omisit. Deinceps *χρῶμα δὲ τοῦτο* reddidit versio Thomae. Copulam *καὶ* ante *τὸν μαστὸν* omisit eadem.

οὐδ' ἂν δυστοκούσης] Vulgatam *κἂν* mutauit Camus, addita negatione *οὐ* ex Mediceo, quam redditam etiam affirmat a Thoma et Scoto. Sed Thomae versio *neque si* manifesto *οὐδ' ἂν* reddidit, quod reponendum. Eadem verbum *ὑπερέχῃ* reddidit *extus habeat.*

3. *οἱ καθαρμοὶ*] Versio Thomae *ἐκτὸς* vel *ἔξω* additum reddidit *extra promoti fuerint.* Paulo antea Med. *ὅσαι δ' ἂν* habet. Sequentem articulum *αἱ* ante *καθάρσεις* omittit Junt. Camot. Postea vulgatum *ὅσων μόνον* correxi e versione Thomae, vbi est *et quantum solum primae.* Similiter Gaza vertit: *nec largius quam primae.* Scaliger: *nec nisi quantae priores fuere.*

πρὸ τετταράκοντα] Med. cum versione Thomae omisit praepositionem. *ἐγρηγορότα* Thomae sunt *excitati*: *κνιζόμενα, si scalpantur, multi sentiunt.* Legit igitur scriptum *πολλὰ*, non *τὰ πολλὰ*, et ad *παιδία* retulit. Porro *τούτου τοῦ χρόνου* scriptum vertit *dormiunt hoc tempore,* plane vt Gaza. Antigonus cap. 123. ex h. l. retulit: *τὰ δὲ παιδία, ἄχρι γένηται τετταράκοντα ἡμερῶν, ἐγρηγορότα μὲν οὐ γελᾷν οὐδὲ δακρύειν, ὑπνοῦντα δὲ ἀμφότερα.* vbi vide annotationem doctam Beckmanni.

βρέγμα μαλακὸν] Vulgatum *λευκὸν* in *λεπτὸν* mutari voluit Sylburg e Gazae versione, vbi est *molle*, vt in versione Thomae, Scoti et Alberti. Igitur *μαλακὸν* e Regio recte edidit Camus, quod fieri voluit iam olim Scaliger. Contra in adulto *ὑπὲρ τὸν ἐγκέφαλον λεπτότατον ὀστοῦν καὶ ἀσθενέστατον τῆς κεφαλῆς ἐστιν, ὃ καλεῖται βρέγμα,*

supra 1. c. 16. Antea cap. 7. dixerat: *βρέγμα ὑστερογενές· τελευταῖον γὰρ τῶν ἐν τῷ σώματι πήγνυται ὀστῶν.*

ἄρχονται ὀδοντοφυεῖν] Sylburg *ἄρχεται* malebat. Albertus locum ita conuersum habet: *quaedam etiam animalia pariuntur cum dentibus et quaedam sine dentibus. Dentes enim puerorum hominis incipiunt oriri quasi septimo mense.* Contrarium tamen asserit noster etiam de Generat. 2, 6. Idem Albertus *τοὺς ἐμπροσθίους* vertit *quadruplos, τοὺς ἄνωθεν καὶ κάτωθεν duplos superiores et inferiores.* Postea *πάντων δὲ θᾶττον* Canis. Denique *ὅσῳ αἱ τίτθαι θερμότερον* malebat Sylburg; sed *quorum* cum Gaza vertit Thomas.

CAPVT X. (vulgo XI.)

ῥεῖ] Vulgatum *ῥέει* cum Sylburgio correxi. Versio Thomae *quibusdam autem non solum* habet; igitur *ἐνίαις δὲ* reddidit. Deinceps *μασθοῦ* Iunt. Camot. Sequens *στραγγαλίδες* Gaza *globuli* vertit, Scaliger *strumulae.* Postea *ἐκπεμφθῇ* scriptum vertit Thomas *cum non emittatur,* sequentia vero *μηδὲ ἐξέλθῃ ὑγρότης ἀλλὰ πληρωθῇ* omisit. Etiam Med. *ἐκπεμφθῇ* habet. Gaza vertit: *quoties humor non coquatur nec exeat, sed redundet.* Scaliger: *cum humor incoctus non egressus fuerit, sed differeiatur.* Refert is verbum *πληρωθῇ* ad nomen *μαστός.* Mihi locus adhuc dubius et de vitio suspectus est. *ἐκπεφθῇ* enim de maturatione et coctione lactis nimium est verbum, et dura mutatio in *πληρωθῇ* relato ad mammam. Albertus haec non reddidit.

πόματι] Male scriptum *σώματι* reddidit Thomas. Sequens *τριχιᾶν* vulgato *τριχίαν* substitui ex versione Thomae, vbi est *pilizare*, quod fieri voluit etiam Sylburgius. In Hippocratis Muliebrium Libro 2. p. 666. est: *ὅταν ὁ μαζὸς τρηχὺς γένηται.* vbi Foesius ex Erotiani Glossario *τριχιάσηται* scribi maluit. Hic enim sub verbo *τριχιάσηται* vocabulum *τριχίασις* interpretatur *ἡ περὶ τοὺς μαστοὺς ἀπόστασις.* Similiter renum vitium *τριχίασιν* interpreta-

tur Galenus, cum per vrinam velut capilli albi excernuntur. Albertus *apostemationem mamillae* interpretatur.

θλιβομένη μετὰ τοῦ γάλακτος ἢ ἐκθηλασθῇ] Vulgatum *θλιβομένη ἢ μετὰ τοῦ γάλακτος ἐκθ.* ex versione Thomae correxi, cum quo facit Albertus, vbi est: *nisi exprimatur pilus cum lacte aut quousque putrefiat et exeat cum sanie.* Totum hoc de pilo velut Aristotelis commentum ridiculum explodit H. Mercurialis Var. Lect. 5, 4.

πάλιν συλλάβωσι] Cum Codd. suis *πάλιν* omisit Camus, quod fecit etiam Gaza. Sequens *ὅλως* vulgato *ὅμως* ex versione Thomae substitui. *Χείρους καθάρσεις* non sunt *deteriores*, vt Gaza vertit, sed recte Scaliger monuit, de tempore et quantitate intelligendas esse, non de qualitate. Albertus: *et repurgatio talium mulierum est tarda et turpis.* Ceterum Med. scriptum habet *οὐθὲν συμβαίνει ἡ ὁρμὴ ταῖς ἐχούσαις.* Postea Aldina *αἱμοῤῥαΐδας*, Reg. Ambr. *αἱμοῤῥαΐδας* habent.

διὰ τῶν ἰσχίων] Reg. *καὶ ἀπὸ τῶν ἰσχίων.* Gaza vertit: *et quod in nonnullis accidit, cum delapsus humor a lumbis per anum excernitur ante, quam vterum subeat, idem euenit.* Is igitur aut additum legit in libro suo aut ipse suppleuit: *ἐνίαις δὲ τὸ αὐτὸ συμβαίνει, διὰ τῶν ἰσχίων ὅταν ἀπὸ τῆς ὀσφύος ἐκκριθῇ ἡ ὑγρότης, πρὶν ἐλθεῖν.* Pessime Camus: *ou lorsque, comme il arrive à quelques-unes, la secretion du sang se faisant par les reins, avant qu'il entre dans la matrice, il se perd par les cuisses.* Albertus: *hic autem sanguis menstruus in quibusdam mulieribus aliquando forte vadit a dorso ad anchas, antequam perueniat ad matricem, et gravet tunc membra illa.* Reliqua capitis omisit. Scaliger scribendum censuit *ἰξιῶν*, igitur vertit: *aliis ob varices, cum a lumbis excernatur prius, quam vterum subeat.* In annotatione interpretatur haec ita: cum sanguis per cauam venam diuertit in vtrumque crus ad varices. Sed ita non potest sanguis dici *excerni a lumbis*, et in graecis deest *ἀπόδοσις*, nisi sequens *οὐθὲν βλάπτονται* et-

iam ad hoc membrum traxeris. Gaza aliud verbum suppleuit, vti vidimus. Mihi nulla dubitatio superest, recte Scaligerum coniecisse. Firmat coniecturam locus nostri 3, 19, 5. vbi est: *ὀλίγαις δὲ γίγνεται ἴξία καὶ αἱμοῤῥοῒς καὶ ἐκ ῥινῶν ῥύσις· ἐὰν δέ τι συμβαίνῃ τούτων, τὰ καταμήνια χεῖρω γίγνεται.* ad quem apposui locum plane geminum ex libro de Generatione 1, 19. In Problemat. 4, 21. alius est locus, vbi quaerit: *διὰ τί αἱ ἴξιαι τοὺς ἴσχοντας κωλύουσι γεννᾷν καὶ ἀνθρώπους καὶ τῶν ἄλλων ζώων ὅ,τι ἂν ἔχῃ;* Quanquam autem veram scripturam tenemus, (quam vulgatae *ἰσχίων* substituere non dubitaui) latet tamen adhuc ratio, qua verba reliqua reconcinnanda sint, manifeste luxata et vitiosa. Mirum est Cami silentium ad h. l.

καὶ ὅσαις δ' ἂν] Versio Thomae: *et quibusdam autem si non factis.* Legit igitur scriptum: *καὶ τισι δὲ, ἂν μὴ γενομένων.* Deinceps vulgatum *καθαρσίων* correxi, sensu plane alieno ab hoc loco. Postea vulgabatur *ἅμα συμπέσῃ ἐμέσαι, οὐθὲν βλάπτονται.* quae Gaza vertit: *quibus, dum etiam purgationes non fiunt, inciderit vomitus.* Scaliger: *quibus cessant purgationes, si vomitus eueniat, nihil laeduntur.* Omisit igitur *ἅμα.* Egregiam emendationem subministrauit versio Thomae, quae sequitur scripturam *αἷμα συμπέσῃ, ἐμέσασαι οὐθὲν βλάπτονται.* vnde *αἷμα* assumsi, quod coniectura assecutus etiam est egregius *Coray* ad *Hippocratem de Aëre et Locis* Tom. II. p. 63.

CAPVT XI. (vulgo XII.)

πλείονι ἢ παχυτέρῳ] Mediceus et versio Thomae *πλείονι καὶ παχυτέρῳ* habent. Verba *καὶ τίτθαις εὐσάρκοις* omisit versio Thomae. In Med. et Vac. est *τιτθοῖς.* Sequens *μᾶλλον* omisit Med. Ante *φυσωδῶν* negationem insertam legit et vertit Thomas.

πλεῖστα δὲ] Versio Thomae *δὲ* omisit. Diem lustricum vocant Romani, quo nomina imponebantur infantibus. Suetonii Nero c. 6. de die lustrico Neronis: *nam C. Caesar,*

rogante sorore, vt infanti quod vellet nomen daret, intuens Claudium patruum suum eius se dixit dare. Septimum diem lustricum statuit Casaubonus ad Capitolinum p. 128. Contra Scaliger ex Plutarchi Quaestionibus Romanis cap. 102. monuit, Romanos feminis octauo, maribus nono die nomina imposuisse. Graeci diem lustricum *ἀμφιδρόμια* vocabant, de quo vide Interpretes Platonis ad Theaetetum c. 47. et Harpocrationis sub vocabulo hoc et in verbo *ἑβδομευομένου*. Hic cum Suida sub verbo *δεκατεύειν* inter alia habet haec: *Ἀριστοτέλης δὲ ἐν ταῖς ζ φησὶν ἐπιτίθεσθαι τὰ ὀνόματα γράφων οὕτως· πλεῖστα δὲ ἀναιρεῖται πρὸς τὴν ζ· διὸ καὶ τὰ ὀνόματα τότε τίθενται.* Athenienses *δεκάτην* diem festam habebant, eaque pueris nomina imponebant, vnde *δεκάτην ἑστιᾷν* dicitur.

ταῖς πανσελήνοις] Plinius 7. s. 5. *Sed plurimum languoris in vtroque sexu* (puerperis) *capillum germinante partu, et in plenilunio: quod tempus editos quoque infantes praecipue infestat.*

καὶ ὅσοις τῶν παιδίων] *et quibusdam* habet versio Thomae. Deinceps *προϊούσης δὲ* Juntina habet. Gazae versio verba postrema haec plane omisit, vti Thomae et Codex Vatic. In Med. tamen adsunt. Scaliger ita ad h. l.: Cum proposuerit, se dicturum *μέχρι γήρως ὅσα συμβαίνει*, neque hic explerit, necesse est huic libro subdi eum, quem decimum vocant: qui sic item incipit tanquam a tessera *προϊούσης δὲ τῆς ἡλικίας*. Sed quia sententia de semine muliebri contra Aristotelis opinionem est, sustulere illum, atque reiecere in locum decimum. Albertus librum ita conclusit: *Spasmus autem, qui pueris accidit, valde periculosus est, quum incipit a parte dorsi: et sic prolongatur.* Equidem hic plane cum Gallo Camus sentio, et librum istum decimum ab Aristotele non solum alienum sed etiam indignum philosopho censeo. Argumenta plura satis copiose explicuit Gallus, quibus quod addam non habeo.

ADNOTATIONES

AD LIBRI VIII. CAPVT I.

Ἄλλην φύσιν] Ex Camot. ἄλλην addidit Sylburg. τρόπους *passiones virtutum animae* interpretatur Scotus et Albertus. *morum animi humani* Gaza. *morum qui ad animam pertinent* Scaliger. Sequens διαφορὰς mutant in διατριβὰς V. R. A. Verba καὶ ἀγριότης ex Camot. inseruit Sylburg.

ϑυμοὶ] Thomae *furores*, Gazae *ira*. Rectius Scaliger *iracundia et versutia*. τὴν περὶ διάνοιαν σύνεσιν Scotus ita interpretatur: *et in quibusdam inuenitur cogitatio, secundum quod dicitur de apibus*. Albertus etiam: *Estimatio autem talis maxime inest apibus*. Scaliger *prudentiae per cogitationem comparatae* rectius quam Gaza, qui simpliciter *prudentiae imago* dixit. Statim Gaza: *quemadmodum, cum de Partibus docerem, exposui:* quasi libros de Partibus animalium respiceret Philosophus. Scaliger: *sicut etiam de partibus eorum narrauimus*. In annotatione ἐπὶ τῶν μερῶν interpretatur *in partibus*, non in historia partium; id enim dicendum fuisse ἐν τοῖς μέρεσι. Respicit Philosophus locum 1. cap. 1. vbi animalium descriptio proponitur secundum ἤϑους diuersitatem. Sed Scotus et Albertus scripturam diuersam ἐπὶ τῶν μελισσῶν reddiderunt, cuius vestigium Codices comparati nullum habent.

πρὸς πολλὰ τῶν ζώων] Scoti versio: *et diuersantur secundum magis et minus in istis virtutibus respectu hominis et aliorum animalium: et quaedam istarum virtutum* etc.

Videtur igitur πρὸς τὸν ἄνθρωπον καὶ τὰ ἄλλα ζῶα scriptum reddidisse. Albertus multo breuius: *Animalia autem alia secundum magis et minus participationis et conuenientiae ad hominem habent differentias: sicut enim in homine inuenitur sapientia* etc.

2. ἐν ἀνθρώπῳ] Med. ἐν ἀνθρώποις. Praepositionem omittunt V. R. A. Deinceps ὥσπερ ἐν ἀνθρώπῳ — σύνεσις ἐνίοις τῶν ζώων Med. *Sicut inueniuntur in homine* versio Scoti. Postea φανερὸν δὲ περὶ ὧν λέγομεν ἐστιν ἐπὶ Med. Canis. et versio Thomae. *et hoc est manifestum illis* Scoti.

οὐδὲν, ὡς εἰπεῖν] Duo postrema verba omisit Med. et versio Scoti. Deinceps τοῖς πολλοῖς ζώοις Med. Camus vulgatum ἄλλοις tanquam superfluum deleuit. Versio Scoti habet: *nec sunt sine cogitatione omnino, quoniam quod accidit, quod est secundum hunc modum, et quidam istorum modorum inueniuntur in multis* (alias *istis*) *animalibus.*

τῇ συνεχείᾳ] *propter continuationem* versio Scoti. Sequens γὰρ Camot. omisit. Postea φυτῶν πρότερον Vatic. habet.

3. ἐξ αὐτῶν] Omisit haec versio Thomae. Deinceps vulgatum αἱ μὲν γὰρ πίνναι ex Med. versione Thomae et Gazae correxit Camus. Postea πεφύκασι, quod omnes Edd. et Codices obsedit, ex Gazae versione et comparatis locis similibus primus correxit Sylburg. Denique αἱ δὲ σωλῆνες ἀνασπασθεῖσαι V. R. A. habent. Equidem vulgatum ἀνασπασθέντες correxi e versione Thomae, vbi est *abstracti.* πίννας Scoti versio nominat *bimana*, alii Codices habent *kinana*, *kirana*, *bunana*, et *kimana*, Alberti editio Veneta *kynana*, Codices *kanana* et *kynana*. σωλῆνες Scoto sunt *solines*, Alberto *solynos*.

οὐδὲν σημαίνεται,] Gaza vertit: *ut aliqua nullum sui indicium praebeant.* Scaliger: *sensuum officia in aliquibus nullo indicio deprehenduntur.* Sylburgius συναισθάνεται malebat. Versio Thomae habet *insinuant*; igitur

ἐπισημαίνεται scriptum legit; quod praefero. Denique *εἴδη φαίνεται* Med. habet.

4. *βίου δὲ — ἔχει*] Versio Thomae *δὲ* et verbum *ἔχει* non reddidit. Deinceps *οἷον αὐτὸ* *nisi quale ipsum* vertit Thomas, *nisi quoad similem quaeque sibi faciant alteram* Gaza.

τῶν ζώων ἐνίων παρὰ] Vulgatum *ζώων· ἐνίοις γὰρ παρὰ* Camus mutauit in *ζωων· ἐνίων γὰρ παρά*. Sed Med. *ζωων ἐνίων παρὰ* habet, quod versio Thomae reddidit. Postea vulgatum *ἐστὶ λαβεῖν ἔργον ἕτερον* ex Med. correxit Camus. Denique vulgatum *προϊουσης* male Sylburgianam secutae Edd. reposuerunt in loco antea vulgati *προσούσης*, quod recte reuocauit Camus. Prauum *προϊούσης* ex Gazae versione assumserat Sylburg.

Τὰ μὲν οὖν] Versio Thomae *Τὰ μὲν γὰρ* reddidit. Deinceps vulgatum *πολιτικωτέροις* ex versione Thomae et Gazae correxi. Ille enim *magis politice*, hic *ciuilius* reddidit. *ποικιλώτερον* Med. Canis. *diuersimode* Scoti versio. Postea vulgatum *μέρος τοῖς ζωοῖς* ex Vat. Reg. versione Thomae et Gazae correxit Camus. Abhinc vulgatum *ἓν δ' ἕτερον* ex Med. correxi. Denique *σπουδαὶ πᾶσιν* scriptum reddidit Thomas cum Scaligero, qui *πᾶσι* praescripsit etiam annotationi.

φύσιν ἐκ ταύτης] Ita ex Med. scripsi pro *ἐκ τῆς αὐτῆς*. Gaza vertit vulgatum: *ex eadem qua constiterint materia.*

CAPVT II.

Διήρηνται δὲ κατὰ τοὺς τόπους] Gaza reddidit: *Degunt igitur animalia locis disiuncta.* Plura igitur in graeco codice legit scripta. Camus: *Le lieu, que les animaux habitent, est une nouvelle cause de varietés.* Scaliger ad *διήρηνται*, quod *separata sunt* vertit, intelligit per differentias. Itaque *διήρηνται* illi significant *differunt*. Sed vel sic addendum videtur *καί*. Albertus etiam bene ita: *Na-*

turales etiam diuersitates habent alia secundum loca, in quibus manent.

τριχῶς δὲ λεγομένης] Gaza: *quam differentiam trifariam intelligimus.* Is igitur *τριχῶς* legit scriptum, vbi vulgo *διχῶς* est. Correctionem Scaligeri probauit etiam Casaubonus. Deinceps *τὰ μὲν γὰρ ἐν τῷ δέχεσθαι* scriptum vertit Thomas. Verbum *λέγεται* in hoc membro est *appellantur*, at in priore *λεγομένης τριχῶς* est, vt recte Gaza: *cum intelligatur, accipiatur significatione triplice.*

οὐ δεχόμενα μὲν, πεφυκότα μέντοι] Vulgatum *πεφυκότα δέ τοι* ex Med. V. R. et versione Thomae, vbi est *tamen*, correxi. Deinceps etiam vulgatum *ἐφ' ἑκατέρου* ex Med. et versione Thomae correxi, vti iam olim ex versione Gazae fieri voluit Sylburg. Postea tertium membrum, quod vulgo agnosci non poterat ita scriptum, *τῷ δὲ τὴν τροφὴν ποιεῖσθαι*, ex Med. versione Thomae et Gazae correxi. Ille enim posuit: *haec autem eo, quod alimentum faciunt.* Gaza totum locum ita interpretatus est: *aut quod apta natura sunt seruari temperamento alterutro, quanquam aerem aquamue non recipiant: aut etiam quod cibum petant versenturque vtrobique diutius.* Verba igitur *οὔτ' ἀναπνέοντα οὔτε δεχόμενα τὸ ὕδωρ* plane omisit, contra ab initio alterius membri scriptum legit *τὰ δὲ οὐ δεχόμενα μὲν οὔτε τὸν ἀέρα οὔτε τὸ ὕδωρ.* Potest tamen etiam fieri, quod quidem ex ordine verborum Gazae probabilius mihi videtur, vt Gaza, omissis illis prioribus *οὐ δεχόμενα μὲν*, scriptum legerit: *τὰ δὲ πεφυκότα πρὸς τὴν κρᾶσιν τῆς ψύξεως τὴν ἀφ' ἑκατέρου τούτων ἱκανῶς* etc. Certum vero hoc atque indubitatum mihi videtur, alterutrum membrum esse spurium alteriusque interpretationem; quae quidem suspicio magis cadit in prius illud membrum breue, *τὰ δὲ οὐ δεχόμενα μέν;* est enim manifestum, ad verbum *δεχόμενα* intelligi debere *οὔτε τὸ ὕδωρ οὔτε τὸν ἀέρα*, ita vt plane idem significet hoc colon, quod posterius illud: *οὔτ' ἀναπνέοντα οὔτε δεχόμενα τὸ ὕδωρ.* Camus ita: *Dans le*

second sens, on n'examine plûs, s'ils respirent l'air ou avalent l'eau: on considere la constitution de leur tempérament, propre à l'un ou à l'autre de ces élémens, et on les appelle terrestres ou aquatiques, non suivant qu'ils respirent l'air ou avalent l'eau, mais suivant qu'ils se nourrissent et habitent ordinairement dans l'air ou dans l'eau. Is igitur verba οὔτ' ἀναπνέοντα οὔτε — ὕδωρ ex auctoritate Scaligeri interpretatus est; verba ψύξεως τὴν ἀφ' ἑκατέρου plane omisit, memorauit tamen temperaturam corporis, quae in graecis non est, quae κρᾶσιν τῆς ψύξεως habent, atque ita alterum genus cum tertio confudit, et descriptionem illam triplicem ipse sustulit. Scaliger locum ita vertit: *Trifariam vero cum haec differentia dicatur, partim quod haec quae recipiunt aerem, terrestria, illa quod aquam, aquatilia appellantur: partim non quod recipiant, sed quod eorum natura ob temperamentum opus habeat refrigeratione, quantum satis sit ad vtrumque horum, aut terrestria aut aquatilia vocantur. Non propterea quod aut spirant aerem aut recipiant aerem, sed quia et cibum capiant et degant in vtroque eorum.* Nihil igitur mutauit omisitue, ita tamen vertit, vt illa διαφορὰ quomodo τριχῶς dicatur, non appareat. Quanquam Scaliger in annotatione illud τριχῶς ita interpretatur: *Primo τῷ δέχεσθαι, vt mulus: secundo πεφυκότα διὰ τὴν ψύξιν, non quod aerem aquamue ducant ore. Tertio τῷ δὲ τὴν τροφὴν ποιεῖσθαι. In quo genere tertio duo ponit, τροφὴν καὶ διαγωγήν.* Sensum igitur acute perspexit, qui verbis obscuratus vitiatis latet. Verba πεφυκότα πρὸς τὴν ψύξιν explicat his: *a natura instituta ad temperandam vel commiscendam refrigerationem.* Ad verba οὔτ' ἀναπνέοντα οὔτε δεχόμενα τὸ ὕδωρ grauiter insurgit in Philosophum his verbis: *Pessima oratione vsus est. Namque ἀναπνεῖ. Non enim potest negari: sed voluit dicere διὰ τὸ ἀναπνεῖν. Sed cum verum esset οὐ δεχόμενα τὸ ὕδωρ, voluit geminare τὸ οὐ, cum eodem participii modo. Nam si dicas, intelligere eum quae-*

dam, quae neque spirent neque trahant aquam, et tamen tam in aqua quam in terra posse viuere, nullum inuenias. Neque hoc hic vult, qui mox hippopotami exemplum ponit. Ita ipse interpretatione sua descriptionem istam in tria genera recte perspectam confecit atque obscurauit iterum. Alterum enim aperte cum tertio genere confunditur. Deinde interpretatio ista participii gemini *οὔτ' ἀναπνέοντα οὔτε δεχόμενα τὸ ὕδωρ* plane violenta difficultatem tamen non tollit. Superest enim illud membrum initio *οὐ δεχόμενα*, quod tamen Scaliger ita videtur voluisse interpretari, vt *τὸ ὕδωρ* intelligatur, quamuis praecedens membrum *τῷ δέχεσθαι τὸν ἀέρα, τὰ δὲ τῷ τὸ ὕδωρ* cogere lectorem videatur, in sequenti etiam cum verbo *δεχόμενα* copulare et *τὸν ἀέρα* et *τὸ ὕδωρ*. Postea quod ait Scaliger, nullum inueniri animal, quod neque spiret, neque trahat aquam ore, et tamen tam in aqua quam in terra viuere possit, possem equidem contra commemorare insecta et vermes eiusmodi, quorum generi vniuerso respirationem denegauit Philosophus; sed falsum esse affirmo, Philosophum hic loqui de amphibiis animalibus, quae in vtroque elemento viuere possint, quanquam nec aerem nec aquam ore recipiant. Potius ita ratiocinatur. Est etiam alterum genus animalium, quae vel aquatica vel terrestria vocantur, non eo quod vel aquam vel aerem ore recipiant, sed quod corporis sui temperamentum habent accommodatum ad refrigerationem recipiendam ab alterutro horum elementorum. Atque hunc sensum, quanquam verbis vitiosis inuolutum, ipse clarius explicauit Philosophus in loco isto capitis sequentis, vbi est: *Διῃρημένων δὲ τῶν ζώων εἰς τὸ ἔνυδρον καὶ πεζὸν τριχῶς, τῷ δέχεσθαι τὸν ἀέρα ἢ τὸ ὕδωρ, καὶ τῇ κράσει τῶν σωμάτων, τὸ δὲ τρίτον ταῖς τροφαῖς, ἀκολουθοῦσιν οἱ βίοι κατὰ ταύτας τὰς διαιρέσεις. Τὰ μὲν γὰρ κατὰ τὴν κρᾶσιν καὶ τὴν τροφὴν ἀκολουθοῦσιν καὶ κατὰ τὸ δέχεσθαι τὸ ὕδωρ ἢ τὸν ἀέρα· τὰ δὲ τῇ κράσει καὶ τοῖς βίοις μόνον. Τῶν μὲν οὖν ὀστρακοδέρμων*

ζώων τὰ μὲν ἀκινητίζοντα τρέφεται τῷ ποτίμῳ etc. Hinc apparet, intelligi animalia aquatica et terrestria ex insectorum vel potius ostracodermorum et vermium genere, quae ex opinione Aristotelis non aerem, nec aquam ore recipiunt. Simul hinc fit manifestum, verba *πεφυκότα μέντοι πρὸς τὴν κρᾶσιν τῆς ψύξεως τὴν ἀφ' ἑκατέρου* a librariis fuisse temerata, atque ita potius scribenda, vti feci: *πεφυκότα μέντοι τῇ κράσει πρὸς τὴν ψύξιν τὴν ἀφ' ἑκατέρου.* Scaliger cum ad istum locum peruenisset, prioris non recordatus errauit in eo, quod putaret Philosophum potius bifariam diuisisse; duo enim tantum membra memorari. Sed ita accipiendum censebat, in duo diuisa esse trinis modis.

ἅπερ ἔοικεν ἐπαμφοτερίζειν] Ita Med. cum versione Thomae, quanquam Camus ex Med. *ἐξαμφοτερίζειν* posuerit. Vulgatum *ἅπερ, ὡς ἔοικεν, ἐπαμφοτερίζει* damnant etiam V. R. vbi est *ἐπαμφοτερίζουσιν.* Veram scripturam reddidit Gaza.

2. *οὐδὲν οὔτε πεζὸν οὔτε πτηνὸν, οὔτε*] Ex Medic. dedit Camus *οὐδὲν αὐτῶν πεζὸν, οὐδὲ τὴν τροφὴν ἐκ τῆς γῆς ποιεῖται,* cum qua scriptura ait facere versionem Thomae et Scoti. Aldina cum Vat. Reg. *οὐδὲν οὔτε πεζὸν οὔτε πτηνὸν ἐκ τῆς γῆς τὴν τροφὴν π.* Reliquae Edd. *οὔτε* ante *ἐκ τῆς γῆς* addiderunt, in Reg. manus secunda *ἐστιν οὔτε* adiecit, quam scripturam Gaza etiam reddidit; eaque vera videri possit esse. Nam omisso verbo *ἐστὶν* diceret Philosophus, esse animalia aquatica quaedam simul terrestria et alia pennata. Sed Scaliger *πεζὸν* hic gressile interpretatur, et cancros aliaque *πορευτικὰ* intelligi censet. Albertus vertit: *sed nullum omnino talium quod recipit aquam et insuper ambulat in terra, est quod cibum venetur in terra.* Deinceps Medic. cum Edd. primis *αἵ τε μύδες* habet, et versio Thomae *mides.* Vitium corrigi iussit Sylburg, cui obsecutae sunt recentiores Editiones. Sed praeterea cum Gaza omittendum censeo *οἷον;* alioquin *ἔνια* vel *τινὰ* in-

telligendum ad verba *τῶν ἐλαττόνων ζώων*. Postea versio Thomae scripturam *ξηρῷ διάγει ἐν τῷ ὑγρῷ*, omissa particula *δὲ*, reddidit. Camus verba *τὰ δὲ πρὸς τῷ ξηρῷ* cum V. R. A. omisit. Gazae versio et haec et sequentia *διάγει δὲ ἐν τῷ ὑγρῷ* omisit.

3. *εἴ τι ἄλλο τοιοῦτόν*] Ita Med. cum versione Thomae. Ante Camum erat *τῶν τοιούτων*. Idem *ἄλλων* vulgo et in Med. et versione Thomae ante *τῶν κητωδῶν* additum cum V. R. A. omisit. Postea *αὐτῶν* pro *τούτων ἴσχει* ex Med. Vatic. et versione Thomae dedit Camus. Denique *φάλλαιναι* Medic.

οὐ γὰρ ῥᾴδιον] Ita cum Med. Canis. et versiones tres habent pro vulgato *οὐ μὲν ἴδιον*. Deinceps *τὸν ἀέρα τῷ πλευμονι* Junt. Camot.

4. *Τὰ δ' αὐτὰ τάττειν*] Ex Med. *τὰ δ' αὖ* assumsit Camus. Sequens *λαμβάνοντα ταύτην* vulgato *λαμβάνειν* idem ex Med. et versione Thomae substituit. Sed male statim idem Med. habet *καὶ δεχόμενοι*, vnde Camus effecit *δεχόμενα*. Vulgo erat *καὶ τὸ δεχόμενον*. Recte etiam Albertus: *necesse est, vt recipiant aquam in cibo suo, et quod superfluum cum cibo recipiunt humidum, necessarium est vt habeant instrumentum, per quod aquam superfluam eiiciant.*

5. *ἢ ὅσα δέχεται μὲν τὸ ὑγρὸν*] Audax Cami et temerarium factum mirari satis nequeo, qui nulla Codicum auctorite fretus edidit *πεζὰ δὲ, ὅσα δέχεται μέν*. Monet in R. A. deesse totum hoc membrum, et Scoti versionem indicare loci corruptelam. Scilicet Camum haec Scaligeri annotatio monuit: *Ita sibi contradicit: hoc enim supra negauit. Et mirum, cum terrestre animal spirans, puta vitulum marinum, appellauit ἔνυδρον a victu ex aqua et crasi: quare a victu e sicco non appellauit cordulum πεζὸν, praesertim πεζεύειν πεφυκός*. Supra vero initio sectionis 2. dixerat Philosophus: *τῶν δὲ δεχομένων τὸ ὑγρὸν οὐδὲν οὔτε πεζὸν οὔτε πτηνὸν, οὔτε ἐκ τῆς γῆς τὴν τροφὴν ποιεῖται.*

Potest tamen ita excusari, vt dicamus, ibi descriptionem eam animalium tradi in aquatica et terrestria, quam ipse postea vitiosam agnouit et demonstrauit. Praeterea cordulus vnicum est animal, quod exceptionem facit; cuius rationem in descriptione illa generali habendam non censuit Philosophus. Denique morem loquendi vulgarem vbique sequitur Philosophus, qui delphinem cum cetaceis ad aquatica animalia, vt pisces, item phocas, testudines, cancros et cordulum retulit, cum in aqua plurimum vitae tempus degant, nullamque respirationis organorum modique rationem habuit. Philosophus demum ratiocinando hanc diversitatem elicuit; ideoque animalia pulmonibus aerem respirantia, quae victum ex aqua petant, potius amphibia dicenda esse censuit. Ceterum annotari meretur, quod habet versio Thomae, qui h. l. reddidit scriptum ὅσα δέχεται μὲν ἀέρα ὑγρόν: *suscipiunt quidem aerem humidum et habent branchias.*

κορδύλος] Aldina cum Codice Med. Ambr. et versione Thomae (vbi est *cocodrillus*) habent κροκόδειλος. Albertus: *dicitur a quibusdam codylus, ab aliis autem sedos.* Camus ex versione Scoti *Codolor* posuit. Sequentia verba πορεύεται δὲ εἰς τὸ ξηρὸν καὶ λαμβάνει τροφὴν ex Mediceo adiecit Camus, eademque versio Scoti, Alberti et Gazae reddidit. De cordylo dixi supra ad I, 5, 3.

ἔοικεν ἡ φύσις] Vulgatum πέφυκεν ex Med. versione Thomae et Gazae correxit Camus. Deinceps διεψεῦσθαι habent Med. Canis. ὥσπερ ἀεὶ praeterea Med. Albertus vertit locum ita: *et natura istius est fere diuersa a natura omnium aliorum animalium. Amplius autem inter animalia est diuersitas ex hoc, quod mares quorundam et feminae quasi assimilantur in complexione, cum tamen ratio suadeat oppositum.*

6. Δηλοῖ δὲ] Sylburg malebat δῆλον ὅτι, Casaubon. δῆλον δέ. Sed Camus male retulit ad hunc locum Sylburgii coniecturam, quae pertinet ad sequens δῆλον ὅτι, vulgo

δηλονότι scriptum. Idem deinceps malebat τῷ πεζὸν καὶ τῷ ἔνυδρον εἶναι, interpretatus τῷ dictum pro διὰ τό. Juntina et Camot. alterum τὸ ante ἔνυδρον omisit. Postea vulgatum τόπους ex Med. Reg. versione Thomae, Gazae et Alberti correxit Camus. Gaza vertit: *Itaque terrestre etiam et aquatile esse modo vtroque praedicto, parte animalis exigua immutata, potest, vt alia terrestria alia aquatilia procreentur.* Non magis perspicue Scaliger: *Itaque secundum vtrumque locum tam terrestre quam aquatile sit, pusillis mutatis membris, contingit, vt aliqua euadant terrestria, alia aquatilia.* Albertus totum locum aliter ordinatum et scriptum ita conuertit: *Si autem sit totum corpus immutatum ab vnico membro, quod totum denominatur a complexione illius idropicum aut femineum: multo magis complexio totius corporis huius nomen dat et rationem, quod dicitur marinum animal aut aquaticum, licet spiret et vadat ad terram aliquando, ex quo hoc facit diuersitas in membris paruis, sicut dictum est. Hoc igitur animal propter huiusmodi complexionem erit marinum, licet sit aliquando ambulans ad terram. Haec enim est causa, propter quam accidit, quaedam animalia esse marina et quaedam ambulantia, et quaedam vtroque modo se habere, quae in complexione conueniunt cum vtrisque. Esse enim aquaticum vel terrestre aut vtrumque simul est eis coniunctum cum materia, ex qua primo complexionaliter creata sunt: et ideo quaeritur cibus eorum ex proportionatis materiae primae sibi complexionali siue in terra siue in aqua: quoniam, sicut diximus, quodlibet animal diligit cibum suae complexioni similem. Non enim diuidimus animal in ambulans et natans, nisi propter tres causas* etc. Primum apparet, eum in altero membro scriptum legisse hoc fere modo: διὸ συμβαίνει γίνεσθαι — ἔνυδρα τῶν ζώων, τὰ δ' ἐπαμφοτερίζειν διὰ τὸ τῇ κράσει ἐοικέναι ἀμφοτέροις. Similiter versio Thomae habet: *propter quod accidit fieri haec quidem.* Is igitur pariter legit scriptum

διὸ συμβαίνει. Deinde in priore membro, quod Albertus posterius fecit, scriptum videtur legisse *καὶ γὰρ τὸ πεζὸν ἢ τὸ ἔνυδρον εἶναι ἢ τὸ κατ' ἀμφοτέρους τοὺς τρόπους ἔχειν ἐστὶ* (vel *γίγνεται*) *διὰ τὸ μετέχειν τι τῆς ὕλης* etc. Equidem scripturam loci vitiosam esse video, medelam certam nondum reperi, sed meliores Codices expectandos censeo. Hoc tamen satis certum mihi videtur, scribendum esse continue: *καὶ τὰ μὲν οὐκ ἐπαμφοτερίζειν, τὰ δ' ἐπαμφοτερίζειν, διὰ τὸ μετέχειν* etc. Infinitum modum ex Mediceo annotauit Camus, itaque cum vulgato *ἐπαμφοτερίζει* bis substitui. Codex R. et A. membrum *τὰ δ' ἐπαμφοτερίζει* omisit. Causa etiam addita, *τὸ μετέχειν τι τῆς ὕλης — τροφήν,* pertinere mihi videtur non solum ad animalia *ἐπαμφοτερίζοντα* vel. amphibia, sed ad illa etiam, quae simpliciter sunt vel *ἔνυδρα* vel *πεζά.* Deinde suspicor, geminum membrum ita fere fuisse scriptum: *Καὶ τὸ πεζὸν δὲ καὶ τὸ ἔνυδρον εἶναι κατ' ἀμφοτέρους τοὺς τρόπους ἐν μ. μ. γιγνομένη μεταβολὴ ποιεῖ· ὥστε γίγνεσθαι τὰ μὲν πεζὰ τὰ δ' ἔνυδρα τῶν ζώων· καὶ τὰ μὲν οὐκ ἐπαμφοτερίζειν τὰ δ' ἐπαμφοτερίζειν συμβαίνει διὰ τὸ μετέχειν* etc. Hac leuissima mutatione et transpositione verborum, additoque verbo *ποιεῖ* mihi sententia satis commode reconcinnari posse videtur.

CAPVT III. (vulgo adhuc CAP. II.)

Διῃρημένων δὲ — τριχῶς] Respicit descriptionem initio Capitis 2. factam, vbi vulgo *διχῶς* legebatur. Quod cum animaduertisset h. l. Scaliger, correctionem illius loci suam confirmare hac auctoritate non potuit. Pessime autem Camus vertit: *Disons donc maintenant, que les Animaux peuvent être aquatiques ou terrestres de trois manières.* Secundum descriptionem antea factam Philosophus nunc victum et vitam animalium enarrare incipit. Caput igitur nouum cum Scaligero fecimus.

τὰ μὲν γὰρ — ἀκολουθοῦσι] Recte antea erat *ἀκολου-*

θοῦσιν οἱ βίοι κατὰ ταύτας τὰς διαιρέσεις: nunc subito ad animalia ipsa transferens verbum dicit τὰ μὲν — ἀκολουθοῦσι κατὰ τὴν κρᾶσιν καὶ τὴν τροφὴν (haec quatuor καὶ τὴν τροφὴν ἀκολουθοῦσι V. R. A. omittunt) τὰ δὲ τῇ κράσει καὶ τοῖς βίοις μόνον (ἀκολουθοῦσι). Gaza repetitione ingrata verbi offensus videtur posuisse in altero membro *degent.*

2. ζώων τὰ μὲν ἀκινητίζοντα] Medic. ἔνια μὲν κινητίζοντα. Deinceps διηθεῖται γὰρ ἴδια τῶν πυκνῶν Vatic. Ambr. τὰ πυκνὰ esse τῆς θαλάττης monuit Scaliger. Postea vulgatum συμπεττομένης, quod Gazae *mari concocto,* in συμπεττόμενον male mutauit Camus. Noster enim Meteorol. 2, 3. ἔν τε γὰρ τοῖς σώμασι τὸ ἀπεπτότατον ἁλμυρὸν καὶ πικρὸν — τὰ δὲ πεττόμενα πάντα συνίστασθαι πέφυκεν. Rectius idem γένεσιν vulgato κίνησιν substituit ex Med. Junt. Camot. et versione Thomae. In Regio manus secunda σύστασιν correxit. *quemadmodum et primo naturae ortu instituuntur* vertit Gaza. Albertus: *cum enim aqua salsa transit per subtiles poros et saepius sic colatum,* (sic) *efficitur subtilis in partibus, et reuertitur ad primam dispositionem aquae dulcis.*

καὶ τοῦτο διηθεῖσθαι] Vulgatum ταύτῃ ex Med. et versione Thomae correxit Camus. Deinceps τισὶ vulgo ante πεῖραν additum cum Med. et versione Thomae omisit idem. Postea κήριον Junt. Camot. Noster Meteorol. 2, 3. ἐάν τις ἀγγεῖον πλάσας θῇ κήρινον εἰς τὴν θάλατταν περιδήσας τὸ στόμα τοιούτοις, ὥστε μὴ παρεγχεῖσθαι τῆς θαλάττης· τὸ γὰρ εἰσιὸν διὰ τῶν τοίχων τῶν κηρίνων γίγνεται πότιμον ὕδωρ. vbi scribendum esse καθῇ pro θῇ, docet hic noster locus. Verbum περιδήσας male Gaza interpretatus est *annexa linea,* quem sequitur Camus. Scaliger *obligatum* vertit et praepositionem περὶ abundare censet. Male omnes, vt alter locus comparatus docet. Hunc nostrum ita excerpsit Aelianus H. A. 9, 64. εἴ τις ἀγγεῖον ἐκ κηροῦ ποιήσας κοῖλον καὶ λεπτὸν καθείη κενὸν ἐς τὴν θάλατταν, ἐξάψας

ποθὲν, ὥστε ἀνιμήσασθαι δύνασθαι, νυκτὸς δὲ διελθούσης καὶ ἡμέρας ἀρύεται πεπλησμένον γλυκέος τε καὶ ποτίμου ὕδατος μεστὸν αὐτό. Vbi vulgatum *καθίῃ* Vindobonensis Codex vterque mutat in *καθήκειν.* Vides Aelianum pariter in interpretando verbo *περιδήσας* aberrasse, cum alterum locum non comparasset. Plinius 31. s. 37. *Item demissae reticulis in mare concauae e cera pilae vel vasa inania obturata dulcem intra se colligunt humorem. Nam in terra marina aqua argilla percolata dulcescit.* Albertus ita hunc locum vertit: *si acceperit quis terram glutinosam et fecerit ex ea vas spissum concauum* etc. Addit quosdam de vase cereo narrare, sed ceram aquae frigiditate nimia durari et poros claudi.

3. *ἀκαλῆφαι*] Junt. Camot. Ambr. *ἀκαλύφαι.* De vrticis quae traduntur, explicare sum conatus supra ad 4, 6. Sequens *εἶναι* omittit R. A. Postea *χρῆται* vulgatum ex Med. Vat. R. correxit Camus. Membrum *καὶ αἱ λεπάδες — τρέφονται* tanquam spurium seclusi, et alienum in locum translatum ex libri 5. cap. 16. De iis enim, quae mouentur, sequitur mox: *ὅσα δὲ κινητικά.* Ceterum versio Thomae *lopides* habet. Albertus locum ita peruertit: *Animal vocatum kalyca — os autem huius animalis est orificium, quod os suum circumstat, licet in paruis sit occultum, tamen cognoscitur in magnis animalibus et inuenitur in eis aliquantulum extra viam, per quam trahunt cibum primum.* Deinde pro ostreo nominat *anastura,* pro lepade *lensadon,* pro purpura *barcora,* pro conchyliis *kacalos.*

4. *τὰ κογχύλια*] Vulgatum *τά τε* corrigi iussit Sylburg et copulam *τε* omisit versio Thomae et Gazae. Sequitur vulgo *ἰσχυρότερον,* quod ex Med. et versione Thomae correxi. Sequens *ἀπεσθίει* Gaza male *deuorant* vertit, quem sequitur Scaliger et Camus, cum tamen ipse ordo postpositi *κατάγνυσι* doceat, esse potius defringere vel praefringere vel deminuere.

5. *λίθους καὶ ἰλὺν*] Vulgatum *ὕλην* ex Canis. corrige.

Thomas *faecem*, Gaza *limum* vertit. Male Camus ὕλην καὶ ἰλὺν edidit. φυκία Thomas *eiecturas* vertit. φυκίαν habet Reg. Vulgo scribitur φύκια. Verba καί τις συμβαίνει — ἐνίοις omisit Gaza. Scaliger vertit: *ac sane hostilis animi affectus in orbem recurrens in horum nonnullis est.* Languide et falso. Neque enim de odio et inimicitiis mutuis solum dicere voluit; sed vtitur vocabulo de tragoediarum casibus frequentato, vbi repentina fortunae mutatio in contrarium περιπέτεια dicitur, vti τύχη et πράγματα περιπετῆ. Quanquam hoc nostro in loco H. Stephanus in Thes. Gr. L. simpliciter περιπέτειαν euentum mirabilem, θαυμάσιον σύμπτωμα interpretari maluit.

αἴσθωνται] Ambr. ἴδωνται habet. Aelianus H. A. 10, 38. φοβερός ἐστι καὶ ἰσχυρὸς τῷ καράβῳ ὁ πολύπους· ἐὰν γοῦν ἁλῶσί ποτε δικτύῳ ἑνὶ, οἱ κάραβοι τεθνήκασι παραχρῆμα. vbi recte *Jacobs* φόβος scribi iussit. Plinius 9. s. 88. *Polypum in tantum locusta pauet, vt, si iuxta vidit, omnino moriatur. Locustam conger: rursus polypum congri lacerant.* vbi post *conger* intellige *pauet*, nisi cum Pintiano scribere malueris *Locustae congros*. Ceterum Scaliger verba διὰ γὰρ τὴν τραχύτητα (male Vat. R. ταχύτητα) οὐκ ἐξολισθαίνουσιν αὐτῶν statim subiunxit narrationi de timore locustarum post verba διὰ τὸν φόβον, quae vulgo leguntur post illa, οἱ δὲ κάραβοι τοὺς γόγγρους. Rationem emendationis hanc edit, quod carabus vel locusta, quae vincit congrum, aspera sit, nec possit dici propter asperitatem facile vinci, nec elabi e potestate congri. Contra polypum ideo timet locusta, quia facile propter asperitatem suam ab eius acetabulis retinetur et constringitur brachiis. Itaque vbi sequitur: οἱ δὲ κάραβοι τοὺς γόγγρους· οἱ δὲ γόγγροι τοὺς πολύποδας κατεσθίουσιν· οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς διὰ τὴν λειότητα δύνανται χρῆσθαι· rationem additam, οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς διὰ τὴν λειότητα δύνανται χρῆσθαι, refert ad solos polypos et congros; horum enim laeuitatem facilius elabi polypi acetabulo quam locustae asperitatem. Nec

valet ea ratio de congris superatis a locusta. Potest tamen dubitari, quid sit, cur conger polypi brachia et acetabula elabatur laeuitate sua, non item locustae asperitatem, quae multo minus valet, quam brachia et acetabula polypi? Gaza vertit: *Congri polypos superant, sed edere non possunt: laeue enim et lapsum polypi corpus vsum hostis effugit.* Igitur scriptum legit ἀλλ' οὐ κατεσθίουσι, quam scripturam a secunda manu positam in Regio reperit Camus. Falsam eam conuincit Scaliger monens, infra brachia polypi exesa a congro memorari. Scoti versio habet: *ionagros comedit multipedem et vincit ipsum propter eius muscositatem.* Alberti: *ionacoros autem interius a karabo vincit multipedem siue polypum et comedit eum, qui comedit. Et vincit karabo, propter viscositatem tamen eius adhaeret inseparabiliter polypo, et non potest abstergi ab ipso, donec vicerit et comederit eum. Similiter autem omnes modi malachie comedunt carnem.* Idem Albertus in membro illo dubio, de quo nunc disputatur, τραχύτητα interpretatur *asperitatem forficum* locustae. Hucusque probabilis videri possit emendatio Scaligeri; at eam plane conuellit accuratior comparatio vtriusque membri iuxta se positi. Vt enim in posteriore polypi dicuntur οὐδὲν δύνασθαι χρῆσθαι congris, sed ab iis vinci, διὰ τὴν λειότητα, propter laeuitatem non suam sed congrorum; ita plane in priore congri dicuntur vinci a locustis, quoniam non possint elabi ab eis, διὰ τὴν τραχύτητα, propter asperitatem non suam sed locustae. Itaque nihil mutandum in vulgari lectione censui. Rationem, qua polypus locustam vincit, copiose enarrat Oppianus Halieut. 2, 389. sqq. vnde pauca decerpsit Aelianus H. A. 9, 25. Polypi, muraenae et locustae mutua odia et inimicitias cecinit idem versu 253. et sequentibus, vnde transtulit Aelianus 1, 32. Denique monendum, δύνανται pro δύναται Sylburgium primum edidisse ex C. Gesneri emendatione, quanquam non consentientibus libris scriptis. Sed ecce Antigonus, qui cap. 99.

hunc locum excerpsit. Is Scaligeri crisin plane euertit omnem: *τῶν δὲ καράβων τους πολύποδας κρατεῖν· οὐθὲν γὰρ ὑπὸ τῶν ὀστρακων πασχειν· τῶν δὲ πολυποδων τοὺς γόγγρους· οὐθὲν γὰρ αὐτοῖς διὰ την λειότητα δύνασθαι τὸν πολυποδα χρῆσθαι· τοῦ δὲ γόγγρου κάραβον· οὐ γὰρ ἐξολισθαίνειν αὐτὸν, ἀλλὰ κατατέμνεσθαι διὰ τὴν τῶν ὀστρακων τραχυτητα.* Vides igitur Antigonum in libro suo scriptum legisse *διὰ τὴν λειότητα δυναται χρῆσθαι ὁ πολύπους*. Hinc pertinaciter Codices scripti retinent *δυναται*. In altero membro Antigonus scriptum legit *διὰ γὰρ τὴν τραχύτητα τῶν ὀστράκων οὐκ ἐξολισθαίνουσιν αὐτοὶ, ἀλλὰ κατατέμνονται.* Ita statim apparet, asperitatem referri non ad congrum, sed ad locustam. Denique in primo membro causam additam legit, quae hodie in libris nostris desideratur, culpa, vt videtur, librariorum: *οἱ πολύποδες κρατοῦσι· οὐθὲν γὰρ ὑπὸ τῶν ὀστράκων πασχουσιν· ὥστε κἂν* etc. Nec est, quod quisquam cum Beckmanno causam ab Antigono additam ipso suspicetur; hoc enim est contra morem eius scriptoris; et concinnitas sententiarum in Aristotelis oratione flagitat causam parem vel similem primo membro addendam. Accedit, quod Aelianus H. A. 9, 25. vbi pugnam polypi cum locusta enarrat, pariter habet: *ὅταν αὐτῷ τὰς πλεκτανας περιβάλῃ, τῶν μὲν ἐπὶ τοῦ νώτου ἐκπεφυκότων αὐτῷ κέντρων ποιεῖται οὐδεμίαν ὤραν.*

Τὰ δὲ μαλάκια πάντα σαρκοφάγα ἐστὶ] Recte monuit Scaliger, haec verba, quanquam ab historia praesenti polyporum non abhorreant, tamen extra hanc historiam esse. Igitur reposuit ea ad initium capitis sequentis; equidem secludi malim. Ceterum redit nunc oratio abrupta ad superius membrum et cum eo connectitur, vbi erat *οἱ δὲ κάραβοι κρατοῦσι μὲν καὶ τῶν μεγαλων ἰχθύων.* Illi enim *μὲν*, orationis imperfectae indici, respondet et perficit orationem postpositum *δέ*.

6. *πελαγεσιν ἐν τοῖς*] Male e Camot. *καὶ* ante *ἐν τοῖς* inseruit Sylburgius, quam copulam cum Codicibus, versione

Thomae et Gazae iterum omisit Camus. Ceterum dura et non satis apta mihi videtur oratio in illis, *καὶ γὰρ — γίγνονται τόποις — ἐν τοιούτοις γὰρ ποιοῦνται τὰς θαλάμας:* bis enim idem dicitur inserta particula *γὰρ*, quae causam hic nullam reddit in altero membro. Male etiam Scaliger vertit: *Namque in alti maris eiusmodi habitant locis, quae sunt aspera ac scrupea, in quibus cubilia sua habeant.* Gaza contra orationem emolliuit vertendo: *circa sua cubilia, quae in alto locis asperis, saxosis cauernosisque faciunt.* Nihil praeterea addidit. *γίγνονται* est *nascuntur.* In iisdem igitur locis et nascuntur et habitant et pascuntur. Quare malim scriptum: *ἐν τοιούτοις δὲ καὶ ποιοῦνται τὰς θαλάμας.*

εἰς τοὔμπροσθεν] Ita Med. pro *εἰς τὸ πρόσθεν.* Sequens *ἐξακοντίζει* Gaza vertit *sua cornua porrigit*, Thomas *tendit cornua.* Albertus: *quando autem est in angustia, retrocedit natando attractione et extensione caudae.* Quid hoc varietatis? vnde habet? Verum quidem est, quod noster ait supra 1, 5. *τὰ δὲ σκληρόδερμα ὡς κάραβος τοῖς οὐραίοις νεῖ τάχιστα.* Magis adhuc miraberis varietatem in Aeliano H. A. 9, 25. qui hunc locum ita excerpsit: *ὅταν ἀδεὴς ᾖ, πορεύεται ὅδε ὁ ἰχθὺς πρόσω πλαγιάσας δεῦρο καὶ ἐκεῖσε τὰ κέρατα, ἵνα μὴ πρὸς ἐναντίον τῇ νήξει τὸ ὕδωρ ἰὼν, εἶτα ἀνακαστέλληταί οἱ τὰ κέρατα, καὶ ἐμποδίζηται πρόσω χωρεῖν· εἰ δὲ φεύγει τὴν ὀπίσω ἰὼν, παρῆκεν αὐτὰ τελέως· τὸ δὲ αἴτιον, ὡς κώπαις ἐρέττων καὶ ὑποκινῶν δίκην πορθμίδος πολὺ ἀποσπᾷ.* Causam in latera declinatorum cornuum eandem fere reddidit Albertus: *ambulat caute naturaliter ad anterius super pedes suos inclinando cornua sua longa ad latera, ne impediant ambulationem, et tunc venatur forfice manus.* Varietatem narrationis in Aeliani verbis *παρῆκεν αὐτὰ τελέως* animaduertit etiam C. Gesner Aquatil. p. 576. sed causam et originem explicare non potuit.

ἐξαίροντες καὶ τύπτοντες] Aelianus l. c. *εἰ δὲ γένοιτο*

μάχῃ καράβων, εἰς ἀλλήλους τὰ κέρατα ἐγείροντες, εἶτα ὡς κριοὶ ἐμπίπτοντες προσαράττουσι τὰ μέτωπα. Post verba *τοῦτον ζῇ τὸν τρόπον* Scaliger superius alieno loco locata, huc translata posuit: *τὰ δὲ μαλάκια πάντα σαρκοφάγα ἐστί.* Sed sequentia *τῶν δὲ μαλακίων* non bene conueniunt cum illo supplemento.

7. *ἐξαιροῦντες*] Junt. Camot. *ἐξαίροντες.* Deinceps Med. *ἀπεδυδεμένας.* Ambr. *ἐπιδηδεσμένας.* Voluit vterque dare *ἀπιδηδεσμένας.* Plinius 9. s. 46. *Vescuntur conchyliorum carne, quorum conchas complexu crinium frangunt: itaque praeiacentibus testis cubile eorum deprehenditur. — Ipsum brachia sua rodere, falsa opinio est: id enim a congris euenit ei: sed renasci, sicut colotis et lacertis caudas, haud falsum.* Ceterum fabulam de polypo se ipsum comedente ex vulgi narratione prodidit etiam Hesiodus aliique. Congrum h. l. Albertus *onyerex* nominauit.

CAPVT IV.

τοῖς μὲν κυήμασι] Male Albertus *pullis gatahe,* vti is polypum vocare solet: statim congrum vocat *onagrum. μόνον* antecedens omittunt V. R. A. Postea vulgatum *χαῦναι* Sylburgius corrigi iussit, et Camus in *χάναι* mutauit, qui in Med. et Vat. vt in editis *χάνναι* esse ait. Versio Thomae *chanae* habet. *ὀρφοὶ* eidem *orfi, συνόδοντες, synodontes, τρίγλαι, treme, φυκία, eiecturae.* Camus ex Regio annotauit scripturam *καὶ ὀρφοὶ καὶ ὄροφος,* ex Ambr. *καὶ ὄροφοι,* ex versione Thomae *et orfi theuthes marinae.* Sed in Lipsiensi libro scriptum reperi: *amiae et orfi tenches marinae et muraenae.* Infra c. 13. orphum vertit *tinitam,* cap. 15. *tencham,* id est tincam marinam; igitur etiam h. l. *tenchae marinae* scribendum est, quae verba glossator addidisse videtur.

οἱ δὲ κέφαλοι τῷ βορβόρῳ] Hoc membrum e Camotiana addidit Sylburgius, omissum etiam in V. R. A. versione Thomae et Scoti. *δάσκιλλος* Gazae *dasquilli,* Thomae *das-*

carus, sed Camus e suo libro *dalcillus* annotauit in Indice nominum. Hesychius simile nomen habet βάσκιλλος, quod interpretatur κίσσαν, picam. In cibo dascilli nominatur καὶ κόπρῳ, sed Med. καὶ καρπῷ et versio Thomae *et fructu* habet.

σάλπη τῇ κόπρῳ] Alberti versio: *tharyca cibatur herbis paruis, keleka autem cibatur stercore.* Supra σάλπην verterat *celeti.* De salpa dixi in Histor. litter. Pisc. p. 94. et 95. Massilienses hodieque *Saupe* nominant, auctore Brunnichio p. 46.

πράσιον] *porrum* vertit Gaza, *brasium* Albertus. Med. etiam βράσιον habet. Deinceps κολοκύντῃ Juntina, Camot. more Attico. In Vat. desunt verba βόσκεται δὲ καὶ πράσιον, θηρεύεται δέ. Salpae capturam docet Oppianus Hal. 3, 414. sqq.

2. ἀλλὰ μάζῃ] *offa panis* Gazae et Scaligero. Oppianus Halieut. 3, 485. escam hamo indit massam ex pane, caseo et mentha commistam. Sequens φύκει Thomas *eiecturis* vertit, vt solet φυκία interpretari; Gaza *alga.* Deinceps Junt. Camot. Med. et Venetus χελῶνα. Vulgatum χειλῶνα in χείλωνα mutabat C. Gesner. Scripturam χελλῶνα approbare videtur glossa Hesychiana: χελμὼν, ἰχθύς ποιός. Pro πρόσγειος Scaliger vitiosam scripturam nescio cuius libri προσγήρως annotauit. Postea παρέας Med. Venet. Versio Thomae *pareas*, vti refert Camus. Ambr. habet ὁ δὲ περαίας οὐ τὴν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ μύξαν. Gaza vertit: *alter generis eiusdem translittoranus est, qui non nisi mucore vescitur suo: quam ob rem semper ipse ieiunus est.* Cum Gaza C. Gesner in Mugile p. 656. locum ita scribendum censuit: πρόσγειος· ὁ δὲ περαίας· οὐ βόσκεται δὲ ὁ περαίας ἀλλ᾽ ἢ μύξαν τὴν etc. Scoti versio: *Karaber non pascitur, sed cibatur ab humiditate viscosa, quae exit ab ipso.* Albertus *Agreus karados* posuit. Denique Venet. τὴν ἀφ᾽ αὐτοῦ μύξαν habet, et vocem ἀεὶ omittunt V. R. A. Audi nunc Thomam Lipsiensem: *hic autem pereas. non pascitur autem*

pereas eam quae ab ipso etc. Similiter igitur verba distincta legit, vti sunt in Edd. pr. ὁ δὲ περαίας· οὐ βόσκεται δὲ ὁ περαίας μύξαν. Ex Juntina et Camot. Sylburg scripsit ὁ δὲ περαίας οὔ· βόσκεται δὲ ὁ περαίας μύξαν etc. Emendationem Gesneri ex Gazae Codice et versione ductam probare et recipere non dubitaui. Athenaeus 7. p. 307. hunc locum ita excerpsit: Ὁ κεστρεὺς καρχαρόδους ὢν οὐκ ἀλληλοφαγεῖ, ἅτε δὴ οὐδ' ὅλως σαρκοφαγῶν. Ἔστι δὲ ὁ μέν τις κέφαλος, ὁ δὲ χελλὼν, ὁ δὲ φεραῖος. Καὶ ὁ μὲν χελλὼν πρὸς τῇ γῇ νέμεται, ὁ δὲ φεραῖος οὔ· καὶ τροφῇ χρῆται ὁ μὲν φεραῖος τῇ ἀφ' αὐτοῦ γινομένῃ μύξῃ, ὁ δὲ χελλὼν ἄμμῳ καὶ ἰλύϊ. Λέγεται δὲ καὶ ὅτι τὸν γόνον τῶν κεστρέων οὐδὲν τῶν θηρίων κατεσθίει, ἐπεὶ οἱ κεστρεῖς οὐδένα τῶν ἰχθύων. vbi Codex Huraldinus φαραῖος habet. Ibi praeterea Edd. pr. habebant τῇ ἀπ' αὐτοῦ γινομένῃ μύξᾳ, quod ex Codd. mutauit Editor, qui recte comparavit Plutarchum de Solertia cap. 9. p. 154. ed. Hutten. κεστρέως δὲ γένος, οὓς παρδίας καλοῦσι, ἀπὸ τῆς μύξης τρέφονται τῆς ἑαυτῶν.

οἱ δὲ κέφαλοι νέμονται] Ex loco Athenaei supra posito χειλῶνες vel potius χελῶνες reponi maluit C. Gesner Aquatil. p. 563. quod non necesse est facere. Deinceps ἰλὺν pro ὕλην ex Gazae versione recte substituit Basileensis Editio et Sylburgiana; prauum est in Vat. Reg.

περιπλύνωνται] Vulgatum περιπλανῶνται τὸ βλένος ex Med. Canis. correxit Camus, vt ex Gazae versione fieri insserat Sylburg. Versio Thomae: *vt lauentur a sordibus.* Alberti: *vt abluat natando lutum.* βλέννος, vt paulo post βλεννώδεις, dedit Med. Canis.

ἀχάρνου] Vulgatum ἀρχάνου debetur Aldinae, Junt. Camot. Vatic. Gaza *archano* vertit. ἀρχάρνου Ambr. ἀχάρνου Reg. ἀθαρίνου Med. Canis. Venet. *atharino* versio Thomae; ego in Lipsiensi libro *acharino* scriptum legi. ἀράχνου Editio Basil. quam scripturam sequitur Gesner p. 2. et 83. Infra c. 19. ἀρχάνας legebatur scriptum, vbi Codd. optimi

ἀχάρνας habent. Alberti versio *haryoz* h. l. nominat. Hesychius habet ἀκάρναξ, λαβραξ, quam interpretationem forte duxit ex loco Aristotelis, vnde Athenaeus 7. p. 307. excerpsit haec: ζῶσιν οἱ κεστρεῖς, κἂν ἀφαιρεθῶσι τὰς κέρκους· ἀπεσθίεται δὲ ὁ μὲν κεστρεὺς ὑπο λάβρακος, ὁ δὲ γόγγρος ὑπὸ τῆς μυραίνης. Idem: Ἀχάρνα, εἶδος ἰχθύος. Tertio loco Ἄχερλα, ἰχθὺς ποιὸς habet, vbi ἄχερνα corrigunt. Formam ἄχαρνος e Callia comico Athenaeus posuit 7. p. 286. ἀκαρνᾶνας cum aliis, veluti phagris, chromidibus, anthiis, orphis, synodontibus, synagridibus nominat ex Hicesio p. 327. ex Diphilo p. 356. laudauit haec: ὁ δὲ καλούμενος ἀκαρνὰν γλυκύς ἐστι καὶ παραστύφων, τρόφιμος δὲ καὶ εὐέκκριτος. Semel inter pisces marinos nominatur *acharne* a Plinio 32. s. 53. Quae de genere et forma piscis suspicantur viri docti, sunt omnia incerta et dubia.

3. κοιλία περιτείνεται] *ventre distento grauescit, et nisi ieiunus sit, haeret iners*, vertit Gaza. *et ideo etiam multum distendit stomachum ad cibum versus os suum, ita quod forte eiicit ipsum. Malus autem est hic piscis, quando est ieiunus, et cum est in timore*, etc. Albertus. Post φαῦλος ex Camotiana Sylburgius inseruit κεῖται, quod Gaza videtur reddidisse *haeret*. Sed recte id verbum cum Codd. omisit Camus; damnauit etiam Scaliger, qui scripturam ὅταν ᾖ μὲν νῆστις tanquam vulgarem recepit et probauit, cum tamen ipse fateatur, Venetos etiam hodieque ieiunos mugiles praeferre plenis, quanquam his pinguedine cedant; nam intestina plenorum limum olere. Idem de Atheniensium mugile testantur loca scriptorum posita ab Athenaeo 7. p. 307. vnde ille tamen male collegit, ὅτι κεστρέων εἶδος οἱ νήστιες. Ceterum κεστρέα cum reliquis speciebus comparauit gustu Hicesius et ita discreuit apud Athenaeum p. 306. ἄριστοι δ' εἰσὶν οἱ κέφαλοι καὶ πρὸς τὴν γεῦσιν καὶ πρὸς τὴν εὐχυλίαν· δεύτεροι δ' εἰσὶ τούτων οἱ λεγόμενοι κεστρεῖς· ἥττονες δ' οἱ μυξῖνοι (Edd. antiquiores μύξινοι)·

καταδεέστεροι δὲ πάντων οἱ χελλῶνες. Οἱ δὲ λεγόμενοι βάκχοι εὔχυλοί εἰσι σφόδρα etc. Male ibi scriptum etiamnum editur: *χελλῶνες, οἱ λεγόμενοι βάκχοι· εὔχυλοι δ᾽εἰσὶ σφόδρα.* quasi labeones etiam bacchi dicantur. Consentit Diphilus ibidem 8. p. 356. *κέφαλοι, κεστρεῖς, μύξινοι, χελῶνες — ὅμοιοί εἰσι κατὰ τὴν προσφοράν· τοῦ δὲ κεφάλου καταδεέστερός ἐστιν ὁ κεστρεὺς, ἥσσων δὲ ὁ μύξινος, τελευταῖος ὁ χελών.* vbi male nupera Editio librorum scriptorum lectionem prauam *κολῶνες — κόλων* restituit. Finem narrationis vertit Plinius 9. s. 26. *Mugilum natura ridetur, in metu capite abscondito, totos se occultari credentium.*

ἡ χάννα] Vulgatum *χαύνη* ex Med. correxi. *Χάνη* dedit Camus, qui paulo antea et post ex Junt. Camot. *σινόδων* reuocauit. Hunc locum de channa laudauit Galenus *περὶ φυσικῶν δυνάμεων* p. 112. Tom. I. ed. Basil. Versio Thomae *canna* habet. Sequens *καυλίον* annotauit quidem Hesychius, sed non explicuit: *καυλίον*, inquit, *ὃ κατανέμονται οἱ ἰχθύες.* Versio Thomae: *immunditias et eiecturas et vocatum kaulium.*

φυκὶς] Vat. Reg. *οἱ δὲ φύκες* bis habent, et deinceps *ἅπτονται.* Sed in Regio correctum *οἱ δὲ φυκίνες.* Post *πολλάκις* particulam *δὲ* omisit Reg. et Gaza vertit: *tamen squillas saepenumero appetunt. Sed alter etiam inuadit* etc. Thomas: *carnem non tangit, nisi caridas. Saepe autem et inuicem.* Verba *ὥσπερ εἴρηται* omisit Med. et versio Scoti.

4. *θύννος*] Vulgatum *θυννὶς* ex Med. versione Gazae et Thomae correxit Camus, qui ex suo Codice Thomae *thyrus* apposuit; in Lipsiensi ego *thinnus* reperi scriptum. Deinceps *σαργὸς* Venetus, *sarga* versio Thomae. *τῇ τρίγλῃ* vulgato *τὴν τρίγλαν* ex Med. Canis. Veneto substitui. Recte Gaza vertit: *Sargus mulli reliquias sequitur.* Thomas: *depascitur ipsam treilia.* Albertus: *catitegoz comedit targulam et maxime cum cauat lutum. ἐπιλέγεται* nullo sensu habent V. R. A. Sequens *κινήσασα* in *κυκήσασα* mutatum maluit Sylburg nullam ob idoneam causam. Vulgato postea

ἡ τρίγλη ex Med. τρίγλα substitui. Plinius 9. s. 30. *lutarium* (mullum) *semper comitatur sargus nomine alius piscis, et coenum fodiente eo, excitatum deuorat pabulum.* Simile quid de blennio galturigine narrat Forskael p. 23. Denique συνεπινεῖν Med. et Canis. Vertit Thomas *adnatare similiter.* Gaza etiam: *ne eodem adnatent.* Sargus, si similitudinem nominis sequaris, est, qui hodie *Sar* vocatur. Eundem fere victum habet cum Sparo aurato, sed dentes minus fortes. Piscatores eum inescant pasta ex farina, caseo sardinisque facta. *Du Hamel, Partie II. Sect. IV.* §. *59.* Sed verus veterum scriptorum sargus videtur esse, quem idem Du Hamel l. c. in Prouincia Gallica *Sarg, Sarguet,* Venetiis et in Languedocia *Sargo,* Romae *Sargone* vocari ait §. 75. *Planche IV. fig. 14.* In eum pleraque conueniunt, quae Du Hamel refert, nescio an ex recentiorum obseruatione. Captura etiam manu inter rupium fissuras consentit cum loco Oppiani Halieut. 4, 597. Sed sargus hic posterior taenias brunneas circulares, prior seu *Sar* longitudinales habet. Cetera de sargo dixi in Histor. litter. Pisc. p. 90. 91.

ἰχθύων ὁ καλούμενος] Vulgatum καὶ ὁ ex versione Thomae correxi. Omisit etiam καὶ versio Gazae, quem sequitur Camus. Sequens μόνος vulgato μόνον substitui, quod defendere, intellecto ζῶον, nemo facile audebit.

τοῖς στόμασι] Vulgatum in τοῦ στόματος ex Med. Canis. et versione Thomae mutare volui, vbi est *ex opposito oris.* Gaza vertit: *a fronte agitur ore captura.* Sed conatum retudit diligentior consideratio et comparatio loci de Partibus 4, 13. vbi est: ἔχει δὲ καὶ περὶ τὸ στόμα διαφοράς· τὰ μὲν γὰρ κατ' ἀντικρὺ ἔχει τὸ στόμα καὶ εἰς τὸ πρόσθεν, τὰ δ' ἐν τοῖς ὑπτίοις, οἷον δελφῖνες καὶ τὰ σελαχώδη· καὶ ὕπτια στρεφόμενα λαμβάνει τὴν τροφήν· φαίνεται δὲ ἡ φύσις οὐ μόνον σωτηρίας ἕνεκεν ποιῆσαι τοῦτο τῶν ἄλλων ζώων· ἐν γὰρ τῇ στρέψει σώζεται τἄλλα δὴ βραδύνοντα· (*saluantur a tardantibus* versio Thomae. Videtur igitur

βραδυνόντων scribendum) *πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα ζωοφάγα ἐστίν· ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ μὴ ἀκολουθεῖν τῇ λαιμαργίᾳ τῇ περὶ τὴν τροφήν· ῥᾷον γὰρ λαμβάνοντα διαφθείροιτ' ἂν διὰ τὴν πλήρωσιν ταχέως· πρὸς δὲ τούτοις περιφερῆ καὶ λεπτὴν ἔχοντα τὴν τοῦ ῥύγχους φύσιν οὐχ οἷόν τ' εὐδιαίρετον ἔχειν.* Vulgatum igitur bene habet; cartilaginei enim ora non habent aduersa et recta, sed supina, igitur minores pisces non capiunt nec ipsi natant oribus aduersis. Sequens *νεῖν* omisit Med. Postea *ὕπτιοι ἅπαντες λαμβάνουσι* Edd. pr., excepta Camotiana, et V. R. A. *τρόπον οἱ μὲν οὖν ἄλλοι νεῖν* habet Camotiana. Denique vulgatum *δοκῶσιν* correxi, quod Sylburg in *δοκῷεν* vel *δοκοῖεν* mutatum voluit. Versio Thomae: *omnino videntur pauci esse.* Reg. ex correctione habet *πάμπαν ἂν ἐσώζοντο ὀλίγοι*, vt Gaza vertit: *alioqui pauci admodum seruarentur.* Plinius 9. s. 40. *omnia autem carniuora sunt cartilaginea et supina vescuntur.* Idem sect. 7. *velocissimum omnium animalium, non solum marinorum, est delphinus, ocyor volucre, acrior telo: ac nisi multum infra rostrum os illi foret medio paene in ventre, nullus piscium celeritatem eius euaderet. Sed affert moram providentia naturae; quia nisi resupini atque conuersi non corripiunt: quae causa praecipue velocitatem eorum ostendit.*

5. *ἐγχέλεων*] Med. Reg. *ἐγχελύων*. Sequens *πλεῖσται* omisit Vat. et Ambr. *τὰ πλεῖστα* malebat Scaliger. Verba *ἀεὶ καὶ ἐπιῤῥέον* omisit Camotiana, et possunt commode abesse. Deinceps scriptum *ὀλίγαι τινὲς ἐνιαχοῦ*, omisso *καί*, reddidit Thomas: *paucae quaedam alicubi — frumento.* Post *πλαταμώνων* est in margine Reg. adscriptum, vti habet Editio Duvalliana anni 1629. Med. *πλατάμων* habet. Versio Thomae: *in locis amplis, ne puluerizentur looa anguillarum.* Expressit igitur scripturam *μὴ κονιῶνται οἱ ἐγχελεῶνες.* Med. et Venetus *κονιῶντες* habet, quod vero propius mutaui in *κονιῶσι* et vulgato *κονιῶνται* substitui. In Veneto *κονιῶνται* suprascriptum esse dicitur. Camus vul-

gatum ἢ ex Vatic. mutauit in ἤ, et locum vertit: *Ceux qui nourrissent des anguilles ont soin pour tenir l'eau du vivier claire, ou d'y entretenir un courant, ou de le sabler.* Pessime; nec enim πλαταμῶνας reddidit, et male κονιᾷν interpretatus est. Gaza vertit: *per ripas, vbi viuaria extruunt.* Scaliger: *in fossis, vbi opere tectorio induunt viuaria.* Idem πλαταμῶνας interpretatur loca excauata, a capacitate latiore dicta, et comparat locum Oppiani Halieut. I. versu 121. de anguillis: ἐκ ποταμῶν πλαταμῶσιν ἐνιχρίμπτουσι θαλάσσης. Saxum planum et latum in littore maris Apollonius 1, 365. λεῖον πλαταμῶνα vocat, Aratus 993. nubem incumbentem late mari comparat cum πλαταμῶνι, vbi Scholia interpretantur ἀγχιβαθὴς καὶ ἐπιμήκης πέτρα. Addunt: πλαταμὼν δὲ πέτρα ὀλίγον ἐξέχουσα τῆς θαλάττης, λεία τις οὖσα καὶ ὁμαλὴ καὶ πλατεῖα. Oppianus Halieut. 5, 650. de spongiis: οἱ δὲ φύονται ἐν νεάτοις πλαταμῶσιν, ἀρηρότες ἐν σπιλάδεσσι. Polybius 10, 48. in alueo fluminis Oxi nominat μεγάλους πλαταμῶνας, quos fluuius praecipitans se ex alto excauet et perforet. Suidae et Hesychii glossae a nupero Editore ibi appositae parum ad rem faciunt. Auctor ineptus hymni in Mercurium versu 128. λείῳ ἐπὶ πλαταμῶνι posuit eodem sensu, quo Apollonius, et Strabo libro 12. p. 812. In Dioscoride 4, 74. verba: φύεται ἐν ὀρεινοῖς χωρίοις καὶ προσηνέμοις καὶ πλαταμῶσι vertunt *littoralibus petris.* Dionysius Periegetes Gangen ait λευκὸν ὕδωρ Νυσσαῖον ἐπὶ πλαταμῶνα κυλινδεῖν. vbi Eustathius interpretatur γῆς πλάτος, proprie autem dici ita ἐπὶ θαλάσσης ἐχούσης καὶ πέτρας ὑποκειμένας. Denique quod attinet scripturam Med. πλατάμων, ea forte defendi possit inde, quod ab hac forma deriuatum est πλαταμώδης, quo noster vsus est supra 5, 16. vbi vrticae marinae dicuntur esse duplicis generis; quasdam enim adhaerere immobiles ἐν τοῖς κοίλοις, alias esse, quae ἐπὶ τοῖς λείοις καὶ πλαταμώδεσι versentur, vbi nihil variant Codices. Gaza vertit: *aliae plana et littora amant.* Thomas:

in planis et in amplis et magnis. Albertus: *in loco planorum lapidum et non rotundis.* Videntur igitur Gaza et Thomas ibi etiam λείοις πλαταμῶαι scriptum legisse. Nec alibi vocabulum πλαταμώδης repertum, nisi hoc vno in loco, et forte in loco Dioscoridis supra posito, vbi Áldina Editio πλατανώδεσι habet, quod Serapio aliique interpretes inepte *plataneta* reddiderunt. Praecedentia ὀρείοις et προσηνέμοις formam etiam tertiam adiectiuam πλαταμώδεσι desiderare videntur.

βραχία μικρὰ] Hic foramen branchiarum significat. Sequens πλειάδας vulgato πλειάδα substitui ex versione Thomae, vbi est *Pliades*, et Gazae, qui reddidit *circa Virgilias.* Plinius 9. s. 38. *At hiemem eaedem in exigua aqua non tolerant, nec in turbida: ideo circa Virgilias maxime capiuntur, fluminibus tum praecipue turbidis. — Exanimes piscium solae non fluitant.*

ἔχουσι γὰρ τὴν κοιλίαν μικράν] Causam Scaliger videtur hanc pro vera agnouisse: apposuit enim e Plinii libro 7. narrationem, marium cadauera supina fluitare, feminarum prona; et causam eam rei voluit esse, quod feminae ventre vasto sint plenoque intestinis. Pro altera causa agnouit etiam absentiam δημοῦ, quem *pinguedinem* interpretatur; addens, paucas anguillas extra carnem adipem habere. At δημοῦ notio antiquissima est apud Homerum, vbi omentum significat. Albertus ita: *eo quod venter eius est valde paruus, et paruae ventositatis est in eo: et signatio huius est, quoniam per anathomiam probatur, quod multae anguillae habent paruissimos ventres, ita quod etiam quaedam earum ventres et intestina non videntur habere.* Gaza δημὸν pariter *pinguedinem* interpretatur, vt Camus *la graisse.* Causam aliam pro verà dedit L. Th. Gronov. ad Plinii librum IX. p. 85. quod anguillae vesica aerea careant. At ecce Thomas, cuius versio pro δημὸν reddidit *follē,* sic scriptum, quasi *follem* voluerit. An ex hac vel simili varietate scripturae Albertus *ventositatem* suam

duxit? Denique Edd. pr. *πλεῖσται οὐκ ἔχουσι ζωήν*. Postremum *ζωὴν* post Sylburgium sustulerunt Editiones recentiores. Error ex eo ortus est, vt bene monuit Camus, quod istae Editiones voluerunt dare, vt est in Vatic. *οὐκ ἔχουσι· ζωὴν δ' ἐκ τοῦ ὑγροῦ — ἐξ ζῶσι*. Equidem cum Med. scripsi *ζῶσι δ' ἐκ τοῦ ὑγροῦ*, cum vulgo verbum *ζῶσι* sit in fine sententiae. Totum locum Athenaeus 7. p. 298. verbis interdum mutatis ita excerpsit: *χαίρειν φησὶ τὰς ἐγχέλεις καθαρωτάτῳ ὕδατι· ὅθεν τοὺς ἐγχελυοτρόφους καθαρὸν αὐταῖς ἐπιχεῖν· πνίγεσθαι γὰρ ἐν τῷ θολερῷ· διὸ καὶ οἱ θηρεύοντες θολοῦσι τὸ ὕδωρ, ἵνα ἀποπνίγωνται· λεπτὰ γὰρ ἔχουσαι τὰ βράγχια αὐτίκα ὑπὸ τοῦ θολοῦ τοὺς πόρους ἐπιπωματίζονται· ὅθεν κἀν τοῖς χειμῶσιν ὑπὸ τῶν πνευμάτων ταραττομένου τοῦ ὕδατος ἀποπνίγονται. — Λέγουσι δὲ οἱ ἐγχελυοτρόφοι καὶ ὡς νυκτὸς μὲν νέμονται, ἡμέρας δ' ἐν τῇ ἰλύϊ ἀκινητίζουσι· ζῶσί τε τὸ ἐπὶ πολὺ ἐπὶ ὀκτὼ ἔτη*. Strymonias anguillas vt magnitudine et gustu excellentes laudat Archestratus Athenaei 7. p. 298. item comici poetae ibidem p. 300. Denique noster de Partibus 4. c. 13. *τὰ δὲ πλείω καὶ διπλᾶ βράγχια τοιαύτην ἔχει τὴν φύσιν μᾶλλον τῶν ἁπλῶν καὶ ἐλαττόνων· διὸ καὶ ἔνια αὐτῶν ἔξω ζῆν δύνανται πολὺν χρόνον τῶν ἐχόντων ἐλάττω καὶ ἧττον ἐγκρατῆ τὰ βράγχια, οἷον ἐγχέλυες καὶ ὅσα ὀφιώδη· οὐ γὰρ πολλῆς δέονται καταψύξεως*.

6. *ἀφαιρούμεναι*] Plinius 9. s. 38. *Anguillae octonis viuunt annis: durant et sine aqua senis diebus aquilone spirante, austro paucioribus. — Pascuntur noctibus.* Idem sect. 83. propter branchias exiguas *et anguillas diutius viuere exemtas aquis* ait. Etiam aquis recedentibus non adeo facile suffocari anguillas testatur Italus Tozetti Itinerarii Tom. I. p. 57. versionis germanicae.

οἷον κἂν οἱ φέροντες βάπτωσιν] Vulgatum *οἷον καὶ τοῖς φέρουσιν ἐὰν β.* Sylburgius ita ferri posse putabat, vt interpretemur: *si quis eas inter gestandum in frigidum immergat.* Camus addit: *c'est le sens de l'ancienne tradu-*

ction. At versio Thomae ita habet: *velut et quando ferentes intinxerint in frigidum.* Is igitur aperte scriptum reperit et reddidit id, quod posui. Sylburgio Gaza scriptum legisse videbatur οὐδὲ ταῖς θερείαις, κἂν βάπτ. Reddidit enim: *et quidem aestate, etiamsi in frigidas aquas transferas.* Scaliger vulgatum interpretatur, vt τοῖς φέρουσι tertius casus sit, *in damnum ferentium.* In Regio Codice a secunda manu τοῦ θέρους additum reperitur. Reliqui Codices nihil mutant.

ἐὰν περιπωμασθῇ] Vulgatum ἐάνπερ πωμ. ita corrigendum esse coniecerat Sylburg, coniecturam firmauit Med. et versio Thomae. Deinceps τροφῇ δὲ καὶ οἱ ποτάμιοι scriptum reddidit versio Thomae. Gaza ambigue vertit: *victus fluuialibus etiam tum ex mutua sui generis praeda.* Scaliger vertit: *Sese inuicem deuorant anguillae fluuiales:* at in annotatione ait: *Etiam alios pisces vorant: idcirco in anguillariis raro inuenies alios.* Quae annotatio versioni contraria tradit, versio vero verbis graecis aduersatur, quae recte vertit Camus: *Les poissons de riviere se mangent les uns les autres.* Reliqua etiam capitis ad eosdem pisces fluuiales transtulit cum Gaza, quae cum Plinio Athenaeus etiam et recte quidem de anguillis interpretatus est. Quid igitur huc facit importune interposita piscium reliquorum mentio? Scilicet anguillas marinas ignorabant librarii; ideo αἱ ποτάμιαι scriptum, vt a marinis distinguerentur, mutarunt in οἱ ποτάμιοι, et deinceps ἀλλήλους τε ἐσθίοντες scripserunt. Verum legit et reddidit cum Scoto Albertus, qui ita: *Adhuc autem anguillae fluuiales comedunt radices et herbas et hoc quod inueniunt in luto: et pro maiori parte pascuntur in nocte, in die autem absconduntur in profundo aquae aut in antris, et quod frigus multum fugit, et aquam lentam, claram et calidam. Ideo non inuenitur in Danubio, eo quod ante fauces alpium ab occidente in orientem fluit Danubius, et maior pars aquarum, quae fluunt in ipsum, effluit ex alpibus, et est suus*

fluxus ante alpes ex parte aquilonari. Denique ἀποχωροῦσι habet Med.

CAPVT V. (vulgo III.)

αὐτὸν δὲ] Inepte Albertus: *et cum datur eis caro, comedunt lubenter, sicut genera aquilarum et omnium miluorum et accipitrum et falconum omnium. Accipiter maior, qui graece oonocrokos, latine astur vocatur, et accipiter minor, qui latine nisus et a quibusdam sperauerius vocatur.* φαβοτύπος est, qui alibi φασσηφόνος audit. Med. βαφότυπος, Reg. φοβότυπος, *bufotypus* versio Thomae. Cf. dicenda ad libri 9. c. 24. Hesychius: φαβοτύπος, εἶδος ἱέρακος. Quod addit καὶ περιστερᾶς ἀγρίας σπερμοφάγου, pertinet ad interpretationem φαβὸς in composito latentis. Ceterum Med. οἱ μὲν γαμψώνυχες habet, et saepe in his libris variatur forma vocabuli.

σπιζίας] Med. στιγξίας. *stinxias* versio Thomae. Hesychius: σπιζίας, ἱέρακος εἶδος. *fringillarius* Gazae.

τριόρχης] Reg. τρίορχις, qui cum V. et A. sequentia verba ἔστι δ' ὁ τριόρχης omisit. Alberto: *tharyagror, quae est in quantitate milui nec inuenitur maioris vel minoris aliquantum quantitatis.* Suspicor, ex hoc loco male intellecto duxisse ista 10. a. 60. de genere accipitrum: *Epileum Graeci vocant, qui solus omni tempore apparet: ceteri hieme abeunt.* nisi forte sequens ἐλέος in nomine, vt puto, vitioso *epileus* latet.

φήνη] Alberto: *kym autem est maioris corporis, quam vultur, et est cinerei coloris, et hoc genus aquilae quidam grifen esse existimant.* Et Buffon hunc ipsum putat esse auum quem vocat *Le Vautour griffon.* σποδοειδὴς malebat Sylburg. Med. πολυειδέστερον habet.

ἐκλευκότερος] Med. λεπτότερος. *Albior* versio Thomae, *album* Albertus. Deinceps Med. Canis. πολυειδέστερος. Gazae *multiformius.* Thomae versio: *multiformior vel magis cinereus.* In Lipsiensi reperi: *maior et multiformior et magis cinereus.* Scoti: *cinereum*, vt Alberti. Totum membrum

de vulturibus omittunt A. Reg. Albertus maiorem griseum vocari ait, minorem esse album: *et saepe apparet sedens in rupibus Rheni fluminis et Danubii et ab incolis germanice vocatur vultur albus.*

2. βύας] Med. βρύας, versio Thomae *brias*, Lipsiensis *bryas*. In Artemidoro 3, 66. editiones habebant ῥύαξ, Venetus Codex βρύαξ. Albertus: *vt bubo, noctua, balatron graece vocatur, et coruus nocturnus, qui graece dicitur kanen, et est quantitatis turturis, et raro videtur, et est nigra auis, et apparet circa ruinosa aedificia et circa templa, et vox eius est chono, et quando volat, reuoluit se in aere volando: et est auis infausta multum in auguriis, et in hac dispositione, quae hic descripta est, et ego vidi duas, et est debilium pedum, sicut fere omnes aues nocturnales, et est bonae alae et velocissimi volatus.* Nescio, an ardeam nycticoracem Linn. dixerit. Multa certe conueniunt illi. Cf. ad 8, 12. et 2, 17.

ἐλεὸς — καὶ σκώψ] Copulam ex V. R. A. addidit Camus. Versio Thomae *egotius* habet. Artemidorus 3, 66. ex h. l. posuit γλαὺξ, ἐλεὸς, ῥύαξ, αἰπόλειος, σκὼψ, νυκτικόραξ. vbi Codex Venetus habet ἐλαιὸς — ἀπόδιος, sed cum nota vitii. Hesychius: ἐλειὸς, εἶδος ἱέρακος. Gazae *aluco*, quod nomen ex Italico *alocho* factum censebat C. Gesner p. 94. Buffonus cum aliis Gallorum *Fresaye* esse censuit. De aegolio dictum fuit ad 6. c. 6. De scope ad 9, 28. Vocabulum γλαυκὸς nominatiuo casu interpretatur Albertus. Vocabulum παραπλήσιος, dubitari potest, ad proximum ἀλεκτρυὼν an ad αἰγώλιος referendum sit. Discrimen est non leue, paremne gallo an maiorem faciat aegolium. Denique ἐστὶν post πάντα omisit versio Thomae, negationem μὴ ante γαμψωνύχων Medic. Albertus: *aschyreon in graeco et assimilatur vulturi, nec est minoris quantitatis quam vultur: adhuc autem aquila kaleni et aquila agoliens dicta assimilatur multum illi. et haec auis non est nota apud nos, et ambae dicuntur venari hoc quod vocatur aschytahez.*

3. σπίζα] Versio Thomae *spira*. Deinde βατίος Med. *satios* versio Thomae, *sacios* Lipsiensis. Postea χλωρὶς R. A. *klaris* versio Thomae. Albertus: *sicut theasside, passer, baradix, baladi et apud nos sunt passeres, philomena et parix et multa alia genera paruarum auium. Agomolos autem etiam comedit vermes. Modi autem agomeloz sunt tres, quorum vnus dicitur tessidus, qui assimilatur theasside* et cet.

σπιζίτης] Versio Thomae *spizantes*. Deinceps ἔσπιζα Med. *espiza* versio Thomae.

σιτταλὶς] A. cum edd. pr. σιχαλὶς. Reg. συκαλλὶς. Versio Thomae: *sitallus, melanocoryphus*. Alberti: *cheokaloz et malonchoroz et forocholoz et amyethe et genus milui quoddam et fehostas et tharanoz*.

πυῤῥούλας] Med. πυῤῥὸς ὕλας. Versio Thomae *pirras ylas*, in Lipsiensi *pyrrus yras*. Vat. Reg. πυῤῥουρὰς. Diversa haec est auis a πύῤῥᾳ, πυῤῥίᾳ et πυραλλίδι. Vide ad Oppiani Ixeutica p. 436. ad Aelianum p. 107. Camus pyrrhulam hanc cum aliis interpretatur Loxiam pyrrhulam Linnaei, gallice *Bouvreuil*; sed ea vermes non amat, quod sciam. Praeterea μαλακοκρανεὺς mihi videtur esse Loxia pyrrhula.

ὑπολαὶς] Thomae *Epilis*. Camus cum Edd. veteribus reuocauit ἐπιλαῒς, cui cum Gesnero p. 356. Sylburgius nostrum substitui voluit, quem secutae sunt editiones recentiores. Alibi enim non nominatur *epilais*. De hypolaide alibi dictum est.

οἶστρος] *asilus* Gazae, *istrus* Thomae. Belonius Gallorum *Chantre* interpretatus est, quae est motacilla sibilatrix a Bechsteinio vocata, Trochilus mas Linnaei.

τύραννος] Sequens ἀκρίδος Sylburg in ἀκανθίδος mutandum suspicabatur, et ἔχων in ἔχον. Deinceps vulgatum εὔχαρι τὸ ὄρνεον ex Med. correxi. *gratiosissima auicula* Thomae versio. Belonius regulum cristatum interpretatur, quem Cretenses τέττιγον propter paruitatem

appellant, Obseru. I, 10. quem sequitur cum aliis Camus. Est Motacilla Regulus Linnaei.

ὁ δὲ λεγόμενος ἄνθος] Sylburg ὅ τε malebat. Contra Codd. Cami verba priora tria omittunt. De antho vide ad 9, 1. et 2. Belonius interpretabatur emberisam citrinellam Linnaei, quam Galli *Bruant* dicunt, contra Camus cum Brissono Motacillam boarulam vel flauam Linnaei, *La Bergeronette jaune*. Postremam coniecturam defendit Jul. Billerbeck in Libello infra ad 9, 23. nominando, eandemque auem putat in Oppiani Ixeuticis 3, 2. βουδύτην vocari, fortasse etiam eandem esse Aeliani βωκκαλίδα Indicam H. A. 13, 25.

Ὀρόσπιζος] Ita pro ὀροσπίζης ex Vat. Reg. Camus edidit. Medic. ὀνεόσπιζος habet. *oneospizos* versio Thomae. Sequentia vertit idem: *verumtamen habet crista collum fuscum*. Nescio quid vitii vel varietatis lateat. Ex Med. Canis. V. R. περὶ τὸν αὐχένα. vnde suspicor, in versione Thomae *crista* vitiose pro *circa* scriptum esse. Camus vertit: *ayant le col couleur d'eau*. Gaza rectius *collo caeruleo*. Sed in ipsa illa Codd. scriptura deesse aliquid aut vitium latere suspicor. Quid enim aut quale est istud κυανοῦν? Albertus ait: *locusta, et est rubei coloris — et habet in capite galeam. Inuenitur etiam auis parua pulchrae figurae bene colorata in quantitate theasside et dicitur arnoffidox*. Legit igitur καὶ ἄλλο εὐχάριτον ὄρνεον ὁ λεγόμενος. Sed anthi tamen mentionem omisit. *Montifrigillam* vertit Gaza; fringillam Gallorum vulgarem, *le Pinson*, intelligi censebat Camus p. 650. quem falsum puto.

βασιλεύς] De eo dicetur ad 9, 11. σπερμολόγος *et frugilega* Gazae. Contra Camus cum Scaligero vocabulum tanquam epitheton regulo adiunxit, falso tamen *moissonneur* vertens. Scotus: *et alia auis, quae dicitur rex, et alia, quae dicitur thea kautonogor*. Albertus habet: *et alia, quae vocatur chea chereuslogoz*. Longolius cornicem

frugilegam interpretatus est, secutus, credo, Hesychium, qui σπερμολόγος — κολοιῶδες ζῶον interpretatur. De acanthide dicetur ad 9, 1. et 17.

4. θραυπίς] Med. θλυπίς. Versio Thomae *thlepis*, in Lipsiensi *thlipus*. Albertus: *amastorochoz et azamicoz*. Hesychius: Γράπις, εἶδος ὀρνέου. vbi Sopingius suspicabatur, θραυπίδα hanc intelligi. Vgutio Grammaticus: *Grapides apud Graecos vocatur quaedam auis, apud nos carda, quia graui volatu detenta non vt ceterae volucres attollitur velocitate pennarum.* Possit hinc suspicari aliquis, carduelem intelligi, quae Graecis hodie γαρδελιποῦλι, ἀκανθὶς et θραπὶς dicitur, annotante Belonio Obseru. I, 11. *Carduelum* vertit Gaza.

χρυσομήτρις] Vulgato ῥυσομήτρις ex Med. substituit Camus. χρυσομίτρις malebat Sylburg. οουσομήτρις Reg. sed χρυσομήτρις correctum. Gaza *aurivittis* vertit, Thomas *krisometris*, in Lipsiensi *crisomeliris*. Albertus: *inveniuntur etiam aliae aues, quae dicuntur cicomoga et viuunt in maiori parte ex venatione thealbillex, sicut animalia quae dicuntur kya, et est maius et minus. Illa autem, quae cadunt super spinas aut herbas spinosas, non comedunt vermes vel animatum aliquid, et sunt apud nos genera vinconum sicut aues ceycos dictae apud nos:* (*Fink, Zeisig.*) *et sicut vinco cardui, quae auis distenboniche vocatur apud nos.* (*Distelvogel* vel *Distelfink.*) *et sicut vinco rubeus in pectore, et sicut auis quae gurse vocatur.* vbi postremum nomen *gurse* alibi sic dicitur: *alii gursam, alii ameringam vocant.* Hinc nomen *Geelgorst* deriuat Gesner p. 628. *Gelgorst* aliunde annotauit Frischii Dictionarium.

ζῇ μάλιστα] Posterius vocabulum ex tribus versionibus inseruit Camus: et quae deinceps vulgo legebantur, ἄλλα δὲ δύο πτοεῖται (ποιεῖται Basil.) περὶ τὰ ξύλα cum nota lacunae, cum Med. V. R. versione Gazae et Thomae omisit Camus. In Vat. πτοεῖται tantum est; in Reg. verbum

aliquod deletum est, quod agnosci non potuit, sed in eius loco repositum *οἷον πίπων*. In Med. est *οἷον πισ*, finis a verme fuit ablatus. Gazae versio habet *vt pipo*, Thomae *velut pipo*, Scoti *sic vt animalia, quae dicuntur Kakan.* *πίπρα* edidit Camus. Albertus *Kylian* nominat, et genus pici dicit, alios tamen monet interpretari genus Lanii, germanice *Warchengel* (*Würgengel*) vocatum. Deinceps *καλοῦσι δ' ἄμφω ταῦτα* Med. Nunc de nomine videamus. Quod reposuit Camus *πίπρα*, nullam a Codicum optimorum auctoritate fidem habet hoc quidem in loco. Alter, ex quo primum innotuit, est infra 9, 1. vbi inimici dicuntur *πίπρα καὶ χλωρεύς*. Sed ibi Gaza habet *Pipo cum lutea*. Contra Med. *πίπρα*, Canis. *πιπρὼς*, in Regio correctum *πίπων*, versio Thomae *pipra* habere dicitur. Sed in Lipsiensi reperi scriptum *et pipro coloreus*. Paulo inferius ibidem est *πίπῳ δὲ καὶ ἐρωδιῷ· τὰ γὰρ ὠὰ κατεσθίει καὶ τοὺς νεοττοὺς τοῦ ἐρωδιοῦ.* ubi Edd. ante Sylburgianam et Ambr. *ἵππῳ* habent. In Reg. correctum *πίπῳ*. Med. *πίπω* est per notam scriptum, sed versio Thomae *pipo autem erodio*. Cap. 21. cyanus dicitur habere *σκέλη βραχέα τῇ πίπῳ παρόμοια*. vbi Edd. veteres cum Ambr. pariter *τῇ ἵππῳ* habent, Med. *τοῖς ἵπποις*, sed versio Thomae *pipo*. In Lycophronis Cassandrae versu 476. memoratur pipo: *ἀντὶ πιποῦς σκορπίον λαιμῷ σπάσας.* ad quem locum Tzetzes habet: *πιπὼ ὄρνεον θαλάττιον εὐπρεπὲς καὶ εὐειδές*, quae, undecunque ducta, falsa sunt. Nemo enim praeterea marinam auem dixit. Hesychius: *πιπὼ, ὄρνεον πολεμικὸν, ὥς τινες, ἐρωδιός.* vbi viri docti viderunt scribendum esse *ἐρωδιῷ* ex hoc ipso Aristotelis loco, quem antea posui. Locus classicus post Aristoteleum est in Antonini Liberalis cap. 14. qui Nicandri poetae Metamorphoses excerpsit. Ibi igitur de mutata Lelanta Munychi regis Molossorum vxore est: *ἡ δὲ μήτηρ αὐτῶν ἐγένετο κνιπολόγος πιπώ· πρὸς ταύτην ἀετῷ πόλεμός ἐστι καὶ ἐρωδιῷ· κατάγνυσι γὰρ αὐτῶν τὰ ὠὰ,*

κόπτουσα τὴν δρῦν διὰ τοὺς κνῖπας. Quae simul probabiliorem rationem habent, quam Aristoteles ex vulgi narratione posuit: κατεσθίει καὶ τὰ ὠὰ καὶ τοὺς νεοττοὺς τοῦ ἐρωδιοῦ. Eadem causa videtur esse odii, quod refert ibidem Philosophus, inter σίττην et aquilam: ἡ γὰρ σίττη καταγνύει τὰ ὠὰ τοῦ ἀετοῦ. Est enim σίττη vel ex genere picorum ipso, vel ex affini, et arbores pariter tundens rostro et excauans. Idem Nicander apud Antoninum cap. 9. aliam fabulam narrat de mulieribus in aues mutatis, quarum vna πιπὼ vocatur. Superest dubitatio, an ipse Philosophus infra 9, 9. quos δρυοκολάπτας describit, eosdem dicat, quos h. l. appellari eo nomine ait, cum alii pipo maiorem et minorem nominarent.

κελεὸς] Ita pro κολιὸς bis habet Med. Canis. *Celeus* Thomae versio Lipsiensis: ex suo libro *Skeleus* laudat Camus. κηλιὸς R. qui sequentia ἔστι δὲ ὁ κελεὸς omittit cum Vat. Ambr. Versio Thomae ἔτι κελεὸς τὸ μέγεθος ὅσος τρυγὼν scriptum reddidit. Deinceps χλωρόγολος Vat. χλωρόγολον Ambr. Forte χλωρόχολος voluerunt dare. Iidem libri V. R. A. post ξυλοκόπος inserunt ὅλως inepte. Albertus: *et similiter facit modus pici, qui merobs latine, graece autem kaloz vocatur, qui in quantitate auis quae dicitur faringen.* Nihil de colore tradit. Picum viridem intelligi primus monuit Gesner p. 681. De varietate nominis infra pluribus dicetur.

Πελοπόννησον] Albertus: *abundat in partibus Graeciae, quae dicitur kalokanylieon praecipue, apud nos autem invenitur in omnibus siluis: et tres modi eius sunt apud nos differentes per quantitatem maiorem et minorem.*

κνιπολόγος] Med. et Camotiana κνιπολόχος. Versio Thomae *knidolegus*, in Lipsiensi est *kindolegus*. Deinceps ὅσον ἀκανθαλὶς Med. *achanthalis* versio Thomae, in Lipsiensi est *quanta achanchalis.* κατάστικτος Thomas vertit *guttatus.* Albertus: *Est autem adhuc alia auis, quae adologor vocatur, cuius quantitas est sicut quanti-*

tas fatalyx, et abscidit etiam ligna et est cinerei coloris et debilis vocis: picus autem generali nomine vocatur apud nos. Picum varium Linnaei et Raii putat intelligi Camus p. 384.

5. *Ἄλλα δ᾽ ἔστιν, ἃ*] Ita pro *ἄλλα δέ τινα* Med. et versio Thomae: *alia autem sunt, quae viuant — puta fassa, columba, inas.* Verba *καὶ ποοφαγοῦντα* addit Camotiana, Med. Canis. et versio Thomae. Omisit Camus, vt Albertus; equidem cum Sylburgio seclusi. *φὰψ* non est in Med. Regio, nec in versionibus Thomae, Scoti et Gazae. Legit tamen h. l. additum Athenaeus 9. p. 394. *φησὶ περιστερῶν μὲν εἶναι ἓν γένος, εἴδη δὲ πέντε.* tum edit ipsa verba, addens in loco altero (supra 5, 13.) *φάβα* non nominari; ad quem antea de fide Athenaei disputaui. Tum ex nostro subiungit: *ἡ δὲ φὰψ καὶ ἡ περιστερὰ ἀεὶ φαίνονται.* vnde inductus Camus ex Vat. et Reg. *φὰψ* pro vulgato *φάττα* recepit. In V. tamen et Reg. simul et iuxta scripta extant *φὰψ, φάττα.* Thomas *fassa* habet, Gaza *palumbes.* Rationem a Camo editam examinaui supra ad 5, 13. Albertus quatuor tantum species nominat, *columbas cauernales* vero ait graece *fehicas* dici.

τρυγὼν δὲ] Athenaeus breuius: *ἡ δὲ τρυγὼν πάντων ἐλάττων, χρῶμα δὲ τεφρόν· αὕτη δὲ θέρους φαίνεται, τὸν δὲ χειμῶνα φωλεύει.* Infra 9, 7. est: *διάγουσιν αἱ τρυγόνες τοῦ θέρους ἐν τοῖς χειμερίοις, τοῦ δὲ χειμῶνος ἐν τοῖς ἀλεεινοῖς.* Ceterum *ἀφανίζεται* et *φωλεῖ* iuncta hic tamen diuersa sunt. Infra 8, 16. vbi *τὰ φωλεύοντα* genera enumerantur: *καὶ ἥ γε τρυγὼν ὁμολογουμένως μάλιστα πάντων· οὐδεὶς γάρ, ὡς εἰπεῖν, λέγεται τρυγόνα ἰδεῖν οὐδαμοῦ χειμῶνος. Ἄρχεται δὲ τῆς φωλείας σφόδρα πίειρα οὖσα, καὶ πτερορρυεῖ μὲν ἐν τῇ φωλείᾳ, παχεῖα μέντοι διατελεῖ οὖσα.*

οἰνὰς δὲ τοῦ] Athenaeus: *ἡ δ᾽ οἰνὰς φθινοπώρῳ μόνῳ.* Quae subiungit, ex loco 9, 7. ducta sunt, et quae paulo ante ponit de colore, nusquam in Aristotele reperiuntur. De

magnitudine quod ait, *ἡ μὲν οὖν οἰνὰς, φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης, μείζων ἐστὶ τῆς περιστερᾶς,* habet idem h. l. et supra 5, 13. noster. Pro *φαβὸς* Thomas *minor autem faue.* Gaza *palumbem* nominat, vt supra in *φάττα* fecerat. Alberto *οἰνὰς* dicitur *ouen,* pro *φαβὸς* habet *kyloz siue kaloz.*

καπτούσης] Vulgato *καμπτούσης* substituit, monente iam olim Sylburgio, Camus ex Ambr. *cum capit aquam* versio Thomae, *dum se in aquam bibendo propendit* Gazae. Occasionem capturae interpretatur locus 9, 7. *ἴδιον δὲ ταῖς περιστεραῖς δοκεῖ συμβεβηκέναι καὶ ταῖς φαψὶ καὶ τρυγόσι τὸ μὴ ἀνακύπτειν πινούσας, ἐὰν μὴ ἱκανὸν πίωσιν.* vbi vides *οἰνάδα* omitti, quae commune id habet cum tribus nominatis speciebus. Albertus male: *et plus et saepius deprehenditur, quando cauernas facit iuxta aquam, eo quod tunc ad loca illa venit cum pullis.*

ἔχοντες νεοττοὺς] Pertinet ad genus columbaceum, vt ex sequentibus apparet. Sed miror sexum in *ἔχοντες,* cum species nominatae quinque vel quatuor omnes foemineo genere vsurpari soleant. Recte igitur Med. *ἔχουσαι,* quod miror non receptum a Camo. *τούς δ' ἔχουσα* Ambr. *τόπους τούςδ' ἔχοντας* Vat. *τόπους τοὺς ἔχοντας* Aldina.

6. *πεζεύουσι*] *victum e terra petunt* Gaza. Sequens *καὶ* ante *ὅσοι* omisit Thomas. Deinde vulgatum *φαινομένων* ex coniectura Scaligeri, quae est etiam a secunda manu in libro Regio, versione Gazae et Scoti, correxit Camus. Med. *δι' αὐτῶν δυομένων τρέφονται. et quaedam se ipsas immergentes aluntur* versio Thomae, vnde apparet, ipsum scriptum legisse *τούτων δ' ἔνιοι αὐτοὶ δυόμενοι* vel *καταδυόμενοι τρέφονται.* Atque omnino suspicor, membrum aliquod orationis et partitionis excidisse, cuius reliquiae supersunt in versione Thomae. Postquam enim aquaticas distinxerat in eas, quae digitis pedum coniunctis instructae in ipsa aqua morantur, et in alias, quae circa aquas degunt digitis pedum separatis, denuo easdem

ipsa victus ratione distinguit ita: *καὶ τούτων ἔνιοι μὲν καταδυόμενοι τρέφονται, οἱ δὲ διὰ τῶν φυομένων, ὅσοι μὴ σαρκοφάγοι*. Equidem vulgatum τρεφόμενοι correxi, et alterius membri verba ex versione Thomae et Mediceo collecta inserui, sed distinxi, ne lector incautus falleretur. Ceterum φυομένων ex Codice posuit etiam Accoramb. In sequentibus Thomae versio *circa stagna quaedam et flumina*. Rectius igitur is scriptum legit περὶ τὰς λίμνας ἔνιοι καὶ τοὺς ποταμοὺς, sed tum οἷον retrahendum et post ποταμοὺς collocandum erit. Ita incommodum vulgatae scripturae vitatur, quae ardeas non carnivoras facit. Quid quod ipse Gaza aliter et rectius scriptum locum vertit: *quae scilicet carnem non tangunt. Petit lacus et fluuios ardeola et albardeola.* Camus vitium bene animaduertit vulgatae scripturae, sed rationem veram non ingressus punctum post σαρκοφάγοι posuit, nouamque periodum ab Οἷον exorsus est. Med. habet ἐρωδιὸς δὲ καὶ ὁ λευκορωδιός. Etiam R. A. λευκορωδιὸς habent. Equidem tutissimam rationem existimaui scripturam Thomae sequi. Igitur οἷον transposui. Albertus haec habet: *aliae autem carnem non comedunt, sicut arydies et lauicoz et dyoz, et omnes isti modi auium habent rostrum longum et amplum, vt in aqua cibum et in terra inuenire possint.*

λευκερωδιός — ἐκείνου] Versio Thomae ἐκείνου omisit, et pro μακρὸν vertit μικρόν. Albertus: *rostrum longum et amplum.* Est igitur Platalea leucerodia Linnaei, *Spatule* Buffoni. Infra 9, 18. ex tribus generibus ardearum media ὁ λευκὸς vocatur, in arboribus nidulans, quae haud scio an diuersa sit. In hac aue definienda plane aberravit Camus in Comment. p. 416.

7. πελαργὸς καὶ λάρος] Albertus: *et lachaz et lares et hamyeloroz, et latros est cinerei coloris: et omnes isti modi mouent caudas.* Multa igitur intermedia omisit.

σχοινιλός] Ita pro σχοίνικλος Med. *skinilus* versio

Thomae. Hesychius: *σχοίνικος, ὄρνις τις καὶ φυτόν.* Idem: *σχοινίον, ὄρνις τις.* Sed hic est *σχοινίων* nostri infra 9, 1. Plurimi putant esse Emberizam Schoeniclum Linnaei. Gaza *iunconem* dixit.

κίγκλος] Med. *κίγχλος.* Gaza *cinchlus, albicula, tringa.* Scilicet Med. *καὶ πύγαργος* habere etiam dicitur, sed non annotatur, solumne an addito *καὶ ὁ τρύγγας.* Versio Thomae: *et skikhlus et pingarus.* In Lipsiensi legi *kiklus et pigarcus.* Omisit igitur cum Mediceo *τρύγγας.* Sed ecce Camus in Indice nominum Tomo II. praemisso ex versione Thomae posuit pro *τρύγγας* vocabulum *pigatus.* Tamen in Aristotelis libris non nisi semel *τρύγγας* nominatur. Ceterum nec magnitudo nec caudae motitatio Tringae vanello Linnaei conuenit. *Πύγαργος*, quem in textu et commentario plane omisit Camus, ab aquila cognomine diuersus potest comparari cum Tringa Ocropho Linnaei, quae Gallis *Cul blanc* audit. Vide tamen dicenda ad 9, 13.

ὅσον κίχλη] Vulgatum *οἷον* ex Mediceo et versione Thomae correxi. *κίγχλη* Med. *quanta manina* Thomas. Alibi *maninx* dicit. Quanquam etiam infra est *τὸ μέγεθος οἷον πελαργὸς* de coruo aquatico, vbi similiter *ὅσον* malim. Sequens *οὗτοι* idem omisit.

καλίδρις] Medic. *ἔτι σκανδρὶς* cum Canis. et versione Thomae. *σκαλίδρις* R. A. Fallor, an eadem auis, de qua Hesychius: *Σιαλενδρὶς, ποιὸς ὄρνις παρὰ Καλλιμάχῳ.* Albertus: *Similiter autem est de aue, quae vocatur chea-feudox, quae auis est multorum colorum, sed intensior in ea est color cinereus.* Belonius de nat. auium 4, 16. coniecit esse auem, quam Galli *Chevalier* vocant. Quid si ex scriptura Codicum *σκαλυδρὶς* coniiciam? quasi turimatricem aquarum et sabulonis in aquis fluuiorum dicas: quod nomen multis conuenit auibus ex genere tringarum Linnaei.

ἀλκυόνων] Edd. pr. cum Codice A. *ἀηδόνων.* Ex Camotiana nostrum recepit cum Sylburgio Camus, accedente

versione Gazae. Ante Sylburgium idem probauit Scaliger, post eum Pintianus ad Plinii 10. c. 32. et Bochartus Hieroz Part. 2. c. 14. Hic vero monuit, in loco Suidae sub voce *Ἡμερινὰ* aues marinas commemorari has: *ἀλκυὼν, ἀηδὼν, κήϋκες, αἴθυιαι, λάρος, χαραδριός, καταῤῥάκτης, κίγκλος*. In Moschi III. v. 38. *ἐνὶ σκοπέλοισιν ἀηδὼν* vulgari philomelae non bene conuenire videtur. Conr. Gesner p. 82. neutrum probat, nec *χελιδόνων*, eo in primis vsus argumento contra halcyones, quod statim id genus separatim memoretur et marinum, hic vero *πάρυδρον*, id est aquas dulces amare dicatur. Sed hoc postremum verbis Philosophi inesse negat Camus; ineptissime. Scoti tamen versionem confitetur alio vocabulo vti, quam alibi, vbi halcyonem interpretatur. Albertus habet: *auis est, quae dicitur feorahon, creatur in aqua et est duorum modorum, quorum vnus semper stat super cannas et sibilat, alter autem caret voce, sed est maior corpore, quam alius, et ambo habent cinereum colorem, et pascuntur in ripa maris.* Postrema male ex sequentibus huc traxit. Equidem video, loci scripturam, quae nunc vulgo legitur, confirmari Plinii versione 10. s. 47. vbi marinae descriptioni statim subiicit haec: *Alterum genus earum magnitudine distinguitur et cantu: minores in arundinetis canunt.* vbi Pintianus malebat *nec canunt.* Duo igitur genera halcyonum facit vterque, marinum mutum, alterum fluuiatile canorum. Vtriusque natura nobis adhuc ignota esse videtur. Denique Vat. Amb. *τυγχάνει δ᾽. αὐτὰ ὄντα δυσειδῆ.*

ἐπὶ τῶν δονάκων] *calamos piscatorum* vertit Thomas et sequens *κυανοῦν fuscum.* Albertus etiam colorem *cinereum* pro caeruleo posuit, quasi *φαιὸν* esset pro *κυανοῦν*. Qui color satis conueniret turdo arundinaceo, (Gallis *rousserolle* vocato) quem Belonium secuti plures interpretantur halcyonem cantatricem. Sed potius fatendum, et nomen et genus auium plane dubium esse; itaque inter-

pretatio nulla est. Marinam halcyonem pingit infra 9, 14. Aquaticae quidem sunt etiam halcyones, quae ad riuulos habitant, sed colore, cantu et moribus plane diuersae.

καὶ τροχίλος] Versio Thomae scriptum *καὶ τρόχιλις περὶ τὴν θάλατταν* interpretatur *et trochilis circa mare — et ceralus.* Albertus: *similiter autem tharaglyon et kydeloz et animal quod dicitur karyne, et est illud, quod quidam vocant hacham, cibantur iuxta mare ab extis et vermibus, quae proiiciuntur in maris fluxu.* Is igitur pariter cum Thoma *καὶ τροχίλος περὶ τὴν θάλατταν* iunctim legisse videtur. Cerylum hoc vno in loco nominat Aristoteles, quem marem halcyonis facit Antigonus c. 27. sed in loco Alcmanis lyrici hoc tantum est: *ὅς τ' ἐπὶ κύματος ἄνθος ἅμ' ἀλκυόνεσσι ποτῆται νηλεὲς ἦτορ ἔχων, ἁλιπόρφυρος εἴαρος ὄρνις.* Aelianus H. A. 7, 17. non marem facit, sed de vtroque *ὁμόνομα καὶ συμβιοῖ.* Ita etiam 5, 48. Caudam motitare ex Archilocho refert 12, 9. De trochilo dicetur ad 9, 6. Hic tantum annotabo, errasse Camum, cum in Commentario p. 732. poneret ex h. l. *que le Trochile a le dos de couleur d'eau.*

λάρος ὁ λευκὸς] Pro *κέπφος* Med. *γῆφος* vel *γεῖφος* habet. Versio Thomae *keifos:* in Lipsiensi est *reifos.* Gazae *fulica*, et *mergus* pro *αἴθυια.* Med. Reg. *αἴθυα.* De mergo hoc dictum ad 5, 8. vbi etiam de laro cinereo aquatico et albo marino. De *κέπφῳ* dicetur ad 9, 35. Albertus pergit: *aues autem corium inter digitos habentes sunt vocatae graece hortoz et laroz, tercon, laradomoz, apud nos autem sunt anser et anas, mergus varius et merguli nigri, et mergus magnus, qui a quibusdam carbo aquaticus vocatur et cignus et auis magna, quam quidam volmarum vocant, quod habent saccum rubeum aut* (ante?) *guttur et pectus, et aliae aues huiusmodi. Quae autem inter istas aues grauior est illa, quae moratur iuxta flumina et lacus; grauem enim varnem — erant grauiores aues iuxta fluuios et lacus quam iuxta mare: habitan-*

tes autem iuxta fluuios et lacus sunt vocatae kokyoz et claris et colonyz et batichen, et haec auis assimilatur addututa, quamuis sit maius in quantitate, et auis quae dicitur foracoz et est quantitatis auis, quae dicitur malargoz, sed crus eius est maius curuum et habet inter digitos corium et est nigri coloris et nidificat super arbores, et hanc vocamus nos carbonem aquaticum, quem vulgariter Scaluuren vocant. In hac nominum barbarie agnoscitur facile *foracoz* ὁ κόραξ, *malargoz* ὁ πελαργὸς, *batichen* βασκὰς, *addututa* debet esse νῆττα, *colonyz* κολυμβὶς, *claris* φαλαρὶς, *kokyoz* debet esse κύκνος. Cetera equidem coniicere non possum. Quem vero hic *volmarum* vocat, eundem p. 238. b. *volinarum* dicit et sub *Osina* nomine descripsit ita, vt Pelecanum agnoscas. Osinam plenius describit Vincentius Sp. nat. 16, 116. Cf. Gesner p. 606. Pelecanus vero carbo hodieque in Pomerania *Scalvern* vocatur.

χαραδριὸς] Gazae *rupex*. Thomae *Kalandus*. Camus, qui ad h. l. tacet, in Indice nominum ante Volumen II. ex versione Thomae *Kalandra* posuit pro χαραδριός. Infra 9, 11. vbi iterum nominatur *charadrius*, in Lipsiensi equidem Thomae Codice nihil varietatis reperi. Nescio an saepius vtrumque nomen permutatum fuerit: certe tale quid significat Bartholomaeus Anglicus de Propr. rerum 12, 22. vbi de charadrio in fine addit: *Differt autem charadrius ab auicula, quae dicitur chalandra, quae est auis sonora et canora.* Ceterum vide ad 9, 11.

8. φαλαρὶς] Versio Thomae *faleris*. Similiter Aristophanes Acharn. versu 857. φαλαρίδας, Auium 566. φαληρίδας dixit. Sale conditas φαληρίδας memorat et auem describit Athenaeus 9. p. 395. vnde constat, Fulicam Linnaei intelligi. Varro R. R. 3, 11. cum querquedulis *phalerides* nominat inter domesticas aues, vt Columella 8, 15, 1. In Varrone Edd. quaedam *phalarides* nominant. Vide annotata ad Columellam p. 458.

κολυμβὶς] Vulgatum *κολυμβρὶς* ex Codd. suis correxit Camus. *Kalimbus* habet versio Thomae: Camus in Indice indidem *Kalimbus* et *Colibis* posuit. Jam olim vulgatam scripturam emendauit Sylburg ex Hesychio, qui *κολυμβὶς, ὄρνις ποιός*. Supra 1, 1. *κολυμβὶς* nominatur, vbi V. R. A. *κόλυμβος* habent. Athenaeus 9. p. 395. *ἡ δὲ μικρὰ κολυμβὶς πάντων ἐλαχίστη τῶν ἐνύδρων, ῥυπαρομέλαινα τὴν χροιὰν καὶ τὸ ῥύγχος ὀξὺ ἔχει, σκέπον τε τὰ ὄμματα, τὰ δὲ πολλὰ καταδύεται.* vbi versio habet *rostrum oculos tegens*, quod equidem non intelligo. Ex vulgari lectione *σκέπτονται* duxit Camus in Commentario p. 239. quod posuit ex Athenaeo, *Ses yeux sont très perçans*. In Aristophanis Acharn. versu 826. in forum rusticus affert venales anates, phalarides, trochilos, *κολύμβους*. In Auium versu 304. memoratur *κολυμβίς*. Athenaeus l. c. quasi ex Aristophane meminit etiam *κολυμβάδος*, quam formam ex Nicandro habet Antoninus Fab. 9. et Hesychius in *Κόλυμβοι*.

βοσκὰς] Vulgatum *βόσκας* corrigi iussit Sylburg, cui non paruit Camus. *βάσκας* Med. *bascas* versio Thomae, *bosca* Gazae. *Sarcelle* Camo. Columella 8, 15, 1. *clausae pascuntur anates, querquedulae, boscides, phalerides similesque volucres, quae stagna et paludes rimantur.* vbi vide annotata. *Βοσκάδα* marem et feminam describit Alexander Myndius Athenaei 9. p. 395. sed idem etiam *φασκάδες* nominat *μικρῷ μείζους οὔσας τῶν μικρῶν κολυμβίδων, τὰ λοιπὰ δὲ νήτταις παραπλησίους*.

κόραξ] Versio Thomae *tarax*. Deinceps *μὲν* post *μέγεθος* ex versione Thomae inserui. De eo dictum supra ad locum Alberti.

ἔτι χὴν] In Reg. additum a secunda manu *ὁ μέγας*, vt Gaza: *item anser maior, anser minor, qui gregatilis est.* Sequentia *χὴν ὁ ἀγελαῖος* omittunt V. R. A. Albertus quatuor anserum species memorat, *magnos cinereos, paruos cinereos, anseres albos, vulgo. Schneegans dictos, anse-*

resque arborum, cinereos, maculis nigris in vultu, omnes gregatiles. Postremum genus est Anas bernicla Linnaei. Anseres niuis vel grandinis videntur esse eius species, quam Anatem hyperboream dixit Linnaeus.

χηναλώπηξ] *Vulpanser* Gazae. Noster obiter supra 6, 2. oua subuentanea gallinae, perdicis, columbae, pauonis, anseris et χηναλώπεκος memorat. Vnde patet, domi altum fuisse vulpanserem. Sacros in Aegypto memorat Herodotus 2, 72. et ex eo Aelianus 10, 16. Plura de eo Aelianus H. A. 5, 30. et 11, 38. Est anas tadorna Linnaei, quae vulpis instar cauernas terrae habitat.

καὶ αἴξ] Omittunt V. R. A. *capella* Gazae, *aix* Thomae. deinceps *penelops.* καὶ πηλελόψ Reg. Recte monet Camus, Belonium secutos recentiores plerosque omnes temere interpretatos esse genus illud Tringae, quod Galli *vanneau,* nostri *Kiebitz* appellant. Is enim pedum digitos palmatos non habet, vt αἴξ Aristotelis. *Penelopes* in Plinio 10. c. 22. Codices quidam habent, vbi vulgo *chenalopeces* sunt. Ion poeta φοινικόλεγνον, Alcaeus ποικιλόδειρον τανυσίπτερον, Ibycus ποικίλον αἰολόδειρον dixerunt. Multi igitur Anatem Penelopem Linnaei interpretantur.

ἁλιαίετος — κόπτει] Versio Thomae: *stagna penetrat.* Albertus: *et animal quod dicitur malachos et carmolos manet in ripa maris et transeunt lacus et pascuntur in eis.* De aquila hac dicetur ad 9. 32. et 34. Ad hunc locum Albertus aquilam pede altero palmato memorat, quae hinc in Linnaei Systema sub nomine Haliaëeti transiit. Si post aues aquaticas palmatas omnes Philosophus etiam haliaeetum pedibus palmatis voluit intelligi, tum extra aquilarum genus erit quaerendus, vt coruus palmipes ad pelecanos pertinet. Secutus autem est Aristoteles et sequi debuit vulgi consuetudinem in appellandis auibus.

ἀλληλοφάγοι] V. A. ἀλληλοφαγοῦσι. Contra Camus εἰσὶ post οἰκείου inseruit ex Medic. quod verbum hic statim additum vertit Thomas.

πᾶν μὲν] Medic. *πάμπαν*.

κεγχρὶς] Versio Thomae *cardus*. Nihil annotauit Camus, sed in Indice nominum inde *Cenkris* posuit. Albertus nominat *caboriz et antytonyz*. Gazae *tinnunculus*. Noster de Gener. 3, 1. *μάλιστα δὲ ἡ κεγχρὶς πολυγόνον· μόνον γὰρ σχεδὸν τοῦτο καὶ πίνει τῶν γαμψωνύχων*. De eadem supra 6, 1. *ὤπται μὲν οὖν καὶ τέτταρα εἴδη· τίκτει δὲ καὶ πλείω*. cap. 2. *τὰ δὲ τῆς κεγχρίδος ὠὰ ἐρυθρά ἐστιν, ὥσπερ μίλτος*. vbi male *modo minii* Gaza, rectius Thomas *sinopidis*. Consentiunt hodie, Falconem tinnunculum Linnaei, Gallorum *Cresserelle*, intelligi.

CAPVT VI. (vulgo IV.)

τετράποδα τὰ ἄλλα] Gazae versio habet: *et reliquae huiusoemodi quadrupedes*. Legit igitur additum *τοιαῦτα*, et recte quidem. Ouantia enim quadrupeda sola intelligit Philosophus. Albertus etiam h. l. habet: *animalia autem squammosa ouantia, sicut lacertae*. Sequentia *οἱ δὲ ὄφεις* vsque ad *τὰ ᾠοτόκα* Mediceus omisit; librarius enim a simili initio ad simile transiliit.

καὶ ὀλίγαιμον παντα τὰ ᾠοτόκα] Vulgatum *τὰ ὀλίγαιμα πάντα καὶ τὰ ᾠοτόκα* ex versione Thomae correxi. Leon. et Camotiana *πλευμονα* et *ὀλιγόαιμα* habent. In Veneto est *ἔχουσι δὲ σομφὸν ὀλιγόαιμον πάντα τὰ ᾠοτόκα*. Sed manus secunda post *σομφὸν* inseruit *τὰ*, supra *αιμον* posuit *αιμα* et *καὶ* adiunxit post *πάντα*. Sequens *καὶ* ante *τοὺς ἔχεις* omisit versio Thomae. Med. Venet. Reg. *ὄφεις* habent.

ὀστράκινα διατιθέντες] Ita ex Med. Canis. Camus scripsit pro *ὀστράκια διὰ τὸ τιθέναι*. Versio Thomae: *in vasis testeis disponentes velut ad saginationes*. Legit igitur *διατιθέντες οἷον* scriptum. Deinceps *ὅλα* versio Thomae *omnia* reddit. Gazae: *reliquum totum emittunt*, quasi *τὰ λοιπὰ πάντα* scriptum legisset. Etiam versio Thomae et Alberti habet: *et exit residuum per eiectionem*.

τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα] *omnia fere id genus animalia* Gaza vertit. Generis formaeue cognatio nulla intercedit, sed similitudo victus. Albertus: *hoc autem similiter plura faciunt animalia.* Verba ἀλλ' ἔξω οἱ ἀράχναι omittunt V. R. A. Postea ἐκχυμάζουσι Med. Versio Gazae: *foris sugendo euaporare mos est.* Vulgatum ἐξικμάζουσι correxi. Rationem dixi ad 5. cap. 25. s. 1.

2. ἐπανάγει] Gaza vertit: *reducit et vsque eo retractat, quoad partem nactus postremam e directo constituat.* Thomas: *sursum ducit — in rectum statuat.* Scotus apud Vincentium 20. cap. 45. *cumque aliquid in cibo acceperit, erigitur et transglutit, deinde constringitur, donec perueniat illud, quod transglutitur, ad inferius.* Albertus: *et quando in os aliquid accipit, erigit caput et collum et transglutit illud, deinde constringit, et contrahit corpus suum comprimendo hoc quod transglutit, in ventrem inferius.* Narrat deinde nidum picae in cacumine nucis depopulantem serpentem, qui matris aduolantis coxam apprehenderat, sed a mare fuit occisus tundendo cerebrum p. 79. b. Scoti et Alberti locum totum apposuit Camus Notit. Tom. VI. p. 450.

εἰς μικρὸν] Camus ex Codd. εἰς inseruit. *in paruum* versio Thomae. Deinceps κάτωθεν pro καταποθὲν Med. φαρμακοπῶλαι Thomae sunt *veneni venditores.* Audi nunc Plinium 10. s. 92. *Serpentes ouis pinguescunt, spectanda quidem draconum arte: aut enim solida hauriunt, si iam fauces capiunt; quae deinde in semet conuoluti frangunt intus, atque ita putamina extussiunt: aut si tenerior est catulis adhuc aetas, orbe apprehensa spirae ita sensim vehementerque praestringunt, vt amputata parte ceu ferro reliquam, quae amplexu tenetur, sorbeant. Simili modo deuoratis auibus solidis, contentione plumam excitam et ossa reuomunt.* sect. 93. *Serpentes, cum occasio est, vinum praecipue appetunt, cum alioqui exiguo indigeant potu. Eaedem minimo et paene nullo cibo, cum asseruantur inclusae, sicuti aranei quoque, alioqui suctu viuentes.*

CAPVT VII. (vulgo V.)

μόνον δὴ τοῦτο τῶν ζώων] Ex Med. Reg. *τούτων* edidit Camus, quam lectionem sequitur versio Thomae. Albertus: *terram tenacem, quae glis vocatur.* Plinius 10. s. 93. *Serratorum dentium carniuora sunt omnia. Vrsi et fruge, fronde, vindemia, pomis viuunt et apibus, cancris etiam ac formicis. Lupi, vt diximus, et terra in fame.* Idem 8. s. 34. antea tradiderat, ad quem locum Alberti verba apposuit Harduinus cum Glossa Isidori: *Glis, glitis, humus tenax.* Cf. ad Catonis cap. 45. p. 114. dicta.

αἱ κύνες, ἐσθίουσι] Verba vulgo interposita *ὅταν κάμνωσι* cum Med. et versione Thomae omisit Camus. *ἐσθίουσιν ἀνεμοῦσαι* V. R. *ἀναιμοῦσι* Med. Sequens *μονοπεῖραι* Albertus vertit: *qui vadunt solitarii, non in societate.* Thomas: *soliuagi insidiatores.* Male Gaza: *qui inertes et vnipetae quidem sunt.* Hesychius: *μονοπείρας, τοὺς μὴ ἀθρόους ἀλλὰ καθ' ἕνα πειρατεύοντας.* ad quem laudauit Alberti Photii Lexicon.

μᾶλλον [αὐτῶν] ἢ τὰ] Seclusum *αὐτῶν* cum Gaza omittendum censuit Sylburg, reddidit tamen Thomas, qui *κυνηγέσια consodalitatem* vertit.

2. *γλάνον*] Hesychius: *Γάνος καὶ ἡ ὕαινα ὑπὸ Φρυγῶν καὶ Βιθυνῶν.* Sic etiam scriptores graeci recentiores appellant, teste Glossario Cangii. *Glanom* nominauit Thomae versio. In Fragmento Callimachi apud Galenum Glossarii voc. *πολυγράω* et in Etymol. M. voc. *γράσων* Bernardus ad Synesium de Febribus p. 31. emendabat: *καὶ γάνος αἰζηῶν ἔγρας κηδεμόνα,* de hyaena interpretatus. *Cabon etiam* appellat Vincentius Sp. Nat. 22, 1. tanquam ex Aristotele: *lupus est comatus vt leo, cadauera de sepulcris extrahit et comedit.* Glossae: *ὕαινα, benua.* Clemens Recognitionum libro 8. p. 124. *alia quaedam mammalia marem vicibus alternis in feminam verterent, et semper per annos singulos commutarent, vt lepores et hyaenae, quas benuas vocant.*

Arnobius 7. p. 223. *camelos, belbas et leones.* vbi Elmenhorst malebat *benuas*, alii legunt *beluas.*

οὐκ ἐλαττων] Ita pro ἔλαττον scripsi praeeunte versione Thomae, vbi est: *non minor.* Deinceps ὥσπερ ἵππου ex Vatic. dedit Camus. Postea σκληροτέραν vertit Thomas. Denique καὶ νέμουσα V. A. cum Camotiana, damnante H. Mercuriali V. Lect. 6, 18. *vomitionem hominis imitando* vertit Gaza. *similans vomitum* Thomas, quasi οἷον ἐμοῦσα vel simile aliquid scriptum legisset. Plinius 8. s. 44. *Sermonem humanum inter pastorum stabula assimulare, nomenque alicuius addiscere, quem euocatum foras laceret. Item vomitionem hominis imitari ad sollicitandos canes, quos inuadat. Ab vno animali sepulcra erui, inquisitione corporum.* Quam narrationem inter hyaenam et crocottam diuidit Aelianus 7, 22. De imitatione vomitus suspicor intelligi id, quod in voce hyaenae Africanae maculatae obseruatum narrauit Sparrmann Itiner. p. 154. et 161. vocem animal quasi ex stomacho profundam trahere. Manifestius etiam tradit hanc similitudinem auctor narrationis in Ephemeride Britannica *Political Magazine 1786.* Julii p. 65. vbi de hyaena viua filio Regis Angliae tradita refertur: *This howl is very peculiar. Its beginning resembles a man moaning, and its latter part as if he were making a violent effort to vomit. As it is loud and frequent at night, perhaps it has been sometimes mistaken for that of a human voice in distreſs and has given rise to the accounts of the ancients etc.*

σαρκοφαγίας τῆς τοιαύτης] Ita pro σ. τῶν ἀνθρώπων Medic. cum versione Thomae: *appetens esum carnium talium.* Sexus ἐφιέμενον respicit ad ζῶον, cum tamen ἐμοῦσα antecessisset. Sic saepe noster mutat genus. Deinceps χεδροπούς Med. Canis. *fructus immaturos* vertit Thomas, *legumina* Gaza. Pro μέλι Codd. omnes Cami μετ λιττῶν habent, quam scripturam Thomas, Gaza et Plinius reddiderunt. Nata forte ea est ex scriptura μελιττῶν σμή-

νη καταγνύουσα τὸ μέλι. Sed pro καταγνύουσα aliud scriptum Thomas vertit *deprehendens*, forte καταλαμβάνουσα.

3. τοῖς ἐλάφοις] Ita pro ταῖς ex Med. Reg. et versione Gazae scripsit Camus. Pro ἐπιτίθεται Thomas ὑποτίθεται scriptum vertit *supponitur*. Deinceps temere vulgatam et Med. Ambr. scripturam ex V. R. mutauit in ταύροις ὅμως. χωρήσασα γάρ, sententia plane peruersa. Versio Thomae: *et in tauros ore ad os. Secedens enim a tauro secundum faciem supina incidit, et tauri conantis percutere brachiis quidem cornua apprehendit.* Legit igitur scriptum: ὑποχωρήσασα γὰρ ἀπὸ τοῦ ταύρου — ἐμπίπτει. In Leon. et Camot. est ταύροις pro ταύροις. Post βραχίοσι repetitum vulgo τοῦ ταύρου cum Med. et versione Thomae recte omisit Camus. ἀκρωμίαν *summitatem* vertit Thomas. Totum locum ita Albertus interpretatur: *et aliquando iniicit se super tauros cadens super dorsa eorum, et cum taurus vult eum ferire cornibus, apprehendit et tenet cornua manibus suis et lacerat spatulas eius.* Plinius 8. s. 54. *Ingrediuntur et bipedes: arborem auersi derepunt: tauros ex ore cornibusque eorum pedibus omnibus suspensi pondere fatigant.* Aelianus H. A. 6, 9. ταύρῳ δὲ λιμώττουσα ὅταν ἐντύχῃ, κατὰ μὲν τὸ καρτερὸν καὶ ἐξ εὐθείας οὐ μάχεται, προσπαλαίει δὲ καὶ τοῦ τένοντος λαβομένη κλίνει καὶ ἅμα ἐσθίει. Ὁ δὲ πιέζεται καὶ μέμυκε καὶ τελευτῶν ἀπεῖπε καὶ κεῖται, καὶ ἐκείνη ἐμπίπλαται.

4. λάβρως] Versio Thomae λάβρῳ vel potius λάβρα *gulosa* reddidit. Sequens ὅλα ex Med. et versione Thomae addidi: *multa tota non diuidens.* Albertus, qui totam narrationem ad lupum transtulit, haec addit: *et ideo abscondunt homines hamos multos in morsellis incisis et lupis expositis, et tunc transglutit hamos cum morsellis et moriuntur.* Aelianus H. A. 4, 34. ἀδηφάγος δὲ ὢν καὶ ὅλα, φασὶ, μέλη βρύκων ἂν καταπίοι· τούτων οὖν πεπληρωμένος καὶ τριῶν ἡμερῶν οὐκ ἐσθίει πολλάκις, ἔστ' ἂν ὑπαναλωθῇ τὰ πρῶτά οἱ καὶ πεφθῇ· πίνει δὲ ὀλίγα. Postea vulgatum εἰθ'

ἡμέρας δύο ex Med. correxi. Denique Med. scripturam *διὰ τοῦ πεπληρῶσθαι* reddidit versio Thomae *quia repletus est.*

ξηρὸν] Med. *σκληρόν.* Versio Thomae *durum et opacum.* Forte *ἐσκιασμένον* scriptum legit. Sequens *κυνὶ* est pro *κυνείῳ* dictum. Albertus: *et exit cum eo* (stercore) *fortis ventositatis a parte ani.* Idem verba *ἐμποιεῖ — καταπνέων* omisit, et sequentia ita vertit: *et quando lupus aperit os suum, exit ab eo fortis odor.* Versio Thomae habet *et in aperto ipso.* Denique pro phoca nominauit *kaniky.* Aelianus H. A. 5, 39. *οὐκοῦν περιχανὼν ἐμπνεῖ μὲν τοῦ καθ' αὐτὸν ἄσθματος, καὶ τούτῳ τὴν φυλακὴν ἐπιτρέπει, ἀπαλλάττεταί γε μὴν αὐτός· τὰ δ' ἄλλα ζῶα ἥκοντα καὶ αἰσθανόμενα, ὅτου λείψανόν ἐστι τὸ κείμενον, οὐ τολμῶσι προςάψασθαι* etc., quae simplicem Philosophi narrationem ad consilium aliquod et prudentiam leonis referunt.

5. *ὁ καλούμενος κάστωρ*] Ita Philosophus hoc vno in loco memorans simul indicat aliud fuisse etiam nomen animalis, sed vulgo *κάστορα* audiisse. *Κύνα ποτάμιον* alii vocarunt. *Fiber* Gazae audit.

σαθέριον] Med. *σαθρίον καὶ τὸ σαπείριον.* Versio Thomae *sathrium et satirium.* Gazae *satherium, satyrium.* Anonymus MStus Augustanus apud Cel. Matthaei cap. 54. *ὅτι παρ' ὕδασι διατρίβει ὁ κάστωρ καὶ τὸ σαθέριον καὶ ἡ λάταξ καὶ ἐνυδρὶς καὶ τὸ σαπήριον, ἐξ οὗ γίνεται τὰ σαπήρινα ἐνδύματα.* Hesychius: *Σατύριον — ζῶον τετράπουν ἢ λιμναῖον.* Noster supra 1, 1. *τὰ δὲ τὴν τροφὴν ποιεῖται καὶ τὴν διατριβὴν ἐν τῷ ὑγρῷ, οὐ μέντοι δέχεται τὸ ὕδωρ, ἀλλὰ τὸν ἀέρα, καὶ γεννᾷ ἔξω. πολλὰ δ' ἐστὶ τοιαῦτα καὶ πεζὰ, ὥσπερ ἐνυδρὶς καὶ λάταξ καὶ κροκόδειλος.* vbi Gaza *lutris, latax* habet, Albertus *andris et teutheath.* Albertus ita: *sicut fastoz, kacheobeon, fasquron, anadriz, lamyekyz. Lamyakiz autem est satius quam anadriz et habet fortes dentes, et apud nos vocatur castor: anadryz autem est, quem nos luterem vocamus. Fasturon autem est chebalus dictus latine, kirsutam et nigram ha-*

bens pellem pretiosam valde, qua vtuntur ante pallia varia. Kachyneon autem est id, quod nos vocamus martarum latine, et est animal fuluum, album in gutture, in quantitate catti existens. Fastor autem etiam genus martari minus et nigrius dicto. Castor autem habet dentes fortes valde et saepe exit nocte de caueis riparum, et amputat ramos arborum, quae sunt circa fluuios, et construit sibi casas ex eis: quas facit cum solario, in quo habitat, quando exaltatur aqua. Aug. Niphus satherion interpretatus est zibellinam, ab aquis alienissimam, quem tamen secuti sunt multi recentiores scriptores, inter quos Buffonus, qui Latacem censuit esse Belonii lupum marinum, descriptum ab eo *De la nature des Poissons* p. 18. Satyrium de bestia *Desman* vocata interpretatur *Histoire naturelle* XXVI. p. 118. ed. minoris. Ἔνυδρις Schrebero in Enarratione Mammalium p. 461. est Lutra vulgaris Linnaei, a qua Latacem nisi nomine discrepare non putabat. De satherio recte negat idem p. 484. zibellinam esse. Pallas Spicileg. Zoolog. XIV. p. 42. Latacem e Castore male viso et relato fictam esse censet. Nam quae h. l. referantur, in nullam feram, imo in nullum quadrupes animal aquas dulces frequentans conuenire, praeterquam in castorem. Quod vero pilum durum specie inter vituli marini et cerui pilos medium dicit, id quoque superiori pilo castoris non male convenire. Videri igitur Aristotelem aliena narratione falsum de castore geminum effecisse animal. Certe Latacis nomen in Lutreolam, cui a Rzaczinskio accommodatur, nullo modo quadrare. Satherion vero lutreolam esse Linnaei eo minus dubitat Pallas, quum pellis hujus non ignobilis, praesentiaque in australibus quoque Russiae, vt Poloniae, prouinciis ita suadeant, vnde Graecis facile innotescere potuisse; quin fortasse per Thraciam vsque ad confinia Graeciae bestiam aquarum viciniam habitare. De satyrio tacuit Pallas, quod nomen forte putauit esse ex variatione prioris, satherion, ortum. Denique *Noerzam* Germano-

rum ex Alberto M. ad lutreolam hanc refert Pallas. Equidem locum Alberti nondum reperi. Sed est alius eiusdem libro 22. p. 221. a. *Guesselles vel roserulae vulgariter vocantur mures quidam, quorum stercus habet musci odorem, et hunc odorem habet etiam pellis muris. Est autem hic mus in dorso fuluus et in ventre albus, in pratis habitans et super riuos, et aliquando in domibus, si prata eis viridantia adiacentia sint. Hoc animal stercus suum in vnum congerit, quasi iuuamenti aliquid sciat in ipso.* Quae paulo integriora habet Vincentius Sp. nat. 19. c. 103. sed animal *rosurellam* nominat, quem locum quasi ex Isidoro posuit Gesneri Histor. Quadrupedum p. 853. Dubito an haec ad soricem moschatum referri possint.

κερκίδας] Gazae versio *virgulta proxima:* Thomae *summitates arborum.* Forte huc spectat Hesychii glossa: *κερκίδας, δονακίνας· ἐπεὶ ταῖς ἀνθήλαις ἐχρῶντο εἰς κερκίδας.* Idem alibi: *κερκὶς, ἡ τῆς πίτυος κορυφὴ ἢ αἰγείρου.* Apud Theophrastum h. pl. 3, 14. *κερκὶς.* est populus tremula, quae h. l. intelligitur, quanquam in Geoponicis 12, 29. est *κερκίδι. ἢ καλάμῳ.*

οὐκ ἀφίησι — ψόφον] Albertus vertit: *et dicunt quidam morsum illum non sanari, nisi laesus audiat fracturam ossium castoris.*

λάταξ σκληρὸν] Albertus: *et iste castor pilos habet duros fului coloris, et est corium eius valde spissum, et pellicia dicunt valere paralyticis sicut et castoreum. Color autem eius, sicut dicit Aristoteles, est inter pilos konnichy et cerui, et hoc est quod diximus, quod fului sunt pili eius, et habundant ista animalia valde in partibus Alamaniae quibusdam et in terris Sclauorum Poloniae et Prusciae et Rusciae.*

CAPVT VIII. (vulgo VI.)

λάπτοντα] Versio Thomae *lambentia:* Gazae *lambendo.* Alberti *lambunt aquam lingua.* Deinceps *οἷον ὑμύες* Med. *velut onymyes* versio Thomae. Alberti: *sicut mus, sed causa*

huius est, quod mus secundum totum genus suum, quod multiplex est valde, habet dentes priores, qui duales vocantur et incisores, longiores aliis et alte super mandibulam superiorem porrectos, et ideo sugere, sicut etiam animalia serrales dentes habentia non potant aquam propter inaequalitatem dentium, et propter hoc lambit aquam lingua. Plinius 10. s. 94. *In potu autem, quibus serrati dentes, lambunt: et mures hi vulgares, quamuis ex alio genere sint. Quibus continui dentes, sorbent, vt equi, boues. Neutrum vrsi, sed aquam quoque morsu vorant.* De modo bibendi peculiari canibus, equis, asinis et bobus egregia est obseruatio Aubentoni in Historia naturali equi ad Buffonum. Equus scilicet labiis nasoque immersis aqua sorbillat aquam, canis exserta curuataque lingua tenui lambit, asinus labiis contingit tantum aquam summam. Hinc equus narium morbis obnoxius.

τὰ δὲ συνόδοντα σπᾷ] Versio Thomae σπάσει reddidit Alberti: *quae autem aequales dentes habent, linguam intus et maxillas extra componunt ad dentium diuisionem, et inter mandibulas sugunt aquam et bibunt, quod non possunt serrales dentes habentia facere. — Sugentia autem sunt sicut equus et taurus et ouis et capra et huiusmodi. Vrsus autem bibit alio modo. Aues autem quasi sugunt aquam* etc.

οὔτε σπᾷ οὔτε λάπτει] Med. Vatic. et versio Thomae σπάσει — λάψει habent hic et in sequentibus. Gaza: *neque lambendo neque sorbendo, sed morsu.* Equidem κάπτει scripsi pro κάψει. Camus cum R. A. πίνει ante κάψει adiecit. Sed ii Codices κάμψει habent.

μόνος κάψει] Plinius 10. s. 63. *Bibunt aues suctu; ex his quibus longa colla, intermittentes et capite resupinato velut infundentes sibi: porphyrio solus morsu bibit.* Paulo antea Ambr. μικρὰ habet pro μακραύχενα. Pessime Albertus: *sicut anser et gallina, et similiter facit kaorkaleon.*

Athenaeus 9. p. 388. ex nostro refert: κάπτων δὲ πίνει. Cf. 2, 17. et de Incessu animal. c. 10.

ἄγρια [καὶ] ὅσα] Copulam omisit Leon. et Camotiana. Deinceps ποιοφάγα — ποιοφάγον Medic. Totum locum ita vertit Thomas: *Quaecunque non carcarodonta, omnia fructus comedentia et herbae comestiua sunt non valde morosa in bibendo, excepto cane: hic enim minime herbaefagus.* Scotus autem: *Omne animal domesticum et syluestre habens cornua, faciens serram dentibus,* (manus aliena non inseruit) *comedit fructus, nisi habeant famem magnam, praeter conor, quoniam hoc animal comedit fructus et herbas.* Thomas igitur τῷ πίνειν scriptum legit; quid vero pro κατεχόμενα scriptum in eius libro fuerit, difficile est mihi quidem ad coniiciendum. Alberti versio consentit cum verbis e Scoto positis, nisi quod habet: *non habens cornua et faciens serram dentibus, non comedit fructus, praeter id quod vocatur cenon: hoc enim non comedit fructus et herbas.* Camus ex Aldina, Vat. Ambr. et versione Thomae κυνὸς dedit: ὑὸς vertit Gaza. Neutrum nomen conuenire putabat Scaliger. Plinius 10. s. 93. *Vnum animal digitos habentium herba alitur lepus, sed et fruge: solipedes et e bisulcis sues omni cibatu et radicibus. Solipedum volutatio propria. Serratorum dentium carniuora sunt omnia.* Quae nescio an ex h. l. olim integriore decerpta sint.

2. τὸ ῥύγχος] Plinius 11. s. 60. *herbas eruentibus limumque lata rostra, vt suum generi.* E Problematibus ductum censebat Sylburgius, quod habet Alexander Aphrodis. Problem. 1, 141. διὰ τί ὕες τῇ κόπρῳ τέρπονται; — κατὰ δὲ Ἀριστοτέλη, ὅτι παχύρυγχοι ὄντες ἔχουσι διαφθορουμένην τὴν ὄσφρησιν καὶ μὴ ἀντιλαμβανομένην τῆς δυσωδίας. Quae ratio mihi non satis apta nec vera videtur esse.

καὶ εὐχερέστατον] Versio Thomae *maxime gaudiosum* expressit scriptum εὐχαρέστατον. Sequens νῆστιν ἱστάντες omisit versio Thomae. Albertus habet: *extempore men-*

eurant pinguedinis quantitatem acquisitae. Plinius 8. s. 77. *Pinguescunt LX diebus, sed magis tridui inedia sagina-tione orsa.*

3. ἀκύλοις] Edd. pr. ἀκύλαις, quod correxit Sylburg. *palea* ex Scoti versione memorans Camus coniicit in Codd. quibusdam ἀχύροις scriptum fuisse. Albertus: *ordeo, milio et palea furfuris siue siliquis: optimam tamen carnem accipit ex glande, et impinguatur praecipue cum quiete.* Versio Thomae verba σύκοις, ἀκύλοις, ἀχράσι, σικύοις praeteriit. Med. συκινοῖς.

κοιλίαν θερμὴν] Ita pro ἀγαθὴν ex Canis. et varietate Regii scripsi. *quibus venter calidus est* Gaza. Deinceps ἢ ἀτρεμίαν Med. et versio Thomae. Albertus ad h. l. narrat, Frisones ordeo egesto a bobus semicrudo saginare porcos in eodem loco inclusos.

πιαίνει· τὰς δὲ ὗς] Med. et versio Thomae et Gazae πιαίνει δὲ τὰς ὗς. V. R. πιαίνει δὲ τὰς νηδύς. Deinceps νέμεσθαι ἐν πηλῷ Med. *pasci in luto* versio Thomae, qui pro ἡλικίας *aetatem* reddidit. Aelianus H. A. 5, 45. παχύνεσθαι δὲ τὴν σῦν ἀκούω μὴ λουομένην μάλιστα, ἀλλ' ἐν τῷ βορβόρῳ διατρίβουσάν τε καὶ στρεφομένην, καὶ πίνουσαν ὕδωρ τεθολωμένον, καὶ ἡσυχίᾳ καὶ στέγῃ σκοτωδεστέρᾳ χαίρουσαν καὶ τροφαῖς, ὅσαι φυσωδέστεραί τε εἰσὶ καὶ ὑποπλῆσαι δύνανται. — ὅτι καὶ ἰσχναίνεται καὶ ἐπιτρίβει τὰ κρέα ὗς ὁρῶν τὸν θῆλυν, πεποίηκε (Ὅμηρος) τοὺς ἄῤῥενας ἰδίᾳ καθεύδοντας καὶ τὰς θηλείας ἰδίᾳ.

ἀπὸ τοῦ σταθμοῦ] Ita pro τῶν σταθμῶν scripsi ex Med. Reg. versione Thomae et Gazae. *Ponderi decedit* interpretatur Sylburg. Sed Thomas totum locum ita vertit: *sexta parte ablatis pilis et sanguine et talibus.* Legit igitur scriptum τῷ ἕκτῳ μέρει ἀφαιρεθέντων τῶν τριχῶν καὶ αἵματος καὶ τῶν τοιούτων. Albertus: *tantum autem de cibo transit in nutrimentum porci, quod dicitur sexta pars cibi sui transire in pilos et sanguinem et sibi similes partes porci. Pugnat autem cum lupo: et lupus ingeniose pugnat*

cum porcis accedens subito et recedens et attemptans morsum gutturis eius, ita quod quidam expertorum dixit mihi, quod lupus eo vidente in ore accepit lignum ponderis 30 vel 40 librarum in silua, et cum eo didicit saltare super truncum arboris abscissae etc. Ordinem sequitur Albertus paulo commodiorem vulgato.

θηλαζόμεναι] *Porci autem cum pariunt, macrescunt, sicut et alia fere omnia animalia* Albertus.

CAPVT IX. (vulgo VII.)

ποηφάγοι] Medic. ποιοφάγοι bis habet, et sic Capite sequente. Deinceps φυσικοῖς Aldina, Junt. Codex Reg. Ambr. φυσηκοῖς Basil. Postea ἠρειγμένοις Camot. ἠρισμένοις Med. ἠρεισμένοις Canis. Versio Thomae *kiamis deiectis et foliis.* Denique ἐκτεμὼν — παράσχῃ τροφὴν Med. Vulgo erat παρέχῃ τὴν τροφήν. Sequens ἐμφυσήσῃ vulgato φυσήσῃ substitui ex versione Thomae *incidens insufflauerit.* Gaza: *si cute incisa spiritum adigas.* Albertus: *faba commolita et etiam fabae siliquis. Dicitur autem, quod si scinditur corium tauri et insuffletur inter corium et carnem et dat ei praedictos cibos, citius impinguabitur.* Plinius 8. s. 70. *lauatione calidae aquae traduntur pinguescere, et si quis incisa cute spiritum arundine in viscera adigat.* De hoc ἐμφυσήματι Riolanus in Paralipom. Enchiridii anatom. p. 483. Casaubonus ad Athenaei 5. p. 330. Mauchart in Ephem. Naturae Curios. Centur. I. p. 52. Beckmanni *Kleine Anmerkungen* p. 460. Noster de Sophist. Elenchis c. 1.

ἁπλαῖς] Camus ex Codd. non nominatis ἁπλῶς edidit. ἑπτισμέναις Thomas *coctis* vertit. Deinceps ἀσταφίσι Atticum vulgato σταφίσι ex Med. et Vatic. substitui. Postea οἱ ἥλειοι Vatic.

χλιαινόμενα τῷ κηρῷ] Plinius 11. s. 45. *boum attritis vngulis cornua vngendo aruina medentur agricolae, adeoque sequax natura est, vt in ipsis viuentibus corporibus feruenti cera flectantur atque incisa nascentium in diuersas partes*

torqueantur, vt singulis capitibus quaterna fiant. Hac eadem arte in cornibus torquendis Islandi olim vsi traduntur in Itinerario Olafseni Tom. I. p. 27. versionis germanicae.

τὰ κεράτια ἀλείφῃ] Nicephorus ad Synesium p. 363. *φησὶ δὲ καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ ζώων ἱστορίας, ὅτι οἱ βόες ἧττον ἀλγοῦσι τοὺς πόδας, ἐάν τις τὰ κέρατα ἀλείφῃ πηλῷ ἢ πίττῃ ἢ ἐλαίῳ.* Versio Thomae *vnxerit cera nigra aut pice*, omisso oleo, habet. Cato R. R. cap. 72. *Boues ne pedes subterant, priusquam in viam quoquam ages, pice liquida cornua infima vnguito.* Columella 5, 15, 2. *Subtriti pedes eluuntur calefacta bubula vrina, deinde fasce sarmentorum incenso, cum iam ignis in fauillam recidit, feruentibus cineribus cogitur insistere, ac pice liquida cum oleo vel axungia cornua eius linuntur.* Cf. Niclas ad Geoponica 7, 9. Plutarchus de Sera Numinis Vindicta p. 65. *καὶ τῶν βοῶν ἂν εἰς τὰς χηλὰς μαλακιῶσι, προσαλείφειν τὰ ἄκρα τῶν κεράτων.*

2. *αἱ ἀγέλαι*] Versio Thomae *ἀγελαῖαι gregales* reddit. Deinceps *Puricas boues.* Vulgatum *πάχνης* mutant V. R. A. in *γαλήνης* mira variatione. Pro nouem annis Scoti versio *vndecim* habet, Plinius autem *quatuor* libri 8. s. 70. *id consecutus est non ante quadrimatum ad partus vocando.* Plinianum numerum merito praetulit iam olim Conr. Gesner p. 29.

διαφυλάττουσιν] Hoc vulgato *διατηροῦσιν* ex Med. Canis. praetulit Camus. Sequens *ὅπως* vulgato *ὅταν* substitui, suadente iam olim Scaligero ex Gazae versione: *vt incrementum ampliter capiant.* Etiam Thomae: *vt crescant.* Alberti: *et non student adhaec nisi vt crescant.* Miror Cami silentium. Denique *τριακοσίους* Canis. De Pyrrhicis armentis dictum est ad 3. cap. 21.

CAPVT X. (vulgo VIII.)

ποηφάγα] Med. *καρποφάγοι μέν εἰσι καὶ ποιοφάγοι*, sed ita sequens *πιαίνεται* etiam mutandum erat. Deinceps vul-

gatum δυσχεραίνει correxi ex legibus grammaticis. Albertus: *et impinguantur aqua praecipue, in qua cocta est tortuca.*

κράστις] Leon. et Isingr. κρατὶς, Camot. κράσις, *farrago* Gaza. ἐστὶ δὲ κρατὶς λειοκρατεῖν. Med. πλειοτριχεῖν. Camus κραστὶς dedit, cum Sylburgius κράστις ex Hesychio, qui χλωρὸς χόρτος interpretatur, praetulisset. Versio Thomae: *Commixtio autem multiplicat pilos.* Albertus: *gazata facit pilos eorum molles et maxime si fuerint feminae impinguatae.* Vocem ὑπλήρους omittit Vatic. Graece κράστις vel γράστις est *farrago* vel triticea vel hordeacea. Hinc γραστίζειν farragine pascere. Cf. dicta ad Varronem R. R. 2, 7. p. 464. 465. In varietate Codicum λειποτριχεῖν latere suspicor.

πρωτόκουρος] *prima falx vitio datur* Gaza vertit: *quae primo oritur* Thomas. Deinceps Edd. Leon. Camot. ἐπάγηται τῆς πόας. Basil. et Med. ἐπάγηται· ὄζει γὰρ τῆς πόας. V. R. A. τῆς πόας ἄνευ· πίνειν etc. Versio Thomae: *quando mali odoris aqua superueniat, odorat enim herbam.* Legit igitur scriptum δυσῶδες ἐπιγένηται· ὄζει γὰρ τὴν πόαν.

οἱ δὲ ἵπποι] Equi sitientes purum amant, siti vero extincta pedibus proculcant et turbant aquam, vt recte contra h. l. monuit *Bourgelat, Elemens de l'art veterinaire* Tom. II. p. 250. Cf. ad Columellam 6, 27. p. 345.

ἢ συνταράξῃ] Vulgatum συνταράξει correxi. Aelianus haec ad elephantem transtulit cum capite sequenti 17. c. 7. διειδὲς δ' ὕδωρ καὶ ἀκραιφνὲς ἐλέφαντι πιεῖν ἔχθιστόν ἐστι, τεθολωμένον δὲ καὶ ῥυπαρὸν ἥδιστον πομάτων ἡγεῖται· καὶ μέντοι καὶ ἐς ποταμὸν ἐὰν ἀφίκηται ἢ λίμνην, οὐ πρότερον ἐπικύπτει πιεῖν, πρὶν ἢ τοῖς ποσὶν ἐπιταράξῃ τὴν ἰλὺν καὶ ἀφανίσῃ τὸ κάλλος τοῦ ὕδατος.

τέτταρας] *per decem dies* Albertus habet. ὀκτὼ scriptum legit et ad elephantem transtulit Aelianus l. c. ἐὰν δὲ ἄποτος μείνῃ, διακαρτερεῖ καὶ ὀκτὼ ἡμέρας.

CAPVT XI. (vulgo IX.)

Μακεδονικοὺς κριθῶν] Posterius vocabulum ex Aeliano addidi praeeunte Camo; ille enim ex h. l. 17, 7. *Ἀριστοτέλης ἐν τῷ ή περὶ ζώων φησὶ τοὺς ἐλέφαντας ἐσθίειν κριθῶν μεδίμνους Μακεδονικοὺς ἐννέα πλεῖστον· ἐπικίνδυνον δὲ τοσοῦτον πλῆθος· ἀλφίτων δὲ ἐπὶ τούτοις ἕξ· εἰ δὲ δοίης, καὶ ζ'.*

μαρεῖς] Hesychius: *μάρις τὸν ἓξ κοτύλας.* Cf. Pollux 10. s. 184. qui h. l. laudauit. Versio Thomae: *marces, est autem maris sex cotilae, et vini.* Aelianus: *καὶ χιλῶν φύλλα καὶ κλάδους ἁπαλούς· πίνειν δ' αὐτοὺς ὁ αὐτὸς λέγει μετρητὰς Λακεδαιμονίους ιδ', καὶ πάλιν τῆς δείλης ἐπιπίνειν ή.*

τριάκοντα] Aelianus 4, 55. *καμήλους ἔτη βιοῦν καὶ πεντήκοντα ἀκήκοα, τὰς δ' ἐκ Βάκτρων πέπυσμαι προϊέναι καὶ εἰς δὶς τοσαῦτα.* Plinius 8. cap. 18. *viuunt quinquagenis annis, quidam et centenis.* vnde h. l. *πεντήκοντα* emendabat Abr. Gronov ad Aelianum.

τριακόσια] Aelianus 17. cap. 7. *βιοῦν δ' ἐλέφαντας ἔτη σ' φησὶ, προϊέναι δέ ἐστιν οὓς καὶ εἰς τρεῖς ἑκατοντάδας.* Gaza: *alii annos ducentos viuere aiunt, alii trecentos.* quem ordinem praefero: eundem enim habet cum Aeliano Albertus ad h. l.

CAPVT XII. (vulgo X.)

μέδιμνον τοῖς ἑκατὸν] Versio Thomae *αὐτοῖς ἑκατὸν* scriptum reddidit *ipsis centum.* Vulgatum laudauit Eustathius ad Iliad. p. 919. ed. Basil. Deinceps *οὕτως ὑγιεινότερον τὸ ποιμνίον* Med. *οὕτω ὑγιεινὸν* Vatic. Postea *τὰ πολλὰ δελεάζοντες* V. R. A. in quo haud scio an verum lateat; vulgata enim vitiosa mihi videtur. Pro *ἅλας πάττοντες* versio Thomae *sale aspergentes:* videtur *ἁλσὶ* scriptum reddidisse.

κινούμεναι τῆς μεσημβρίας] Versio Gazae: *et agitatae quoque meridie.* Nescio an bene habeat vulgata. Oues enim meridianis horis compulsae in vmbra quiescere so-

lebant. Ecce Albertus: *Capri autem postquam moti sunt post meridiem plus potant de aqua, quando autem eis sal datur ante partem (partum?) multum fluxum lactis habebunt a mamillis. Oues autem impinguantur lenticula et palea auenae cum sale.* Videtur is πρὸ δὲ τοῦ τόκου scriptum reddidisse. Deinceps vulgatum τὴν δεῖλην ex Med. correxi. Pro καθιᾶσι Thomas scripturam καθιστᾶσι *constituunt* reddidit. θαλλὸς Gazae *olea*, κότινος *oleaster*. Timaei Glossa: θαλλὸς, πᾶν τὸ θάλλον, κυρίως δὲ ὁ τῆς ἐλαίας κλάδος. ad quem locum multa congessit Ruhnkenii sedulitas. Inprimis huc pertinet locus Dionis Chrys. Or. 65. ἀπὸ θαλλοῦ περιάγοντες ὥσπερ τὰ πρόβατα. quam locutionem in prouerbium fere vertit consuetudo. Cf. loca a Ruhnkenio laudata p. 136.

2. ἄχυρα ὁποῖα ἂν ᾖ] Ita pro ἄχυρα καὶ πόα Med. et versio Thomae: *palea qualiscunque fuerit.* Deinceps προσρανθέντα Gaza *respersa* reddidisse videbatur Sylburgio. Postea ὕδωρ δὲ προβάτοις τοῦ μὲν θέρους τὸ βόρειον, τοῦ δὲ μετοπώρου τὸ νότιον ἄμεινον, scriptum vertit Scotus: *et in aestate valens est aqua septentrionalis frigida, et in automno aqua meridionalis tepida.* Ita etiam Albertus, et videtur ea scriptura verior. Ideo etiam Varro 2, 2, 10. sole exorto et occidente pecus potum propellit aestate. Contra verno et hiberno tempore semel meridiano tempore potum agit.

καὶ αἱ νομαὶ αἱ πρὸς ἑσπέραν] Albertus: *iuuat eas plus pastus in fine diei et motus per itinera et exercitium moderatum — immoderatus autem motus et labor cogit ad maciem.* Postea γιγνώσκουσι μὲν scriptum reddidit versio Thomae. τῷ πάχνην ἔχειν Gaza vertit: *cum pruinam quam susceperint seruant. — parum prae sua imbecillitate constantes discutiunt suo motu quantum susceperint.* Contra Albertus: *et quae inter oues est debilis, non potest ex se excutere glaciem.*

3. ὅπου εἰς ἑλώδη] Praepositionem monente Sylburgio

vt inutilem seclusi; et omisit versio Thomae. Verba ἢ ὅπου μετεωρότερα Gaza recte vertit: *cum locis palustribus quam editioribus pascit.* Probat autem Philosophus carnes ouium in montuosis et editis pastarum. Ita etiam Albertus vertit.

εὐχειμερώτεραι]. Scaligeri emendationem δυσχειμερώτερα vnice probandam censuit Casaubonus. *maxime bene hiemales* vertit Thomas. Cum Scaligero sentiebam olim in annotatione ad Varronem p. 405. Nunc vero dubius adhuc haereo. Laticaudatas vel Syriacas oues suspicor propter maiorem pinguedinem, qua praecipue cauda est referta, frigus fortius pati.

κολεραὶ] Med. κολοεραί. Idem cum Canis. δασέων pro vulgato λασίων habet. Gaza prius vocabulum vertit: *glabrae exutiores quam vestitiores.* Thomas: *membris grossae lanosis.* Scotus: *et quod habens multos pilos multo magis quam habens paucos magis patitur hiemem.* Albertus: *similiter autem quaecunque habent pilos multos, melius sustinent hiemem quam habentes lanam paucam.* Sed antea idem: *et quaecunque habent ampliores et latiores caudas ex ouibus melius sustinent frigus hiemis quam habentes caudam longam et strictam.* Hesychius: κολερὰ, νόθα, νωθρά. ἔνιοι δὲ πρόβατα τραχέα. Quae sunt interpretationes omnes falsae. Κολεραὶ oues sunt villo breui, quales Apulas fuisse refert Plinius 8. s. 73. δασεῖαι vel λάσιαι, *hirtae* Romanis. Denique δυσχείμεροι δὲ καὶ αἱ οὖλαι pro vulgato αἱ αἶγες ex Med. versione Thomae, Gazae, Scoti et Alberto dedit Camus. Sunt hae oues *molles, tectae* et *pellitae* Romanis, vt docui ad Varronem p. 406. Geoponica 18, 1. τὰ δὲ παρουλότριχα σαθρὰ εἶναι τῇ φύσει διαβεβαιοῦνται.

Ὑγιεινότεραι μὲν οὖν ὄϊες] Postquam vulgatum αἱ αἶγες membri antecedentis ex auctoritate Codicis Med. et versionum in αἱ οὖλαι mutatum fuit, superest tamen duplex dubitatio. Primum enim comparationem caprarum cum

ouibus ratione habita patientiae atque impatientiae frigoris fuisse institutam a Philosopho, suadet cum reliqua vtriusque pecoris comparatio, tum locus infra 9, 3. *εἰσὶ δ' αἶγες δυσριγότεραι τῶν οἴων.* Varro etiam 2, 3, 6. pecus hoc alsiosum esse ait. Deinde dubitari potest, quo referatur istud *μὲν οὖν*, cum in prioribus nihil adhuc de sanitate pecoris vtriusque dictum sit. Gaza etiam simpliciter vertit: *Valent melius oues quam caprae.* De caprarum valetudine imbecilli Varro 2, 3, 5. *capras sanas sanus nemo promittit: nunquam enim sine febre sunt.* ad quem locum vide annotata.

κώδια καὶ τὰ ἔρια] Thomas recte *vellera et lanae:* male Gaza *pelles ac vellera.* *φθειρωδέστερα* male Thomas *corruptibiliora* vertit. Aelianus H. A. 1, 38. *λυκοσπάδα οἶν πέξας καὶ ἐριουργήσας καὶ χιτῶνα ἐργασάμενος λυπεῖ τὸν ἠσθημένον· ὀδαξησμὸν γὰρ ἐργάζεται, ὡς λόγος.* Plinius 11. s. 39. *gignuntur autem* (pediculi) *et vestis genere, praecipue lanicio interemptarum a lupis ouium.* Plutarchus Q. Sympos. 2, 8. *τὰ πρόβατα τὰ λυκόβρωτα λέγεται τὸ μὲν κρέας γλυκύτατον παρέχειν, τὸ δ' ἔριον φθειροποιόν,* vnde retulerunt Geoponica 15, 1, 5.

CAPVT XIII. (vulgo XI.)

ἐκχυλίζοντα ταύτῃ] Versio Thomae *exsugentes.* Supra c. 4. de serpentibus *ἐξικμάζειν* et *ἐκχυμίζειν* dixit, quod etiam h. l. restituendum censeo. Ita vulgo h. l. sequebatur *ζῇ χυλοῖς*, quod est etiam in Med. sed Camus ex V. R. A. *χυμοῖς* dedit. Postea vulgatum *σαθρὸν* ex Med. Vat. correxit idem Camus. *putridum* vertit Thomas, *nullis putidis* Gaza, *rem foetidam* Albertus.

ἥδιστον] Versio Thomae *ἡδίστως* scriptum reddidit: *libentissime* etiam Gaza. Sequens *καθαρὸν* ex Med. Canis. versione Thomae, Gazae inseruit Camus. Albertus: *et apis etiam diligit aquas claras currentes.* Idem *μύωψ* et *οἶστρος* reddidit nominibus barbaris *rarubos et estaros.*

CAPVT XIV. (vulgo XII.)

οἱ μὲν τὰς οἰκίας] Leon. Iunt. cum Codd. versione Thomae et Gazae *εἰς τὰς οἰκίας* dant, quam scripturam Camotianae posthabuit Sylburg. *ad domos hieme se transferunt* vertit Thomas, *domicilia hieme repetunt* Gaza, *quidam enim homines latent in hyeme in domibus* Albertus.

οἱ δὲ πολλῆς — κρατοῦντες] Respicit morem regis Persarum, de quo narrarunt multi scriptores graeci et latini, velut ex h. l. Aelianus H. A. 3, 13.

μεταβάλλει τοὺς τόπους] Vulgatum *μεταβάλλειν* ex Codd. suis, vt videtur, correxit Camus. Libros enim auctores non nominauit. Contra Thomas *μεταβάλλειν τοὺς τόπους, τὰ μὲν*, omisso *καὶ*, scriptum vertit. Illam scripturam reddidit etiam Gaza et Albertus.

2. *αἱ γέρανοι*] Med. *οἱ γέρανοι*. Post *Σκυθικῶν* Camus *πεδίων* inseruit ex Codd. excepto Ambr. *campis* est etiam in versione Thomae, sed pro *Σκυθικῶν* per compendium scriptum habet *ex psmeis campis*. Aelianus H. A. 2, 1. *ὅταν τὰ ἤθη τὰ τῶν Θρᾳκῶν καὶ τοὺς κρυμοὺς ἀπολιποῦσαι τοὺς Θρᾳκίους αἱ γέρανοι* et cet. Iterum 3, 13.

ὁ τόπος οὗτος — κατοικοῦσι] V. R. *ὁ τόπος περὶ ὃν — κατέχουσι*. Med. *οὗ καὶ λέγονται τοῖς Πυγμαίοις ἐπιχειρεῖν*. Sequens *γένος μικρὸν* Gaza *genus hominum, tum etiam equorum pusillum* reddidit: Scaliger contra simpliciter *genus pusillum, vt aiunt, ipsi atque etiam equi*. Gazam reprehendit propter additum *hominum* Edw. Tyson in Dissertatione Philologica de Pygmaeis addita Anatomiae Pygmaeorum vel Simiarum; ipse enim censet Philosophum Pygmaeos voluisse genus brutorum non hominum intelligi. Asseuerationem autem de veritate narrationis Homericae pertinere ad locum habitationis: verba contra *ὥσπερ λέγεται* refert ad sequentia. Verum ista Aristotelis defensio non procedit: nam si verba *καὶ οἱ ἵπποι* referuntur ad genus reliquum equorum, necesse est, vt *καὶ αὐτοὶ* intelligantur de ceteris hominibus.

Quod si enim comparari velis Pygmaeos cum ceteris brutis animalibus omnibus vel maximis vel minimis, inepte facies loquentem Philosophum. Quare potius concedo in sententiam Schefferi in Epistol. med. Thomae Bartholini Centur. IV. p. 193. qui monet ex Strabone, fabulam de Pygmaeis renouatam fuisse a scriptoribus rerum Alexandri Magni; quorum testimonio confisum Aristotelem haec tradidisse censet, caute tamen addito ὥσπερ λέγεται. Ceterum in h. l. versio Thomae διὰ τοῦ βίου scriptum reddidit: *in cauernosis autem habitant et sunt per vitam.* Albertus: *et ibi occurrunt animalibus brutis, quae quidem genera sunt symiarum et dicuntur pigmei, qui cubitales homines vocantur* et cet. vbi addit: *apud nos autem grues sunt continue et hyeme et aestate, et tamen habitatio nostra est valde frigida fere.* Cf. omnino *Heynii* annotationes ad Iliadis 3. versum 6.

οἱ πελεκᾶνες] Gazae *Plateae.* Albertus: *auis quae dicitur graece kalakanes — a loco qui vocatur charemon vsque ad locum qui dicitur cimor et ad locum qui dicitur athytyron et ibi pullificant.* Addit obseruationem de anserum migratione. Pelecanum multitudinem ad Strymonem testatur Belonius de Natura auium 3. c. 2. De nomine et genere pelecanis dicetur ad 9. c. 10.

Στρυμόνος ποταμοῦ] Cum Codicibus suis Camus ποταμοῦ omisit, et deinceps οἱ πρότερον τοὺς ὕστερον scripsit, cum tamen etiam in Med. sit οἱ πρότεροι: ego vero contra vulgatum τοὺς ὕστερον cum Camotiana mutaui in τοὺς ὑστέρους. Deinceps Med. et versio Gazae τοὺς προτέρους τοῖς ὑστέροις habent.

3. οἱ ἰχθύες] Albertus: *idem autem obseruant pisces mouendo de loco ad locum, et quaerendo loca cauernosa versus hyemem, ita quod expertus sum in villa mea super Danubium, vbi sunt plurimae cauernae in muris et lapidibus, quod omni anno post aequinoctium autumni congregantur ibi pisces, quos vulgus barbellos vocat, et in tanta con-*

veniunt quantitate, quod manibus capiuntur, ita quod tempore meo simul bene vsque ad decem plaustra manibus eiecerunt incolae loci. Compara cum his narrationem Aeliani H. A. 9, 57.

4. *τὴν μετάβασιν*] Med. V. R. A. *μετάστασιν* dant. Deinceps *καθ᾿ ἑτέραν* Med. Vatic. *σκόμβροι* Thomae sunt *scombriae.* Alberto *chentomur, θύννοι cochera, ὄρτυγες arores, γέρανοι latalis, βοηδρομιῶν monodaranuen, μαιμακτηριῶν manacraryon:* hunc Octobrem!, illum Septembrem interpretatur; contra Gaza illum Augustum, hunc Septembrem. Addit Albertus obseruationes de migratione auium has: Ciconias prius recedere, quam hirundines; has, quam coturnices; cuculum ante vtrasque recedere. Ficedulam in Sueuia semper reperiri, sed a Germania inferiore aestate recedere, redire in fine autumni. Similiter cornicem variam, quae ex parte cinerea est, aestate recedere a Germania inferiore, redire autumno et manere per hiemem, sed a superiore Germania nunquam recedere.

5. *πρὸς τὸ πνεῦμα*] Gaza *flatu secundo.* Aelianus H. A. 3, 13. *φυλάξασαι ἄνεμον οὖρον — καὶ κατόπιν ῥέοντα.* Sequens *ὅταν ἀνεμέσωσιν* vulgato *ὅταν ἐκπέσῃ* substitui ex Med. et versione Thomae. Camus ex versione Scoti apposuit verba: *in stomacho habent et vomitant ipsum.* Albertus autem ita: *et hoc quod dicitur, quod in stomacho habent lapidem et quod vomitant ipsum, quando volant, et inuenitur aliquando cadere ex ipsis, — falsum est: nec lapis cadens ex grege eorum cadit ab ore, sed a pedibus* et cet. Aelianus H. A. 3, 13. *γέρανος δὲ λίθον ὅνπερ οὖν καταπίνει πετομένη ὑπὲρ τοῦ ἔχειν ἕρμα, χρυσοῦ βάσανός ἐστιν, ὅταν οἷον ὁρμισαμένη καὶ καταχθεῖσα, ἔνθα ἥκει, εἶτα μέντοι ἀνεμέσῃ αὐτόν.* Ita confirmat Aelianus lectionem Medicei libri.

φάτται — πελειάδες] Versio Thomae: *fatgae — pelides.* Alberti: *pheytet et kaluados et turtures non hyemant in suis locis, sed columbae manent in locis suis.* De re vide

dicta ad 5, 13. Post χειμάζουσι verba vulgo interserta καὶ αἱ χελιδόνες post τρυγόνες collocata vertit Gaza, contra Med. cum versione Thomae et Alberti omisit, quos sequor.

ὄρτυγες] Albertus: *et similiter antogos aliquando manet, et saepius mouetur de loco ad locum, turtures etiam saepe manent, praecipue quando montem habuerint contra boream, et ab alia parte locum liberum et patulum, in quo se soli exhibeant, et ipsa terra habitationis sit temperata.* ἐν εὐηλίοις χ. Thomas vertit *temperatis locis.*

αἵ τε φάτται] Deinceps versio Thomae additum καὶ οἱ ὄρτυγες reddidit.

ὅταν ἐμπέσωσιν] Vulgatum, quod Gaza reddidit *cum ceciderint*, ex Med. correxi. Camus Gesneri emendationem πέτωνται recipere maluit. In versione Thomae scriptum dubie legi *resederint* aut *recederunt.* Equidem interpretor: *cum alis incubuerint et volatum inceperint*, vt dicitur ἐμπίπτειν de remigibus, cum remis incumbunt. Deinceps καὶ βόρειον scriptum vertit Thomas. Postea vulgatum ἠρεμοῦσι ex Med. versione Thomae, Gazae correxit Camus, monente Gesnero et Scaligero. Albertus aliter: *volant simul sicut greges, et in vento quidem puro frigido aquilonari cogit totus grex suum egohyat, hoc est stringunt cohortem, vt coniuncte volantes, vt vna quasi alis aliam percutiat, et videatur grex eminus, quasi niger pannus extensus in aere.*

ἐπιχειροῦσι τοῖς νοτίοις] Cum negatione Med. οὐκ ἐπιχ. Versio Thomae *non conantur.* Deinceps vulgatam scripturam νοτίοις· εὐδίας δὲ οὐ πέτονται, quae est prioribus plane contraria, recte vt falsam damnauit Scaliger, cuius emendationem recepit Camus, tanquam a Gazae et Scoti versione confirmatam. Is, deleto εὐδίας, dedit οὐ πέτονται δὲ διὰ βάρος. Gaza vero ita totum locum vertit: *austrum non aquilonem obseruant. Omnino aegre propter sui corporis pondus volant.* In Alberto nihil reperio, quod his

verbis graecis respondeat. In Gazae versione potius coniecturae meae patrocinium paratum et apertum reperio, qua verba εὐδίας δ' οὔ (mutato tamen εὐδίας in εὐδίᾳ) antecedenti membro tribui; deinceps vero κακῶς δὲ inserui, sed seclusi, ne pro verbis scriptoris haberentur. Plinius 10. s. 33. *austro non volant, humido scilicet et grauiore vento. Aura tamen vehi volunt, propter pondus corporum viresque paruas. Hinc volantium illa conquestio labore expressa. Aquilone ergo maxime volant ortygometra duce.*

6. παραβάλλωσιν] Versio Thomae *permutauerint*, legit igitur μεταβάλωσιν scriptum. Sequens ἀπαίρωσιν vulgato ἀπάρωσιν ex Med. substituit Camus. Albertus haec de coturnice narrata transtulit omnia ad grues. Pro glottide nominat *hakalokyrim, quae est coturnix, vt quidam dicunt, quam aliqui quagliam vocant.* Deinde: *et ortygometra et orix — et auis quae vocatur fababorios, et iste est, qui de nocte versus diluculum clamat.*

κύχραμος] Med. κέχραμος. Versio Thomae *kekharmus*, in Indice vero Camus *kekharmis* posuit: ego in Lipsiensi libro dubie scriptum *kekramis* reperi. Hesychius: κύγχρανος, εἶδος ὀρνέου. Idem: κιγκράμας, ὄρνεον. Videtur olim etiam κέγχραμος lectum fuisse, nomine a κέγχρῳ deducto, quare *miliariam* interpretatus est olim Belonius, assentiente Buffono, contra quos pugnat Camus Commentarii p. 271. Similiter rex Salaminis Κυχρεὺς vel Κυγχρεὺς ab aliis Κεγχρεὺς fuit vocatus. Cf. Heyne ad Apollodorum p. 775. et 783. et Interpretes Strabonis ad 9. p. 347. ed. Siebenk. Plinius l. c. pergit: *Semper hinc remeantes comitatum solicitant, abeuntque vna persuasae glottis et otus et cychramus. — Cychramus perseuerantior festinat etiam peruenire ad expetitas sibi terras. Itaque noctu is eas excitat admonetque itineris.* vbi libri quidam habent scriptum *Cechramis* et *Cenchramis*.

ὀρτυγομήτρα] *Matrix* Gazae. Fridericus II. de Arte ve-

nandi I. c. 9. p. 14. *et modus rallorum terrestrium, quae dicuntur duces coturnicum*, refert autem ad aues boni gressus et mali volatus. Hodieque Italis *regem coturnicum* et *fulicam* dici genus ralli descriptum a Belonio Obseruat. 1, 11. monet is ibidem.

καὶ ἡ γλωττὶς] Repete *παραπλησία τὴν μορφὴν τοῖς λιμναίοις ἐστί.* Gaza *lingulacam* vertit, Albertus inepte *picum linguosum* interpretatur, quanquam de linguis picorum bene doceat. Plinius l. c. *Glottis praelongam exserit linguam, vnde ei nomen. Hanc initio blandita peregrinatione auide profectam poenitentia in volatu cum labore scilicet subit: reuerti incomitatam piget, et sequi: nec vnquam plus vno die pergit: in proximo hospitio deserit. Verum inuenitur alia, antecedente anno relicta: simili modo in singulos dies.* Quae vnde ducta sint, ignoro. Recte iam olim Gesnerus eandem vel cognatam auem putauit esse Dionysii *ἐλαφίδα*, de qua ille Ixeuticorum 2, 11. inter amphibias aues: *ἐλαφὶς δὲ ὄρνεόν ἐστι τὰ πτερὰ πάντα ἐπὶ τοῖς νώτοις ἐλάφων ἔχουσα ἐοικότα θριξὶ, καὶ τρέφεται μὲν κατὰ τοὺς χερσαίους ἴυγγας, τὴν γλῶτταν μεγίστην οὖσαν ὥσπερ ὁρμιὰν εἰς τὸ ὕδωρ ἐπὶ πολὺ καθιεῖσα, οὕτως τε κατὰ μικρὸν ἐπὶ τὸν λαιμὸν ἀνέλκουσα τὸν ἰχθὺν τὸν ἀπατηθέντα, ὡς ἐπιψαύσαντα ἴδοι.*

ὠτὸς] Gazae *otus*, Alberto *ortytor* siue *ortor:* eidem *γλαῦξ* est *galenky*. Sequens *κοβαλὸς* vulgato *κολοβὸς* iam olim monente Gesnero substitutum a Sylburgio ex Med. et Canis. confirmauit Camus. Emendationem eandem proposuerat etiam Hartung Decuriae 2. c. 1. Versio Thomae reddit *multi garritus*, Gazae *blattero*. Deinceps Med. Reg. *ἀντορχούμενος. ἁλίσκεται δέ.* Postea vero Vat. et Reg. habent *περιελθὼν τοῦ θέρους τῶν θηρευτῶν.* Cum Med. facit versio Thomae.

γαμψώνυχα] V. R. A. *γαμψὰ πάντα.* Deinceps *τῶν Ἰνδικῶν ὀρνέων* scriptum vertit Thomas. Postea *σιττάκη* Med. *sitacus* versio Thomae. Camus in Indice *Itacus* po-

suit. Ceterum bene de aue comparato loco Ouidii Amorum 2, 6. et Plinii 10. c. 42. docuit Camus Comment. p. 626. si discesseris a coniectura de nomine auis graeco *ἀνθρωπόγλωττος*.

CAPVT XV. (vulgo XIII.)

πρὸς τὴν γῆν] Ita pro *εἰς* ex Med. Camus. Deinceps *βέλτίω καὶ ἀπαλωτέραν* V. Reg. Postea *θεὶς ὁ μέγας* Med. *et this qui magnus nascitur apud terram* versio Thomae. Camus *l'algue noire.* Gaza: *lituus niger — alter similis erraticis.* Albertus: *et forte oritur apud terram herba quae vocatur caper niger, quam libenter comedunt pisces: et hoc signant hi qui faciunt lacunas: hi enim aliquando remouent aquam et seminant fundum ordeo, quod cum exortum fuerit, inueniunt in eo pisces pastus.* Videtur omnino verbis *φυεται* et *ἀγρίοις* corpus vegetabile aliquod intelligi. Forte *θὶς* vitiosum est vocabulum.

κεκραμένοι] Vulgatum *κεκρασμένοι* vitiosum esse monuit Sylburg. Medicei *κεκραμμένοι* dedit Camus. Deinceps *καὶ αἱ σαρκες* inserto articulo dedi.

σινόδων] Versio Thomae *synodus*, Gazae *dentex*. *ὀρφὸς* Gazae *cernua*, *καλλιώνυμος pulcher*, Thomae vero *ὀρφὸς* est *tinica*, *τρίγλη* vero omittitur. De sinodonte dictum in Histor. litter. Pisc. p. 93. Vulgatum *ὀρφὸς* hic et infra c. 15. mutaui in formam Atticam, de qua dictum supra ad 5, 9, 5. Albertus barbara nomina decem habet, et deinceps genera piscium edit, qui iuxta ripam morantur in mari Flandriae et inferioris Germaniae, *alec, pectinum genera et qui dicuntur linguae siue soleae, et qui vocantur harderen, qui latine mulli vocantur, et qui vint vocantur, muruka, makarellus, lepus maris et perca maris et gemma maris, et qui vocantur hosemundus.*

σκορπίοι καὶ γόγγροι οἱ μέλανες] Versio Thomae scriptum *γόγγροι καὶ σκορπίοι οἱ μέλανες* reddidit, Alberti

scorpius maris et asellus niger maris. Deinde post nomina barbara haec vernacula ponit: *boues marini, et milites maris, qui enses habent in fronte et galeas in capite et scuta super dorsum et isti sunt tortuca maris et pisces serpentini et cete et multa alia genera piscium.*

2. ἀγαθὸς πάλιν] Med. πλὴν. Versio Thomae *praeterquam post arcturum.* Sequens οἰστρῶν παύεται Scotus reddidit: *in isto tempore dimittit coitum.* Ita plane etiam Albertus. Deinde σάρπη Med.

Βιστωνίδι] Edd. pr. cum V. R. A. βιστωνῇ. Recte tamen Camotiana. Deinceps vulgatum τὰ γένη ex Med. versionibus Thomae, Gazae et Scoti correxit Camus. *Βιστονικὴν λίμνην* vocat Aelianus H. A. 15, 25. vbi vide adscripta. Ἀλωπεκόνησον, litera non geminata ν, habent Leon. et Camotiana Editio.

κολίων] Med. Canis. κολοιῶν, et sic a secunda manu Reg. *monedulae* Gazae, *koliorum* Thomae. Sequens *Αἰγαίῳ* mutare in *Αἰγιαλῷ* ex Med. non sum ausus, quamvis videatur Aelianus H. A. 10, 6. ita scriptum legisse: *Ποντικοὶ κολίαι* — ἐν μὲν τῇ καλουμένῃ *Προποντίδι* χειμάζουσιν· ἀλεεινὴ γάρ ἥδε ἡ γῆ· θέρους δὲ πρὸς τῷ *Αἰγιαλῷ* διαιτῶνται· παρέχει γὰρ αὐτοῖς αὔρας μαλακὰς ἡ θάλαττα ἡ προειρημένη. Cf. ad sect. 6. Nunc video, in Veneto esse ἐν τῷ *Αἰγιαλῷ*. θυννῆδες καὶ πηλαμύδες. sed manus secunda correxit αἰγαίῳ. θύννοι δὲ καὶ.π:

θυννίδες δὲ καὶ πηλαμύδες] Vulgatum θύννες ex Med. et versione Thomae correxit Camus, ego vulgatum πηλαμίδες ex Leon. et Camotiana. Gazae versio *thunni, limariae.* Deinceps ῥυαλῶν Med. Sequens τε omisit Leon. et Camotiana. Vatic. distinguit ἀγελαίων. ἰχθύων δὲ εἰσί.

3. θηρία τὰ μεγάλα] Med. καὶ τὰ θηρία καὶ τὰ μεγάλα. R. A. καὶ τὰ θηρία τὰ μεγάλα ἐλάττω. ἔξω γάρ. Vat. βελτίω habet pro ἐλάττω. Deinceps vulgatum φαλαίνης ex Codd. etiam Veneto, et versionibus Thomae, Gazae et Scoti correxit Camus. Cf. supra 6, 12. φώκης ex

h. l. retulerunt Plinius 9, 15. et Aelianus H. A. 9, 59. De vitio iam olim admonuit Gesner p. 837. Aelianus ita: *ἔνθεν τοι καὶ πολλοῖς ἰχθυσιν εὐθηνεῖται ὁ Εὔξεινος πόντος· θηρία γὰρ τρέφειν οὐκ ἔμαθε· φώκην δ᾽ εἴ που τρέφει καὶ δελφῖνας βραχίστους, τῶν δ᾽ ἄλλων ἀπάντων οἱ τῇδε ἰχθῦς ἐν σκέπῃ εἰσί.* Quae sunt ducta ex Plutarcho de Solertia p. 194. H. *οὐ γὰρ τρέφει κήτη ἀλλ᾽ ἢ φώκην ἀραιὰν καὶ δελφῖνα μικρόν.*

ἐπιτήδειοι ἐντίκτειν] Ita Med. pro *εἰς τὸ τίκτειν* habet. Sequens *ἅτ᾽ οὐ γενομένης* est coniectura Casauboni pro vulgato antea *αὐτοῦ γεν.* confirmata a Med. Canis. In Reg. correctum est *ὡς οὐ. vtpote cum longior mora non fuerit* vertit Gaza. Plinius 9. c. 15. *Piscium genus omne praecipua celeritate adolescit, maxime in Ponto. Causa multitudo amnium dulces inferentium aquas. Amiam vocant, cuius incrementum singulis diebus intelligitur. Cum thynnis haec et pelamydes in Pontum ad dulciora pabula intrant gregatim cum suis quaeque ducibus, et primi omnium scombri, quibus est in aqua sulphureus color, extra qui ceteris. Hispaniae cetarias hi replent, thynnis non commeantibus. Sed in Pontum nulla intrat bestia piscibus malefica praeter vitulos et paruos delphinos. Thynni dextrà ripa intrant, exeunt laeua. Id accidere existimatur, quia dextro oculo plus cernant, vtroque natura hebete. — Opperiuntur autem Aquilonis flatum, vt secundo fluctu exeant e Ponto, nec nisi intrantes portum Byzantium capiuntur.*

4. *οἱ δὲ τριχίαι*] Vulgatum *τριχαῖοι* iam olim correxit Gesner p. 991. verum habet ex h. l. Eustathius ad Dionysii Periegesin versu 298. et Med. *Sarda* vertit Gaza, *sardellae* Thomas. Plinius 9. c. 15. *intrantium Pontum soli non remeant trichiae, sed hi soli Istrum amnem subeunt: ex eo subterraneis eius venis in Adriaticum mare defluunt, itaque et illinc descendentes, nec vnquam subeuntes e mari visuntur.*

εἴθ' ἡ σχίζεται] *vnde fisso flumine per abditum terrae meatum defluunt in Adriaticum sinum* Gaza vertit, male verba Philosophi ex Plinio interpolans. Thomae versio scriptum εἶτ' ἤδη σχίζεται καὶ πλέουσι *deinde iam diuiditur et natant.* Communem antiquitatis errorem coarguit Strabo 1. p. 153. Sieb vbi contra Eratosthenem disputat: κοινὴν δέ τινα τῶν πρὸ αὐτοῦ τισιν ἄγνοιαν ταύτην ἠγνόηκεν, ὑπολαβοῦσιν εἶναί τινα ὁμώνυμον τῷ Ἴστρῳ ποταμὸν, ἐκβάλλοντα εἰς τὸν Ἀδρίαν ἀπεσχισμένον αὐτοῦ· ἀφ' οὗ καὶ τὸ γένος Ἴστρων, δι' οὗ φέρεται, λαβεῖν τὴν προσηγορίαν, καὶ τὸν Ἰάσονα ταύτῃ ποιήσασθαι τὸν ἐκ τῶν Κόλχων ἀνάπλουν. Hac eadem via Timagetus eumque secutus Apollonius Rhodius Argonautas ex Ponto in Adriam perduxit. Cf. Scholia graeca ad Apollonii 4, 283.

συμβαίνει τοὐναντίον] Gaza integrius vertit: *ibi contra euenit quam in Ponto.* Deinceps vulgatum ἐκπλέοντες μὲν γὰρ οὐχ ἁλίσκονται εἰς τὸν Ἀδρίαν, εἰσπλέοντες δὲ ἁλίσκονται ex Med. correxit Camus. Vitium viderat iam olim et correxerat Gesner ex Plinio. In ceteris Codd. tantum est: εἰσπλέοντες μὲν γὰρ οὐχ ἁλίσκονται. Gaza vertit: *exeuntes enim semper capiuntur, subeuntes nunquam.* Cum Mediceo facit versio Thomae.

5. *ὁρῶσι, φύσει οὐκ ὀξὺ βλέποντες*] Ita vulgatum φύσει, τῷ δ' ἀριστερῷ οὐκ ὀξὺ βλέπουσι ex Med. Canis. et versione Thomae correxit Camus. βλέποντες habent etiam Vat. Reg. Albertus etiam: *quamuis naturaliter non sit acuti visus.* Plutarchus de Solertia p. 190. H. laudato Aeschyli versu, τὸ σκαιὸν ὄμμα παραβαλὼν θύννου δίκην, pergit: τῷ γὰρ ἑτέρῳ δοκοῦσιν ἀμβλυώττειν· ὅθεν ἐμβάλλουσιν εἰς τὸν Πόντον ἐν δεξιᾷ τῆς γῆς ἐχόμενοι, καὶ τοὐναντίον, ὅταν ἐξίωσιν. quem locum transtulit Aelianus H. A. 9, 42.

οἱ ῥυάδες] Male interpretatus est vocabulum Aelianus

H. A. 9, 46. male etiam Albertus: *rodez autem, quem latine scombrum vocant.* Deinceps *κἂν μὴ* Leon. Camot. *si non selachea sunt* versio Thomae.

λέγουσι δέ τινες] Plinius 9. c. 15. *Bruma non vagantur, vbicunque deprehensi vsque ad aequinoctium ibi hibernant. — Omnia autem hibernant in Aegaeo.* Plutarchus de Solertia p. 189. ed. Hutten. de thynno: *ὅπου γὰρ ἂν αὐτὸν αἱ τροπαὶ χειμῶνος καταλάβωσιν, ἀτρεμεῖ καὶ διατρίβει περὶ τὸν αὐτὸν τόπον ἄχρι τῆς ἰσημερίας.*

6. *κολίαι εἰσιόντες*] Med. *κολιοὶ εἰσπλέοντες.* Gaza: *monedulae subeuntes.* Thomas *koliae*, Canis. *κολοιοὶ.* Ambr. *θύννες εἰσπλέοντες.* Reg. *κόνες εἰσπλέοντες.* Deinceps vulgatum *ἁλίσκονταί τε μᾶλλον* ex Med. versione Thomae et Gazae correxit Camus. Versio tamen Thomae habet: *egredientes a Ponto capiuntur et magis optimi sunt.*

τοῦ Αἰγιαλοῦ] Versio Gazae *prope Aegaeum* habet, vt Thomae et Scoti. *Αἰγαίου* etiam est in Med. et a secunda manu in Regio, quod recepit Camus, quanquam fateatur Aelianum H. A. 10, 6. vulgatum ex h. l. retulisse. Sed Aelianus locum superiorem excerpsit, vbi vulgo *Αἰγαίου* legebatur. In Veneto a prima manu *Αἰγαίου*, a secunda *αἰγιαλοῦ* scriptum extat. Deinceps *τοῖς κολιοῖς* Edd. pr. Codd. ex emendatione Sylburgii in *κολίαις* mutarunt recentiores. *Koliis* versio Thomae, *monedulis* Gazae. Postea *καὶ οἱ σκόμβροι* scribendum esse coniecerat Abr. Gronou. ad Aeliani l. c. Versio Thomae *scombriis* habet et sequens *καὶ* ante *κάτω* omittit.

CAPVT XVI. (vulgo XIV.)

καὶ τὰς ὑπερβολὰς] Gaza vertit: *vt sibi contra vtriusque exuperantiam temporis opitulentur*, quasi *βοήθειαν τῆς ὑπερβολῆς* scriptum legisset, vel *τῆς καθ' ἑκατέραν τὴν ὥραν ὑπερβολῆς.* Sylburgius vitio manifesto mederi vole-

bat scribendo *κατὰ τὰς ὑπερβολὰς*, quod sane remedium lenissimum est.

Φωλεῖ δὲ τῶν] Ita vulgatum *φολιδωτῶν* iam olim Casaubonus ex Gazae versione corrigi voluit, coniecturam firmante Med. Canis. et versione Thomae, vbi est: *Latibulum autem quaerit horum quidem totum genus.* In Reg. eadem est scriptura a secunda manu.

ἐπιδηλότερος] Sylburg *ἐπιδηλοτέρα* malebat, et rarior sane est haec comparatiui forma nominibus femineis adiuncta.

2. *πλὴν εἴ τι*] Vat. Reg. *πλὴν εἰπεῖν ταῖς οἰκήσεσιν εἴ τι συνανθρωπεύεται αὐτῶν.* Sequens *μὴ διετίζει* Thomas vertit: *non duorum annorum sunt.* Postea vulgatum *χειμεριωτέρας* ex Med. Canis. Vat. correxi.

καὶ γὰρ [καὶ] αὗται] Alterum *καὶ* ex coniectura Sylburgii inseruerunt Editiones recentiores, quas sequor. Sequens *διαφανὴς* vulgato *ἀφανὴς* ex Med. Canis. et versione Gazae substituit Camus, quod fieri iam olim voluit Scaliger. Male Thomas vertit *apparet manifesta*, recte Gaza *ventre transluoente.* Thomas verba *οὐδὲν φαίνονται γενόμεναι* reddidit *nihil gustant.* Postea *ἐπικοιτάζεσθαι* Gaza vertit: *vbi sibi cubile constituere tutius solent.* Thomas: *consueuere locis latere.* Reddidit is scripturam Med. Canis. *ἐπιλυγάζεσθαι* vel *ἐπηλυγάζεσθαι.*

CAPVT XVII. (vulgo XV.)

τῶν ἐναίμων τὰ πολλὰ] Ita Med. pro *τὰ πολλὰ τ. ἐν.* Ex Reg. *πολλὰ καὶ τῶν ἐναίμων* dedit Camus. Deinceps vulgatum *σαῦραι* ex Med. correxi. Postea *οἱ δὲ ἐχῖνοι* Ambr. pro *αἱ δὲ ἔχιδναι.* Denique *καὶ τοὺς αὐτοὺς* ex Canis. V. R. A. versione Plinii, Thomae et Gazae inseruit Camus. *καὶ τοὺς ἄλλους* addit Med.

παντα σχεδὸν φωλεῖ, καὶ μύραινα] Ita pro *πάντα φωλεῖ σχεδόν. Φωλεύουσι δὲ καὶ μύραινα* Camus scripsit, monens *φωλεῖ* deesse in Codd. omnibus, et in Med. pro *φω-*

λεύουσι esse φωλεῖ. Scaliger ἀεὶ in locum verbi φωλεῖ reponi voluit, quia Gaza vertit: *cum caeteri omnes fere semper capiantur.* Equidem Gazam sequor, et deleui φωλεῖ.

ὀρφὼς] Vulgatum ὀρφὸς hic et supra c. 13. correxi. Cf. ad 5, 9, 5. dicta. Gazae etiam hic vt supra *cernua*, Thomae *tencha*. Plinius 9. s. 24. *Cum asperae hiemes fuere, multi coeci capiuntur. Itaque his mensibus iacent speluncis conditi, sicut in terrestrium genere retulimus, maxime hippurus et coracinus hieme non capti, praeterquam statis diebus paucis et iisdem semper: muraena et orphus, conger, percae et saxatiles omnes.* Is igitur *percae* nomen additum legit, quod fortasse ex membro sequente reducendum est.

οἱ ἄῤῥενες τοῖς θήλεσι — νεοττεύουσιν] Gaza vertit: *coniugatim mares cum feminis conduntur, quomodo et foetificare solent.* Ad datiuum graecum verbum συνεζευγμένοι intelligendum videtur vel praepositio σύν. Verbum νεοττεύουσι signate dicitur de piscibus, vt aues per coniugia nidificant et foetus educant. De merulis nigris dixi in Histor. litter. Pisc. p. 88. de turdis p. 171.

2. ἂν ἀλεεινὸς ᾖ ὁ τόπος καὶ ἐπιγίγνωνται εὐδίαι] Ita ex Med. Canis. scripsi pro vulgatis ἐν ἀλεεινοῖς τόποις καὶ εἰ ἐπιτείνονται αἱ εὐδίαι. Consentit etiam versio Thomae. Gaza ἐπιγίγνωνται vertit *si temporis insolitae quietes contingant.* Copulam ante ταῖς πανσελήνοις omisit versio Thomae.

πριμάδες] Vulgatum πριμαδίαι ex Med. Veneto et versione Thomae correxi. *Primadae* Gazae versio habet. Indidem vulgatum ἰλὺν δ' ἔχουσαι ἐν τῷ νώτῳ φαίνονται correxi. Etiam V. R. φαίνεσθαι dant. Albertus: *vermedis — coenum iacet supra dorsum eius et supra alas eius.* Ex Scoti versione *vrmedez* posuit Camus. Ceterum πριμάδες hoc vno in loco nominatae Oppiano, Athenaeo et Hesychio sunt πρημάδες vel πρηνάδες vel πρημνάδες vel πρῆμναι. Cf. Histor. litter. Pisc. p. 63.

3. ἐαρινὴν ὥραν] Aldina, Codd. omnes, versio Thomae

et Scoti εἰρημένην habent, alterum reddidit Gaza. Deinceps κύοντες vulgato κύουσαι Med. et Vat. substituit. Sed dubitari potest, hoc membrum adhuc ad primades pertineat, an omnino ad pisces latitantes omnes. Sequens etiam variatio sexus auget dubitationem. Postea διὰ τὸ ὄστριον Ambr. *propter infesti asili stimulum* vertit Gaza: *quoniam tunc mouentur in desiderio coitus* Albertus.

ὑπερέχοντα τὸ στόμα] Albertus nominat in exemplo *piscem similem anguillae, quem quappen vel ascurem quidam vocant Germanorum, et pisciculos paruos, quos lostas vel loxas siue fundulas vocant.* Vbi Gesner p. 713. *Alputten* scribit. *Loxas* ex Gallico *Loches* factas monuit idem pag. 480. Aelianus H. A. 9, 57. *οἱ μὲν τοῖς πτερυγίοις ἐπαμῶνται τὴν ψάμμον καὶ ἑαυτοὺς ἐπηλυγάσαντες ὑποθάλπουσιν.* vbi vide adscripta.

τοῦ χειμῶνος μόνον] Ex Med. accessit μόνον. Sequens καὶ βάτοι ex Med. Canis. V. R. A. versionibus Thomae, Scoti et Gazae. *petrei et raiae et selachothea* vertit Thomas, *raiae* Gaza, *piscis autem mollis testae et qui manent in lapidibus sunt sicut barcora quem purpuram nos vocamus et cheley* Albertus. Denique μόνον ante ἡμέρας ex Med. Canis. et versione Thomae addidit Camus.

4. οὗτος γὰρ τοῦ θέρους] Verba τοῦ θέρους omittunt R. A. Albertus praeter glaucum et asellum nominauit *akakea et offoros.* Sequens διὰ πλείστου χρόνου Thomas vertit *interpolato multo tempore.* Ad verbum ἀνατρέπεσθαι verbum aliud, velut ἐνδέχεται vel συμβαίνει, intelligendum esse vel excidisse, recte monuit Sylburg. Plinius 9. s. 25. *Terra quidem hoc est vado maris excauato condi per hiemis torpedinem psettam soleamque tradunt. Quidam rursus aestus impatientia mediis feruoribus sexagenis diebus latent, vt glaucus, aselli, auratae. — Et alioqui totum mare sentit exortum eius sideris, quod maxime in Bosporo apparet. Alga enim et pisces superferuntur, omniaque ab imo*

versa. Is pro *ἰλὺς* fortasse *ὕλη* scriptum h. l. legit. Venetus *ἐπάνω γίγνονται* habet.

τριβομένου τοῦ βυθοῦ] *detecto fundo* vertit Thomas, *si gurgitum ima saepius terantur* Gaza. Deinceps Edd. pr. *τὸ πρότερον ἢ ὅλως οὐχ ἑωραμένων,* quod in *ἑωραμένα* mutari voluit Sylburg, aut in *τῶν πρότερον — ἑωραμένων.* Postremam scripturam ex Codd. recepit Camus. Negationem ante *πολλάκις* omisit Med.

CAPVT XVIII. (vulgo XVI.)

οἴονται, εἰς ἀλεεινοὺς] Vulgatum *οἴονται, ὀλίγοι ἢ εἰς ἀλ.* ex Med. et versione Thomae correxit Camus. *non, vt aliqui putant, paucae nec omnes ad loca tepidiora abeunt* Gaza. Veriorem scripturam expressit etiam Albertus. Deinceps vulgatum *τοιούτῳ τόπῳ* correxit Camus ex Codd, assentiente versione Thomae et Gazae. Postea *οἷον ἐκεῖνοι* ex Ambr. pro *καὶ ἐκεῖνοι* dedit Camus, assentiente Gaza. Denique *τῶν τοιούτων τόπων* plenius scriptum vertit Thomas. Pro *ἐκτοπίζουσιν* V. A. *ἐπιπίπτουσιν* habent.

ἐν ἄγκεσιν] Ex Gazae versione *in angustiis conuallium* vulgatum *ἀγγείοις,* quod Thomas reddidit *in vasis spoliatae omnes,* mutare sum ausus. Camus etiam Gazam secutus vertit *dans des creux.* Albertus: *plantis se quibusdam concauis applicauerunt:* addit visam a se quercum cauam hirundinibus plenam. De *ἰκτίνοις* dictum fuit ad 6, 6. Deinceps *κόρυλος* Med. *coridus* versio Thomae habet. Pro *διατελεῖ οὖσα* versio Thomae *διατελοῦσα* reddidit. Verba de miluis et sequentia male interpretatur Albertus ita: *miluus enim per paruum tempus absconditur, ita quod multos latet absconsio eius: abscondere enim se per tempus et iterum manifestari accidit tam auibus vncorum vnguium quam rectorum.* Postea nominat *plargon, saccotos, thacoren* et *forador,* quem *fasianum* interpretatur, *thacoren* vero ait quosdam *quayam* vocare, alios aliud genus auis interpretari. Voluit, puto, *qualiam, caille,* dicere.

τῶν δὲ φασσῶν] Vulgatum *τῶν δὲ τιθασσῶν* ex Med. Canis. versione Thomae et Gazae correxit Camus. *τιθασῶν* Leon. et Camotiana dederunt. Albertus hoc vertit: *quaedam aues domesticas.* In sequentibus *κίχλην* omisit et pro *ψάρος sparus* dixit Thomas.

CAPVT XIX. (vulgo XVII.)

οἵ τε ὕστριχες καὶ αἱ ἄρκτοι] Med. *ὕστριγγες*. R. A. *φωλοῦσιν αἱ ἄγριαι ἄρκτοι. πότερον δέ.* Simile compendium in suo Codice secutus locum hunc vertit Gaza. Narrationem Philosophi de vrso excerpsit Aelianus H. A. 6, 3. sed admiscuit multa aliena et falsa, quorum deinceps fontem inuestigabimus. Primum Aristotelea videamus. *χειμῶνος μὲν ἀποτίκτει καὶ φωλεύει τεκοῦσα καὶ ὑφορωμένη τοὺς κρυμοὺς τὴν ἐπιδημίαν τοῦ ἦρος προσμένει, οὐδ᾽ ἄν, πρὶν ἢ πληρωθῆναι τρεῖς μῆνας, ἐξαγάγοι ποτὲ τὰ βρέφη. Ὅταν δὲ αἴσθηται ἑαυτῆς πεπλησμένης, ὑφορωμένη τοῦτο ὡς νόσον, ζητεῖ φωλεόν· ἐντεῦθέν τοι κέκληται τῇ ἄρκτῳ φωλεία τὸ πάθος.* Abhinc aliunde quaedam inserit, quae deinceps ponam. In his vero Aelianus falso, etsi confidenter, ponit causam latitationis nimiam corporis repletionem et pinguedinem; deinceps male ait *φωλεύει τεκοῦσα*, post partum latitare neque ante tres menses producere pullos propter frigoris timorem, cum Aristoteles dicat, in ipsa latitatione parere, causam frigoris non edat, et tres menses a bruma terminet. Sequitur ex nostro: *καὶ παρεισελθοῦσα ἡσυχάζει καὶ τρόπον τινὰ τὴν ἕξιν ῥινᾷ, καὶ δρᾷ τεσσαράκοντα ἡμερῶν αὐτό. Καὶ λέγει μὲν Ἀριστοτέλης, ὅτι ἄρα δὶς ἑπτὰ ἡμερῶν ἀκίνητος μένει καὶ ἀτρεμεῖ, τῶν δὲ ἄλλων στρέφεται μόνον. Ἄσιτος δ᾽ ἄρα διαμένει τῶν τεσσαράκοντα πασῶν καὶ ἄτροφος· ἀπόχρη δ᾽ αὐτῇ τὴν δεξιὰν περιλιχμᾶσθαι. Ἐκ δὲ τῆς συντήξεως τῆς ἄγαν συμπέπηκται τὸ ἔντερον αὐτῇ καὶ συνῆλθεν· ὅπερ εἰδυῖα, ὅταν προέλθῃ, τοῦ καλουμένου ἄρου τοῦ ἀγρίου ἐσθίει· τὸ δὲ ἄρα φυσῶδες ὂν διΐστησιν αὐτῇ τὸ ἔντερον καὶ εὐρύνει αὐτὸ καὶ*

ἀποφαίνει τροφῆς δεκτικόν. Postrema tamen non ex ipso fonte, sed ex Plutarcho duxit, vnde etiam deriuauit, quae supra interposuit, quaeque repetam, posteaquam locum Plutarchi apposuero. Is est de Solertia animal. p. 169. Hutt. *ἡ δ' ἄρκτος ὑπὸ τοῦ πάθους, ὃ καλοῦσι φωλιὰν, καταλαμβανομένη, πρὶν ἢ παντάπασι ναρκῆσαι καὶ γενέσθαι βαρεῖα καὶ δυσκίνητος, τόν τε τόπον ἀνακαθαίρει, καὶ μέλλουσα καταδύεσθαι, τὴν μὲν ἄλλην πορείαν ὡς ἐνδέχεται μάλιστα ποιεῖται μετέωρον καὶ ἐλαφρὰν, ἄκροις ἐπιθιγγάνουσα τοῖς ἴχνεσι, τῷ νώτῳ δὲ τὸ σῶμα προσάγει καὶ παρακομίζει πρὸς τὸν φωλεόν.* Quo in loco etsi difficultatem nemo hucusque animaduertit, magna tamen inest. Nihil enim oppositum videtur priori membro *τὴν μὲν ἄλλην πορείαν — ποιεῖται μετέωρον καὶ ἐλαφράν.* Nam quod additur *τῷ νώτῳ δὲ τὸ σῶμα προσάγει*, pertinet adhuc ad rationem suspensi incessus explicandam, dum corpus reliquum ad dorsum contractum adducitur. Quod si tamen *τὴν ἄλλην πορείαν* non de ipso incessu et via, sed de ratione incessus interpretari malueris, priora verba vsque ad *ἴχνεσι* pedum positionem spectabunt, sequentia vero *τῷ νώτῳ — προσάγει* conformationem reliqui corporis ad dorsum adducti et contracti continebunt. Tum vero quid significabunt ista: *καὶ παρακομίζει πρὸς τὸν φωλεόν?* vbi seu vulgatum, siue, quod Codices quidam offerunt, *κομίζει* simplex probaueris, pertinet id ad *σῶμα.* Itaque corpus vrsus ad latebram ferre dicetur contractum et adductum ad dorsum, ipse summis pedum vestigiis insistens. Videamus nunc, quid inde effecerit Aelianus, qui locum ita traduxit: *Εἶτα εἰσέρχεται οὐ βαδίζουσα, ἀλλ' ὑπτία, ἀφανίζουσα τοῖς θηραταῖς τὰ ἴχνη· ἑαυτὴν γὰρ ἐπισύρει κατὰ τὰ νῶτα.* Quae Gyllius ita vertit: *in antrum non recto motu sui corporis sed supino ingreditur, et dorsi sui tractu repit, venatoribus vt vestigia sua oblitteret.* Aliter intelligere nec haec latina nec graeca licet, nisi ita, vt vrsus in dorsum resupinatus repere et trahere se dicatur in latebram. Con-

tra locus Plutarchi hanc potius postulare videtur interpretationem, vt vrsus dicatur primum summis vestigiis insistens et suspensus incedere, deinde vero contracto et adducto reliquo corpore ad dorsum saltu ingredi et peruenire ad latebram. In Plinio fabulam hanc frustra quaesiui. Is 8. s. 54. haec ex nostro deriuauit: *Hystrix hibernis se mensibus condit, quae natura multis et ante omnia vrsis. Eorum coitus hiemis initio — deinde secessus in specus separatim, in quibus pariunt trigesimo die plurimum quinos. — Nec quidquam rarius quam parientem videre vrsam. Ideo mares quadragenis diebus latent, feminae quaternis mensibus. — Primis diebus bis septenis tam graui somno premuntur, vt ne vulneribus quidem excitari queant. Tunc mirum in modum veterno pinguescunt. Ab iis diebus resident ac priorum pedum suctu viuunt. — Cibi nulla tunc argumenta, nec nisi humoris minimum in aluo inueniri, sanguinis exiguas circa corda tantum guttas; reliquo corpori nihil inesse. Procedunt vere, sed mares praepingues, cuius rei causa non prompta est, quippe nec somno quidem saginatis praeter quatuordecim diebus, vt diximus. Exeuntes herbam quandam aron nomine laxandis intestinis alioqui concretis deuorant.* Is inter alios errores *vrsam parientem* habet pro *praegnante*. Nam de partu non adeo rarum esset in vrsa, cum in nulla fere fera contingat homini partus testem esse. De vrsa confirmant idem recentiorum testimonia, monente Schrebero. Ceterum Albertus recte videtur locum hunc ita conuertisse: *in aliis autem residuis diebus absconditur quidem sed mouetur extendendo et contrahendo membra, et aliquando sonando voce: quod autem vrsa tempore latentiae pariat, signum est, quod rarissime venantur venatores impregnatam.*

οὐδὲ γὰρ ἐξέρχονται] Vulgatum *οὔτε* correxi.

κενὰ φαίνεται] Vulgatum *φαίνονται* ex suis libris correxit Camus. Deinceps *λέγεται δὲ καὶ* scriptum vertit Thomas. Postea *ὀλίγον* Aldina cum Vatic. *προσφύεσθαι* Med.

concludere versio Thomae. Pro *ἀφιστάναι* Aelianus *διϊστάναι* videtur scriptum legisse, sed potuit etiam vulgatum ita interpretari. Scilicet vulgabatur *ἀφεστάναι*, quod necessario erat mutandum in *ἀφιστάναι*. Plutarchus p. 176. *ἡ δ' ἄρκτος, ὅταν ἐκ τοῦ φωλεοῦ παρέλθῃ, τὸ ἄρον ἐσθίουσα πρῶτον τὸ ἄγριον· ἡ γὰρ δριμύτης ἀνοίγει συμπεφυκὸς αὐτῆς τὸ ἔντερον.* vbi Codices quidam *συμπεπηγὸς* habent.

2. *ἐλειὸς*] Med. *ἐλιὸς*, V. R. A. *ὁ λεῖος*, versio Thomae *elius*. Hesychius *ἐλειοὺς* interpretans ait, Aristarchum censere, esse animal lacertis simile *ἐν τοῖς φρυγάνοις*, in virgultis, Callistratum vero, esse genus vermis in quercubus, quo piscatores ad escam vtantur. Addit: *ἔστι γὰρ ζῶον τετράπουν ὁ ἐλειὸς καλούμενος μῦς, ὁ σκίουρος*, esse quadrupes animal murem vocatum eleion, sciurum. Idem: *ελλύϊος, θηρίον ἀπὸ φρυγάνων σκωληκοειδὲς, ᾧ χρῶνται πρὸς δέλεαρ.* Idem: *ὀλιὸς, σκίουρος, ἔλιος.* Idem: *ὀλεὶρ, ἔλιος, μῦς.* In *ἔλῃοι* habet: *Ἀντίγονος δὲ ὁ Καρύστιος ἐν τῷ περὶ ζώων τὸν καλούμενον μῦν ἔλειον.* Tot habes scripturae varietates nominis animalis eiusdem, vt quidem videri potest. In Alberto extat *alieus*. Interpretatio Hesychii partim vera, partim falsa est. Mus enim est, sed sciurus, qui nobis hodie dicitur, non est. Galenus libri 3. cap. 1. de Alimentorum Facultate: *τῶν ἀρουραίων μυῶν καὶ τῶν καλουμένων ἐλειῶν ἐν μέσῳ εἶναι τὸν μύωξον καλούμενον.* Ad Lucaniam is Italiae refert myoxum cum arctomy, alibi tamen eundem in deliciis coenarum esse confessus. Myoxus igitur videri potest esse Romanorum glis, quem hodieque in Calabria ad cibos capi testatur *Swinburne* Itinerarii Tom. I. p. 385. vers. german. *Ghiro* etiam nunc in Italia vocatur. Alii tamen ipsum *ἐλειὸν* glirem romanum interpretati sunt. Ita enim in Parabilibus Dioscoridi adscriptis 1. cap. 57. *κἂν τοῦ ἐκ τοῦ λίπους ἔλαιον, ὃ καλεῖται γλῆρις· καὶ γὰρ ὁ ἀπανονοσοκιώρους λέγεται.* vbi recte Saracenus cum Moibano corrigit *καὶ τὸ λίπος ἐκ τοῦ ἐλειοῦ,*

ὃς καλεῖται. In reliquis vitiosis verbis σκίουρος et fortasse λαγόγηρος latet. Plura dixi ad Varronem 3, 15. p. 568. sqq. De mure Pontico dicetur ad 9, 50. Albertus eum h. l. vocat *fusitoz*. Vulgatum ποντιος ex Med. Canis. correxit Camus.

καὶ τὸ περὶ τὰς γενέσεις κέλυφος] Haec verba in versione Scoti omissa esse monuit Camus, nec simile aliquid habet Albertus. Gaza vertit: *et primi ortus operculum. c'est l'étui des parties qui leur sont essentielles* Camus. Gazae versionem iam olim reprehendit Veslingius Observ. anatom. p. 223. et 237. Possit enim aliquis secundinas intelligere, a quibus tamen vt a vera cute esse ait senectutem diuersam. Hanc bis anno exui et pullos ea post aliquot demum menses super cute vera et squamata integi, pellucida ita, vt squamae veluti per speculum transluceant. Exuuias etiam oculis obduci et deinde exui obseruat Veslingius. Sed totus hic locus τῶν δὲ φωλούντων vsque ad illa τὸ κέλυφος plane alienus est ab hoc ordine; igitur aut transpositus aut ab aliena manu insertus. Certissimum argumentum praebent verba sequentia, *Τῶν μὲν οὖν πεζῶν* etc., quibus vrsorum et ceterorum quadrupedum viuiparorum latitatio absoluitur. Tum demum de squamatis ingreditur docere: *Τὰ δὲ φολιδωτά*. Igitur membrum suspectum vncis adhibitis sclusi.

καὶ ἑμὺς] Med. ὁ ἑμύς. Edd. ante Sylburgianam habent ὁ μῦς. Sylburgii emendationem recentiores dederunt καὶ ἑμυς. Gaza *mus aquatilis* vertit, *emis* Thomas, *cohoz* Albertus. Camus ex suo libro Thomae versionis *et mys* posuit. Paulo antea τὰ πλεῖστα habebant Edd. ex Scaligeri emendatione pro τὰ πλεῖστον, confirmata a Mediceo. Pro ἐκδύνουσι Camot. habet ἐκδυουσι.

οἷον ἀσκαλαβώτης] Versio Thomae ἀλλ' οἷον reddidit, deinde *lacertae*, ergo σαῦροι. In Med. et Vat. similiter est ἀλλ' οἷον.

3. *πᾶσι πρῶτον, ὥστε*] Ita pro *πρῶτόν φασιν, ὥστε* Canis. V. R. A. Quare etiam vulgatum *ἀφίστασθαι* mutandum fuit, quod ipsum habet Leon. et Camotiana Editio. In Veneto est *ἀφίστασθαί φασι πρῶτον*, sed manus secunda *ἀφίσταται πᾶσι πρῶτον* correxit. Deinceps *συννοοῦσι* habet Med. et Venetus. Verba vulgata *καὶ λευκὴ φαίνεται πάντων* Camus ex Med. mutauit in *κελυφὴ γὰρ φαίνεται πάντων*. quae vertit: *il semble que ce soit l'étuit de tout le reste*. Non potuit ineptius. Gaza contra: *glabrum enim hoc omnium ante quam reliquum corpus apparet*. Is igitur scriptum legisse videtur *λείη γὰρ αὕτη πρώτη φαίνεται πάντων*. Albertus: *ita quod qui non cognoscit hoc accidens tyri, putet eum esse coecum propter dependentia veteris corii super oculos. deinde paulatim aufert corium residuae partis capitis et deinde aufert totum corporis corium vsque ad caudam, et hoc perficitur intra diem et noctem.* Dubia igitur quam maxime est scriptura huius loci. Cami et Medicei *κελυφὴ* probare nullo possum modo. Sententiam enim minime aptam vel veram praebet. Nec forma vocabuli satis certa videtur. Quod enim ex Theophrasti h. pl. 3, 9. laudauit H. Stephani Thesaurus *πρὸς τῇ κελύφῃ*, id Heinsiana Editio et Bodaei tacite in *τῷ κελύφει* mutarunt. Interim dedi, Gaza praeeunte, quod potest intelligi. Nunc video, in Veneto esse etiam *κελυφὴ γὰρ φ. π.* sed manus secunda suprascripsit *καὶ λευκὴ γὰρ φ. π.* Sequens *ἀπολυόμενον* vulgato *ἀποδυόμενον* ex versione Thomae substitui, vbi est *absoluitur*.

τὸ ἐντὸς ἐκτὸς] Med. Canis. *τὰ ἐκτὸς* sine *ἐντὸς*, vt in Veneto, vbi tamen manus secunda *τὰ ἐντὸς ἐκτὸς* correxit. V. R. A. *φυομένου* habent pro *ἐκδυομένου*. In Reg. deinceps addita leguntur haec: *τοῦ ἐντὸς δέρματος ἡ τοῦ ἐκτὸς ἀποβολή*. Similiter Gaza: *et cute altera intus subnascente ipsa remouetur*. Sed ita scribendum fuerat: *Γίγνεται δὲ ὑποφυομένου τοῦ ἐντὸς δέρματος ἡ τοῦ ἐκτὸς ἀπο-*

βολή. Ita tamen sequentia non conueniunt. In Leon. et Camot. est *τοῦ ἐντός*.

ἐκ τῶν χορίων] Versio Thomae *locellis*. Legit igitur *χωρίων* scriptum. Gaza: *vt enim foetus inuolucro secundarum, quo contentus prodierit, exuitur, sic ista senectute detracta renouantur*. Huc pertinere suspicor membrum, quod supra alieno loco collocatum esse monui: *ἔστι δὲ τοῦτο ἔσχατον δέρμα καὶ τὸ περὶ τὰς γενέσεις κέλυφος*. quae continent descriptionem secundinarum aptam. Nescio qui factum sit, vt Sylburgius in Indice graeco sub vocabulo *χόριον* etiam hunc locum poneret, cum ipse tamen nihil plane ad h. l. monuisset.

4. *σίλφη καὶ ἐμπὶς*] *στίλφη* Camotiana, in quo geminam scripturam *σίλφη* et *τίλφη* latere, recte monuit Sylburg. Pro *ἐμπὶς* Edd. veteres cum V. R. A. *ἀσπὶς* habent. Verum ex Camot. reposuit Sylburg. *culex* vertit Gaza, *sylpha* Thomas. Scripturam *τίλφην* probat Phrynichus p. 132. Scholia ad Aristophanis Acharn. versu 926. vbi quis naualia Attica incendere dicitur *θρυαλλίδι εἰς τίφην* imposita, monent: *Ἀθηναῖοι τίφην καλοῦσι τὴν καλουμένην σίλφην. ἔστι δὲ ζῶον κανθαρῶδες*. vnde Suidas in *νεώριον*, qui habet *ζωΰφιον κανθαρῶδες*. Eadem Scholia ad Pacem versu 1077. de silpha tradunt eadem, quae poeta de *σπονδύλη*, nempe eam *βδεῖν*. Et Galenus de Compos. medic. sec. loca 5, 9. habet *ἢ σίλφης βδεούσης*. vnde Aetius 8, 33. *σίλφης τῆς κατοικιδίου τῆς βδεούσης τὸ στῆρ*. Plinius 29. capite vltimo in eadem medicina habet *pinguedo blattae*. Paulus Aegineta in *ἀντιβαλλομένοις* libri 7. habet *ἀντὶ βουπρήστεως σίλφαι βδέουσαι*. In his tamen locis omnibus adiectum *βδέουσα* suspectum habebat Cornarius ad Galeni l. c. p. 428. *Σίλφην* librariarum habet Eueni Epigramma Analectorum I. p. 167. vbi *σελιδηφάγος, λωβήτειρα, κελαινόχρως* audit. Scholia ad Lucianum Tom. VIII. p. 18. vbi libri inutiles *ταῖς τίλφαις οἰκήσεις* nominantur, ita tradunt: *τίλφη ζωΰφιόν τι τοῖς βιβλίοις ὡς ἐπίπαν ἐντί-*

κτεσθαι πεφυκὸς, ἐπιμήκη κέρατα ἔχον ὡς ἐν μικρῷ κατιδεῖν, λευκὸν ἢ πέλιον· εἴ τις τούτου ἐγχρίψαιτο, κονιορτὸν ἀποβάλλον. Quae descriptio conuenit generi Lepismatis Linnaeani, cuius tamen species argentea ex America ortum habere dicitur. Contra Eueni silpha bene cum blatta Linnaeana conuenire videtur. Nidos hirundinum infestare ait *σίλφας* Aelianus H. A. 1, 37.

ζωοτοκουμένοις τὸ χόριον] Postrema duo vocabula ex Med. et tribus versionibus addidit Camus. Pro *ζωοτοκουμένοις* Sylburg malebat *ὠοτοκουμένοις*. Sed id nunc salvum praestat additum *χόριον*. Contra equidem in sequentibus malim *ὁμοίως δὲ καὶ μελίτταις*. Gaza etiam separatim vertit: *Aeque et apibus et locustis.* Sequens *ἐκδύσωσιν* vulgato *ἐξέλθωσι* substitui ex versione Thomae, vbi est *exuerint*: sed est h. l. *cum emerserint e terra.* Cetera de cicadis illustraui ad 5, 30. Pro verbis *ἐπί τε — καλάμους* V. R. A. habent *ἐπί τινα πέτραν.* Albertus: *Taacoz autem est genus locustae, quando exuunt recenter corium suum, primo manent super arbores oliuae et cannas — et acquirit ab eo modicum humiditatis: deinde exsiccat ad solem, post modicum tempus volat et sibilat.*

5. *τὴν γὰρ ἔκδυσιν*] Med. *ἔκλυσιν.* In sequentibus cancri *μαλακόστρακοι* sunt, qui in alienis testis habitare solent, eremita Bernhardi et similes.

τὰς μαίας τάς τε γραῦς] Vulgo solae *μαῖαι* memorantur, sed Canis. *τὰς γεραῦς*, V. R. A. *τὰς μαίας τὰς γραῦς* habent. Albertus solum *mehoz* nominauit. Equidem non dubitaui nouum nomen et animal addere historiae animalium Aristotelicae, vnde idem olim descripserat Artemidorus Oneirocr. 2, 14. vbi est: *ἀποδιδύσκονται γὰρ τὸ γῆρας τῶν ἰχθύων οἱ μαλακόστρακοι, οἷον καρὶς, κάραβος, καρκῖνος, ἀστακὸς, πάγουρος καὶ ἡ λεγομένη γραῦς καὶ ὅσα ἄλλα ἐστὶν ὅμοια.* quem locum iam olim ad Oppianum p. 387. comparaueram cum Epicharmeo apud Athenaeum 7. p. 318. vbi post polyporum genera varia *γραῖά τ' ἐριθακώδης*

memoratur, varie tentata a Casaubono. Hesychius habet: *Καραβίδες, γρᾶες, Μεθυμναῖοι.* Idem: *Σμαρίδες, γρᾶες, καὶ ἰχθύδια μικρά.* Denique idem: *Κωρίδες, γρᾶες, ζῶον θαλάσσιον.* Ad cancros *ὀστρακοδέρμους* vna cum maiis pertinere, docet hic locus.

CAPVT XX. (vulgo XVIII.)

καὶ πρὸς τὴν ἄλλην ὑγίειαν] Haec verba ex Med. V. A. versione Thomae et Gazae addidit Camus. *et ad aliam sanitatem et partus non minime* Thomas, igitur *πρὸς* ante *τοὺς τόκους* et copulam ante *οὐχ ἥκιστα* omisit. Etiam Alberti versio verba ista expressit, et *φάτταις* reddidit *fehytet generi hoc est generi columbarum.* Pariter sequens colon *τοῖς δ' ἰχθύσι τὰ αὐχμώδη* ex Med. Reg. et versionibus tribus Thomae, Scoti et Gazae inseruit Camus. *piscibus autem siccitates* vertit Thomas. Igitur *αὐχμοὶ* scriptum legit. Post *ὅλως συμφέρει* ex iisdem libris verba *τοῖς ὄρνισιν* accesserunt. Albertus de piscibus siccitate nimia aeris et calore morientibus in lacunis addit: *et vocatur vulgariter haec piscium pestis bullitio aquae.*

2. *Ἡρόδοτος*] Ex Med. V. R. versione Thomae et Gazae Camus dedit *Ἡσίοδος.* Scoti versio Homerum nominat. Albertus: *Homerus, quem Arabes antyopos dicunt, dicens in captura ylion vulturem potu suo et morte praesignasse vrbis excidium. Esyodus* Thomas habet. Cui sane nomini sequens verbum *πεποίηκε* melius conuenit, quam historico Herodoto, cuius locum hodie frustra quaesiueris. Quae viri docti commenti sunt de libris perditis, vide apud Wesselingium ad Herodot. p. 54.

μαντείας πρόεδρον] Vulgatum *πρόσεδρον* correxi. Sylburgius ex causa grammatica *ταῖς μαντείαις* scribi malebat. *fecit enim diuinationis praesidem* versio Thomae. *τὴν Νίνου* pro *τῆς N.* ex Med. Vat. dedit Camus. Versio Thomae habet *vina non bibentem,* igitur is scriptum legerat *οἶνον οὐ πίνοντα.*

ὅλως δ' οὐδ' ἄλλο] Ita pro ὁμοίως Med. *generaliter* Albertus. *attamen neque* Thomas, qui ὅμως scriptum legit. Verba postrema ita interpretatur Albertus: *aegritudines auium cognoscuntur ex dependentia alarum, neque diu permittit alas in vna dispositione manere, sed quasi continue eleuantur et decidunt.*

3. εὐθηνεῖ] M. V. R. εὐσθενεῖ. Sequens πλείω ante τροφὴν ex Med. inseruit Camus. Vertit etiam Gaza *plus cibi,* et Albertus. Pro ὑόμενα male Med. φυόμενα habet. Plinius 9. s. 23. *Gustu olei maxime, dein modicis imbribus gaudent aluntur que. Quippe et arundines, quamuis in palude prognatae, non tamen sine imbre adolescunt: et alias vbicunque pisces in eadem aqua assidui, si non affluat, exanimantur.* vbi vitium manifestum est in *olei* mentione, quae ad antecedentia pertinere videtur.

4. εἰς τὸν Πόντον] Albertus: *ad locum qui caycon vocatur arabice, quem quidam potum interpretari dicunt, sed falso: caycoz enim arabice vocatur cetus, et lacus sic vocatus est eo, quod ceti ibi expectant aquam dulcem.* Apparet quosdam πότον legisse.

κωβιοὶ πίονες] Med. πλείονες, Thomas καὶ οἱ κ. πίονες scriptum vertit. Sequens εὔλιμνα vulgato εὐλίμενα ex Med. substituit Camus. *loca praedita lacus commoditate* vertit Gaza: *qui boni portus locorum* Thomas. Postea vulgatum ἔπομβρον ex Med. mutaui. Supra enim fuit ἐπομβρίοις ἔτεσιν. Infra cap. 20. est τὰ ἐπόμβρια ἔτη sine varietate, sed paulo post τὰ ἔπομβρα ἔτη, vbi sola Basil. ἐπόμβρια habet, quod ex suis Codd. restituit Camus.

5. τοῖς πλείστοις ἰχθύσι] Med. πλείστοις omisit, habet versio Thomae. Deinceps vulgatum χρωμὶς correxi. De nomine et lapillis dixi supra ad 4, 8. Lapilli, quos, qui plurimos habent pisces, ternos habent in singulo latere, auditui inseruientes, sanitati piscium nocere nec a frigore quidquam pati posse videntur. Postea vulgatum φάγγρος ex libris suis correxit Camus. *fagrus* habet versio Thomae.

Albertus nominat: *coronus, lupus siue lucius et sciae, quae graece vocatur haremy, librahon et scabiae. sed et pisces apud nos tales lapides saepissime habentes sunt is, quem monachum vsualiter vocant, quem quidam numen, quidam autem klane vocant, et ille, qui vocatur bresma et qui vocatur naso, qui est in aquis Danubii, et de his sum ipse expertus, quod frequentissime lapides habent in cerebro et sunt albi.*

καταπήγνυνται] Thomas vertit *laeduntur*. Idem deinceps *kefalo vel muleto — marinum*. Med. etiam et Venetus *μαρῖνον* nominat. Rondeletius *μύξινον* legi voluit, quem alibi *μύξωνα* nominatum legimus. Albertus *murenos* habet, et addit: *et de isto genere est id quod vocatur gugum siue congruum et murena et orphus et pisces vocati lapidei: cavant enim terram et condunt se.* Plinius 9. s. 24. *Praegelidam hiemem omnes sentiunt, sed maxime qui lapidem in capite habere existimantur, vt lupi, chromes, sciaenae, pagri. Cum asperae hiemes fuere, multi caeci capiuntur. Itaque his mensibus iacent speluncis conditi, sicut in terrestrium genere retulimus.* — De barino cogitare hic non licet; is enim fluuiatilis est, et de eiusdem nomine dubitatio magna est. Sed Hesychii testimonium, *Μαρῖνος, καθαρὸς, ἰχθὺς θαλάσσιος, καὶ ὄνομα κύριον*, fecit, vt Codicum optimorum scripturam vulgato *μύρινον* substituerem. Quid? quod noster supra 6, 17. *κύουσι δὲ πλεῖστον χρόνον, οὓς καλοῦσί τινες μαρίνους.* vbi Codd. nihil variant, nisi quod V. A. *μαρῖνον* habent. *Marinum* piscem in Indice nominum et in Commentario plane omisit Camus.

6. *τότε λεπτοὶ*] Vulgato *λευκοὶ* ex Med. Canis. et tribus versionibus substituit Camus. Deinceps vulgatum *ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ψῦχος μᾶλλον* ex libris suis correxit Camus.

Ναυπλίαν — τέναγος] Camus vrbem vel oppidum putans maiuscula littera scriptum verbum *Tenagos* vertit, quod omnes Geographi ignorant et sensus loci repudiat.

7. *ἀχάρνας*] Vulgatum *ἀρχάνας* ex Aldina, Med. Canis.

Reg. correxit Camus. Bas. Junt. Camot. ἀχάνας habent, quod cum Sylburgio ex Gazae versione in ἀρχάνας mutarunt recentiores Edd. *aryes* Alberto. *acharnas* Thomae. Pro coracino Albertus πορφύραν et κήρυκα vertit.

εὐθηνίαν] Camot. εὐθένειαν. Dicitur pro εὐσθένειαν. Sequens παράγεια ἢ πελάγια vulgato πέλαγια ἢ αἰγιαλώδη ex Med. Reg. substituit Camus. Sed in Mediceo obscura tantum eius lectionis vestigia sunt. Aldina πελάγεια ἢ πελάγια, Ambr. πελάγιοι πελάγιοι habet. *quaecunque sunt non apud terram aut pelagalia* vertit Thomas, sed voluit *natura* dare, et error videtur esse librarii. Scripturam nostram reddidit etiam Albertus.

φυκώδεις] Thomas vertit *graminata.*

8. τὰ γὰρ μακρὰ] Thomas μικρὰ vertit *parui.* Deinde πλείους τοῖς βορείοις ex Codd. suis dedit Camus.

οἰστρῶσι] Thomas vertit: *Thunni autem et gladiati vl' pisces cum sâta insaniunt.* (sic) Prius compendium forte *vocati* significat, alterum non extrico. Athenaeus 7. p. 302. h. l. laudans habet καὶ οἱ ξιφίαι — οἱονεὶ σκωλήκιον. Deinceps τὸν καλούμενον de meo dedi pro vulgato τὸ καλουμενον. In Athenaeo τὸν καλούμενον ex Codd. dedit nuperus Editor. Postea ὅσον ἀράχνη cum Thoma praefero, qui vertit: *magnitudo autem quanta araneae.* Idem τὸν ξιφίαν altero loco vertit *piscis spatatus.* In Athenaeo constanter libri omnes ἡλίκον ἀράχνης habent, quod item Thomas interpretatus esse potuit. Cetera memoriter ita recitauit: τοῦτο δὲ ποιεῖ αὐτοὺς ἐξάλλεσθαι οὐκ ἔλαττον τοῦ δελφῖνος, καὶ τοῖς πλοίοις πολλάκις ἐμπίπτουσι. Denique initio notitiae οἶστρον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς memorat, et postea p. 327. iterum τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς οἶστρον habet, nescio quo auctore. Plinius 9. s. 21. *animal est paruum scorpionis effigie, aranei magnitudine: hoc se et thynno et ei qui gladius vocatur, crebro delphini magnitudinem excedenti, sub pinna affigit aculeo, tantoque infestat dolore, vt in naues saepenu-*

mero exiliant. Oppianus Halieut. 2, 508. vocat πτερύγεσσιν ἐνήμενον ἄγριον οἶστρον, ὅς σφισι — κέντρου πευκεδανοῖο θοὴν ἐνερείδεται ἀλκήν. Albertus nominat *Tachyos et kykya, quod latine scia dicitur,* pro oestro vero *astaros.* Statim tamen *cochyo* dicitur pro thynno. Ceterum insectum, a quo vexatur xiphias et thynnus, conjicere nondum potui, quanquam suspicor ad genus Lernaearum aut Monoculorum Linnaei pertinere, sed haec praecipue branchiis adhaerent, veluti Monoculus scombri. Vide etiam dicta ad 5, 25, 3.

9. καὶ τοῦ γόνου] Ita Camot. Contra καὶ τούτων Edd. reliquae cum V. R. καὶ τούτων οὐ Ambr. Sequentia ita vertit Gaza: *cum enim pisces desiderio teporis loca foeturae adeant, liguriunt quicquid attigerint.* Longe integriorem igitur locum vertit, cuius vitium etiam per se est manifestum, quanquam taceat Camus. Ineptissime enim foetura piscium perire dicitur propter calorem, cui praecipue opponere student matres ipsae oua deponentes in locis soli expositis. τὰς ἀλέας superest ex scriptura πόθῳ τῆς ἀλέας. Conjicio, reliqua ita fere scripta olim fuisse: διὰ τὸ τοὺς ἰχθῦς προσχωρεῖν πρὸς τουιους τοὺς τόπους πόθῳ (vel ἕνεκα) τῆς ἀλέας· οὐ γὰρ ἂν et cet.

10. καὶ μετὰ τὴν δυσιν· ὅλως δὲ — ἀνατολὰς] Haec verba omisit versio Thomae, nec habet simile quid Albertus. Plinius 9. s. 23. *Capiuntur ante solis ortum; tum maxime piscium fallitur visus. Noctibus quies, et illustribus aeque quam die cernunt.*

11. οὐδὲν εἰς τοὺς ἰχθῦς] Ita pro ἐν οὐδενὶ τοῖς ἰχθύσι ex Med. Canis. versione Thomae et Gazae scripsit Camus. Ad sequentia εἰς ἵππους — ἄγρια repetitum ἐμπίπτει intellige. καὶ βοῦς omisit Juntina. Plinius 9. s. 73. *Morbos vniuersa genera piscium, vt cetera animalia etiam fera, non accipimus sentire. Verum aegrotare singulos manifestum facit aliquorum macies, cum in eodem genere*

praepingues alii capiantur. De piscium morbis compara Camperi librum: *Beantwortung einer Preisfrage* 1786. p. 24.

12. *τούτοις οὐδὲν*] Ita pro *οὐδενὶ* dedit Camus ex Med. Vat. consentiente versione Thomae. Deinceps vulgatum *γλανὶς* mutaui. Albertus *geledys* nominat, quem *silirum* interpretatur. Plinius 9. s. 25. *Fluuiatilium silurus Caniculae exortu sideratur et alias semper fulgure sopitur. Hoc et in mari accidere cyprino putant.* vbi pessime cyprinum facit marinum. Pro cyprino Albertus nominat *kokomos.*

μετεώρως νεῖν] Thomas vertit scriptum *μετέωρος εἶναι eleuatus est.* Deinceps *οἰστροπλὴξ* Camotiana, Med. Canis. quod Thomas vertit *insania stupens fit.* Sequens *γλανεῖς* iterum mutaui in *γλάνεις.*

ἀπόλλυνται πολλοὶ] Posterius vocabulum ex Med. adieci. Idem scriptum legisse videtur Thomas, in cuius versione per compendium scriptum extat *ml're.* Albertus: *adhuc autem sunt quidam piscium, qui cum a dracone aquatico mordentur, moriuntur.* Draconem serpentem mire dixit hoc vno in loco Aristoteles, quem in Indice et in Commentario omisit Camus. Nescias, num piscem aculeatum an serpentem dicere voluerit. Draconem in marinis nominauit, serpentes etiam fluuiatiles; sed draconem fluuiatilem vel aquarum dulcium nusquam.

βαλέρῳ] Vulgatum *βαλλέρῳ* Med. Vat. et versio Thomae in *βαλλίρῳ* mutant. Sed *ballero* Gaza vertit et supra 6, 14. Med. versio Thomae et Gazae *βάλερος* habent scriptum, quam formam hic reduxi. Deinceps *τριλῶνι ἔλμινς* Med. *throne* versio Thomae, *ballero et tilloni* Gazae. Herodotus inter pisces lacus Prasianae Thracicae *πάπρακας* et *τίλωνας* memorat 5, 16. Albertus haec nomina duo piscium omisit. Sed supra 6, 14. Codex Med. Canis. pro *ψύλωνα* dant *τύλωνα*, Reg. *ψίλονα*, Gaza *fullonem*, Scotus *tilona*; Albertus *Cylona*, versio Thomae *tilonem.*

Quare etiam h. l. τίλωνι praetuli vulgato τίλλωνι. Dicitur ibi fluuiatilis, ἀγελαῖος, et in littoribus tranquillis parere.

χαλκίδι] Thomas vertit *kyqldi*, Alberto *kakati*. Plinius 9. s. 71. vbi de pediculis marinis: *Quibusdam vero ipsis innascuntur, quo in numero chalcis accipitur.* Lernaeae scilicet et monoculi Linnaeani branchiis piscium multorum innascuntur.

13. πλόμῳ] Med. πάγῳ et deinceps πλωΐζοντας. Eadem est scriptura in Veneto, sed manus secunda πλόμῳ — πλομίζοντες correxit. Versio Thomae: *gelu, et venantur alii quidem eos, qui in fluuiis et stagnis natantes.* Expressit igitur scripturam libri Medicei. Albertus pariter πάγῳ *glacie* expressit. Gaza *verbasco herba* vertit, igitur φλόμῳ legit et φλομίζοντες, aut potius πλόμῳ et πλομίζοντες pro φλόμῳ et φλομίζοντες dictum recte accepit. Galenus enim libro 8. de Simplicibus Medic. monet quosdam πλόμον dixisse. Modum piscationis eundem obiter memorat Aelianus H. A. 1, 58. de tollendis apium hostibus: ἐμβαλὼν δὲ εἰς τὴν λίμνην φλόμου φύλλα ἢ κάρυα ἀπώλεσε τοὺς γυρίνους ὁ τῶν μελιττῶν δεσπότης ῥᾷστα. Pisces succo phlomi inebriati et stupefacti sursum emergunt et facile manu capiuntur. Verbascum phlomoides Linnaei hodieque in insula Tenedo et Athenis φλόμον vocari testantur *Forskäl* Flora Aegypt. p. XXXI. et *Riedesel* Itiner. orient. p. 112.

τὰ βαθέα ἐν τοῖς ποταμοῖς] Male Albertus vertit: *quando fugiunt in hieme a pelago propter tempestates et veniunt ad flumina.* Sequentia καὶ γὰρ ἄλλως — ψυχρὸν Gaza explicatius ita reddit: *cum enim alias aqua dulcis frigidior sit, tum vel maxime eius ima algent.* τάφρον male Thomas *foueam* reddit, recte Gaza *fossam in fluuium ducunt.* Sed quod addit *quam maceriae iungentes operiunt,* si voluit verba διὰ ξηροῦ reddere, aberrauit. Melius Camus *hors du fleuve.* Est *per terram continentem.* Se-

quens γωλεὸν ex Med. Canis. dedi. γρώλεον Vat. Reg. Vulgo erat φωλεόν. *caueam* vertit Thomas. In Reg. εἴσδυσιν postea correctum est. Pro κύρτῳ Albertus nominat *maghade, quod apud nos sonat gurgustium.* Denique in altero modo piscandi φρυγάνοις Thomas vertit *frutectis.*

14. ἐξερεύγεται] Thomas vertit *fluuius exundauerit.* Sequens γεύσωνται vulgato γεύσονται vel ex Sylburgii correctione vel ex suis Codd. substituit Camus. *gustauerint* etiam versio Thomae habet. Paulo antea ὅταν γὰρ τῇ γῇ ὁ ποταμὸς ἐξέρχηται est in Mediceo.

ὑπ' ἀλλήλων] Hinc sumsit Plutarchus de Solertia animal. p. 192. de purpuris congregatis ad cerificandum: τὰ δ' ἐδώδιμα τῶν βρύων καὶ τῶν φυκίων ἀναλαμβάνουσαι προσισχόμενα τοῖς ὀστράκοις οἷον ἐν περιόδῳ κυκλουμένην ἑστίασιν ἀλλήλαις παρέχουσιν, ἑτέραν ἑτέρας ἔξωθεν ἐπινεμομένης. Plinius 9. s. 61. *algense genus* purpurarum *enutritum alga vilissimum* censuit.

ἐπιγίγνεται γὰρ] Versio Thomae: *innascitur—fetulentia quaedam et scaturigo.* ineptissime. Albertus: *viror aquae hoc est humiditas quaedam aquosa viscosa.* οἱ πυῤῥοὶ κτένες Gazae: *pectines tunc magis trahunt rufum colorem.* Plinius 32. s. 53. *Pectines maximi et nigerrimi aestate laudatissimi Mitylenis.* Quae integriora habet Xenocrates c. 19. Κτένες κράτιστοι οἱ εὐμεγέθεις, κοῖλοι, τὴν χρόαν μελάντεροι. ἀκμάζουσι δ' ἦρος καὶ θέρους, τότε γὰρ αὔξονται μάλιστα πρὸς σελήνην — οὐκ εὐφθαρτοι δὲ οἱ πυξίζοντες. — εἰσὶ δὲ οἱ λευκοὶ καὶ πλατεῖς γλυκύτεροι, σκληροὶ δέ· οἱ δὲ πυῤῥοὶ βρωματώδεις καὶ οὐρητικοί· οἱ δὲ ποικίλοι μέσοι. Diphilus Athenaei p. 90. τῶν δὲ κτενῶν ἁπαλώτεροι μέν εἰσιν οἱ λευκοί· ἄβρωμοι γὰρ καὶ εὐκοίλιοι· τῶν δὲ μελάνων καὶ πυῤῥῶν οἱ μείζονες καὶ ἐαρινοὶ εὔστομοι. Mitylenaeos Lesbi pectines omnes laudant.

15. τῷ Πυῤῥαίῳ] Ita pro Πυῤῥαίων Med. Sequens ᾧ οἱ

vulgato ὃ οἱ ex Canis. Reg. substituit Camus, consentiente versione Thomae. τὰ ἐπόμβρια pro ἔπομβρα cum Basil. dedit Camus. Cf. dicta ad c. 19. Πόντος Alberto est *kaycoz*, τὰ δίθυρα *rameteon, hoc est duarum concharum*, μονόθυρα *monokora, hoc est vnam concham habentia.*

ἀλλ' ἢ ὀλίγα] Thomas vertit *in fluuiis non fiunt autem pauca.* Sequens ἐμπήγνυται vertit *compinguntur.* Legit igitur scriptum συμπήγνυται. De Ponto alia noster infra c. 28.

CAPVT XXI.

τρισὶν] Versio Thomae *quinque* habet. Deinceps βρογχία malebat Sylburg. Gaza *fauces* vertit, et morbum βράγχον *raucedinem*, rectius Scaliger *anginam*; nam Plinius etiam suum morbum anginam et strumam nominauit. Albertus haec curiosius vertit ita: *Porcis enim tres modi accidunt aegritudinum in genere frequentius: quorum vnus est, quod accidunt eis branchi quidam siue apostemata post auriculas et maxillas et sub mandibulis et forte etiam in pedibus, et in quolibet membro, quae fiunt ex collectione fleumatica a capite illis descendente: et hoc est fleuma naturale putrescens, quod calefactum putrescit in apostema. Aliquando autem dilatatur hic fluxus, et haec collectio sub gutture, et incidunt in squinantiam, et tunc multum mouentur pedes et moriuntur infra tres dies.*

δὲ καὶ ὅπου] Versio Thomae copulam καὶ omisit. Deinceps τοὺς πόδας λαμβάνεται Vat. Reg. Postea πλεύμονα Iunt. Camot. ὑοβόσκοι Edd. pr. quod corrigi iussit Sylburg, seruauit tamen Camus. Albertus pergit: *Aliquando autem non quidem in apostemate colliguntur, sed paulatim stillando implet pulmonem et corrumpit ipsum, et tunc cum aspiratione et tussi moritur porcus. Augmentatur autem haec infirmitas subito eo, quando ipsum fleumaticum et humidum est: et est consuetudo pastorum, qui porcos custodiunt, statim abscindere membrum, in*

quo est infirmitas, si potest abscindi, quod videtur eis, quod non possunt iuuari nisi per incisionem.

αἴσθωνται μικρὸν ὄν] Versio Thomae *ἄρξωνται* reddidit *inceperint*. In Vatic. est *μέκον σμικρὸν*, vnde *σμικρὸν* assumsi in locum vulgati *μικρόν*.

2. *κραυρᾷν*] Vulgatum antea *κραυγᾷν* correxit Sylburg, monente etiam H. Mercuriali Var. Lect. 6. c. 10. de vitio. Comparauit etiam locum Suidae in vocabulo *διάῤῥοια*, vbi haec sunt: *πάθος περὶ τὰς ὗς γινόμενον. Τρία δὲ εἰσὶ πάθη, βράγχη, κραυρα, διάῤῥοια. Ἡ μὲν οὖν βράγχη μέρους τινὸς τοῦ σώματος, ἡ δὲ κραῦρα πυρετὸς σὺν κεφαλῆς πόνῳ. Σημειοῦνται δὲ τοῦτο τῷ καταβεβλῆσθαι τὰ ὦτα καὶ κατηφῆ εἶναι τὰ ὄμματα. Ἡ μὲν οὖν διάῤῥοιά ἐστιν ἀθεράπευτος· τὴν δὲ κραῦραν οἱ νομεῖς ἐγχυματίζουσιν· τῆς δὲ βράγχης περιτέμνουσι τὰ σεσηπότα τῶν σαρκιδίων.* Quorum particulae extant etiam sub vocabulis *βράγχη* et *κραῦρα*. Hesychius: *Κραυρυᾶν, νόσος μελισσῶν, ὅταν σκώληκας καὶ ἀράχνας ποιήσῃ.* vbi *κραυρᾶν* scribi debere viderunt interpretes; Alberti posuit locum ex Photii Lexico MSto hunc: *Κραυρότερον, εὐθραυστότερον. Κραῦρα δὲ καὶ ἡ τῶν συῶν νόσος ἰσχυρά τις οὖσα. Οὕτως Ἀριστοτέλης.* Idem Hesychius: *Βράγχος, νόσημά τι τῶν ἐν τῷ σώματι γιγνομένων τὸν πρόγχον, ὅταν ὗς μάλιστα διαφθείρεται.* vt Codex habet, vbi Musurus *διαφθείρηται* dedit. Duker ad Thucydidem p. 631. ex antiquo scholio recte corrigendum vidit esse *περὶ τὸν βρόγχον, ᾧ ἡ ὗς — διαφθείρεται.* Ita coniectura Sylburgii *βρογχία* scribentis etiam Hesychii auctoritate confirmari videtur. Porphyrius de Abstinentia 3. p. 231. ed. Rhoer. *ὗς δὲ βραγχᾷ καὶ ἔτι μᾶλλον κύων, καὶ τὸ πάθος ἐπ' ἀνθρώπῳ ἀπὸ τοῦ κυνὸς κυναγχη κέκληται.* vnde versio Scaligeri *anginam* interpretantis defendi potest. *βράγχον* esse *strumam* Columellae 7, 10. ex ratione curationis adhibitae suspicatur C. Gesner in Histor. Quadrup. p. 995. atque hinc *χοιραδες* strumae dictae fuerunt, quod

suibus familiare est vitium, vt recte vidit Beroaldus. Ita etiam Vegetius 2, 23. *plerumque strumae vel parotides aut scrophulae* (vbi Codex *scrufae*) *iumentorum guttur infestant et faucium tumorem producunt.* Sunt autem *scrophulae* Graecorum χοιράδες. Albertus ita: *Alia autem duplex aegritudo porcis accidit frequentius, et haec duplex aegritudo fraretyn in arabico vocatur. Vna autem harum aegritudinum est dolor et ponderositas capitis siue scotomia, et ex hac moritur maior pars porcorum, propter congregationem multorum frigidorum humorum in capite. Alia autem infirmitas est fluxus ventris ex humore radente intestina, aut etiam, quod verius est, ex fluxu lienterico ex multa viscerum infrigidatione. Et est opinio pastorum, hunc dolorem non habere remedium. Forte autem valet in ista vltima infirmitate vinum receptum cum cibo: sed tamen euadere ab ea est graue, quia, postquam inualuerit, ex vitio epatis inflantur porci valde et interficiunter intra tres dies.* Inter morbos suum foriam et febrem nominauit Varro R. R. 2, 4. *foria* est διαῤῥοια, febrim dixit pro κραύρῳ. Noster etiam boum κραῦρον cum febri humana comparauit.

ἀναιρεῖ γὰρ] Vulgatum ἀναιρεῖται ex Med. correxit Camus. Deinceps θέρος ἐνέγκῃ σῦκα καὶ πιότατα habet Codex nescio quis; Vaticanum nominat Camus, sed idem ex Vat. et Reg. apposuit τὸ ὄρος ἐνέγκῃ εὖ. Gaza vertit: *quo montes abunde tulerint.* Versio Thomae habet: *cum aestas incidit.* quasi τὸ θέρος συνενέγκῃ vel simile quid scriptum legisset. Albertus post superiora ita pergit: *Quando autem primus et secundus dolor in porcis aggrauantur, accidit eis casus auricularum, et si porci sunt pingues et grossi, iuuat eos comedere mora, et iuuat balneum aquae valde calidae, quod resoluit aliquantulum malum et quando minuatur eis vena, quae est sub lingua: et hoc magis valet ceteris medicinis.* Quid ille secutus sit in vertendo, coniectura equidem assequi non possum.

Lectionem vulgarem vitiosam esse non dubito; remedium nondum reperi. In Reg. est *συκαμίνια.*

3. τοὺς ὤμους] Thomas *spatulas* vertit, pro γλυκερὰ posuit *dulcior*, quasi γλυκυτέρα scriptum legisset. Sequens διάχυλος vulgato ἄχυλος ex Med. Canis. substitui. *succosa* ex versione Thomae posuit Camus, ego vero ex libro Lipsiensi *lutosa* annotaui. *insipida* vertit Gaza. Albertus: *Porcis etiam mollis carnis qui sunt castrati contingunt pustulae in crure et collo et spatulis, et saepe sunt istae pustulae sub lingua et sub assellis: et vocantur leprosi tales porci. et quando extrahuntur pili et setae radicitus euulsi, adhaeret pilis humor albus venenosus, qui etiam exprimitur de porco, vnde euulsus est capillus siue seta. Et contra hanc infirmitatem valet ei granum, quod dicitur tyki siue glandes, quae sunt cibus conuenientior porcis. Conueniunt autem etiam eis ciceres et ficus.*

4. ἔχουσι τὰς χαλάζας] Versio Thomae ἔχουσι μάλιστα τὰς χ. auctius reddidit. Sequens λοφιᾶς *seta* reddidit eadem. Plinius 8. c. 50. *et alias obnoxium genus morbis, anginae maxime et strumae. Index suis inualidae cruor in radice setae dorso euulsae, caput obliquum in incessu.*

ταῖς τίφαις] *tipha* Gazae, *tynsis* Thomae. στιφαῖς Aldina, Vat. Reg. Membrum sequens τὸ δὲ σαρκοῦν ex Codd. et versionibus addidit Camus. *impleantur carne* Gaza, *haec autem carnes facere* Thomas, *quidam enim cibi sunt inflatiui, et quidam carnis, quidam autem pinguedinis generatiui* Albertus reddidit.

βαλάνους ἡδέως] Interpositum vulgo μόνον cum Med. Canis. omisi. Versio Thomae βαλάνους μὲν reddidit. Albertus: *Sed hoc generale est, quod porci delectantur in comestione glandis, et ex ea generatur caro solida, licet faciat carnem aliquantulum humidam.* Efferari sues glandium esu in Slauonia narrat Taube T. I. p. 38.

ἐκβάλλουσι] Albertus: *quando porcae multum comederint de glande, forte abortient, sicut et oues aliquando*

abortiunt ex pastu. De capris idem tradit Columella 7, 6, 5. vbi vide annotata. Postremum *ὧν ἴσμεν* referendum ad diuersam glandiorum rationem in aliis animalibus obseruandorum censuit atque ita Philosophum excusauit egregius Hartmann in Ephemerid. Naturae Curiosorum Decur. II. Anni VII. p. 59. qui glandia etiam in corde suis reperit, eadem praeterea in leporibus aliisque animalibus, atque adeo in piscibus adesse affirmat. Denique is primus glandia haec nidos esse vermium affirmauit. Naturam animalem grandinum suillarum demonstrauit libello peculiari anno 1784. Halae edito Goetz, qui obseruationem Hartmanni ignorauit. Mirum vero mihi accidit legenti rei rusticae scriptores romanos, Plinium et Crescentium, grandium suillarum mentionem inter morbos suum a nemine factam esse. *Glandiorum* vocabulo Hartmann abusus est ad grandines suillas significandas, sed *glandia suillae carnis* Plinius longe diuerso sensu dixit. Idem Plinius, vbi grandinosae suis indicia ex Philosopho memorare debebat, *inualidam suem* nominare maluit. Rufus autem medicus in Oribasii Collectione 4. cap. 2. egregie grandinem suum descripsit, quem locum graece ex Codice Mosquensi ponam: *χαλάζας δὲ τὰς ἐν τοῖς κρέασι γινομένας* (*μάλιστα* addo) *δὲ ἐν τοῖς ὑείοις, ἤγουν* (*ἠγοῦ* scribo) *τὰς μὲν ὀλίγας ηδίω την σαρκα ποιεῖν, τὰς δὲ πλείους ὑγροτέραν καὶ ἀηδεστέραν. Πειρᾶσθαι μὲν οὖν μὴ χρῆσθαι τοῖς τοιουτοις· εἰ δέ που δέοι, κηροῦ προσεμβάλλειν βραχυ, ὀπτῶντας δὲ τοὺς ὀβελοὺς τῷ κηρῷ χρίειν. Διαγνώσῃ δὲ ἔτι ζῶντος τοῦ ἱερείου, εἰ ἔνεισι χάλαζαι, παρα τε τὴν γλῶσσαν σκεπτόμενος· διασημαίνει γὰρ ἐνταῦθα· καὶ τοῖς ποσὶ τοῖς ὄπισθεν· οὐ γὰρ δύνανται ἀτρεμεῖν.* Is igitur cognitam habuit grandinem etiam in aliorum animalium carne innatam. Denique Aristophanes Equitum versu 374. ita: *ἐμβαλόντες αὐτῷ πάτταλον μαγειρικῶς εἰς τὸ στόμ', εἶτα γ' ἔνδοθεν τὴν γλῶτταν ἐξείραντες αὐτῆς σκεψόμεθα εὖ κἀνδρικῶς κεχηνότος τὸν*

πρωκτὸν, εἰ χαλαζᾷ. vbi Scholia haec annotarunt: *νόσημα τοῦτο τῶν θρεμμάτων, ὅπερ ζώντων μὲν λανθάνει, ἀποθανόντων δὲ καὶ τεμνομένων φανερὸν γίνεται. ταῖς σαρξὶ δὲ αὐτῶν ἀναμέμικται καὶ ἐμπέφυκεν ἡ χάλαζα.* Alter auctor ibidem ita tradit: *εἰώθασι γὰρ οἱ μάγειροι πασσάλοις τὰ τῶν χοίρων ἀνοίγοντες στόματα* (*μετὰ τὴν σφαγὴν* addit Suidas in *χαλαζᾷ*, qui haec exscripsit.) *κατανοεῖν, εἰ χαλαζῶσι. χάλαζα δὲ πάθος χοίρων.* Archigenes apud Aetium de elephantiasi in Codice graeco ita habet: *καὶ αἱ ὑπὸ τὴν γλῶτταν φλέβες κυρτοῦνται καὶ μελαίνονται, ὡς ἐμφαίνειν, ὅτι ἐν ὁμοίᾳ τινὶ καταστάσει καὶ τὰ σπλάγχνα εἰσὶν, ὁποῖα βλέπεται καί τινων χοίρων τὰ ἐντὸς, ἃ δὴ χαλάζια καλεῖται.* Albertus in extremo vertit: *Pustulae autem elephanticae, de quibus dictum est, non accidunt inter quadrupedia nisi porcis.*

CAPVT XXII.

λύττα] Med. *λύσσα* hic et alibi. Deinceps sola Juntina *πρὶν ἀνθρώπου* habet. Sequens membrum in libro Regio et versione Scoti deesse, arguo ex verbis Cami: *La phrase suivante n'est point dans le Mst R. ni dans la traduction de Scotus. L'ancien Traducteur a aussi abregé cet endroit: et cum lyssam patiuntur, omnia morsa excepto homine interimunt.* Narrat etiam H. Mercurialis Var. Lect. 1, 2. in Codice antiquissimo verba deesse haec: *καὶ ὅ, τι ἂν δηχθῇ ὑπὸ λυττώσης πλὴν ἀνθρώπου.* Equidem in Lipsiensi libro Thomae legi scriptum: *et cum lissam patiatur, omnia morsa excepto homine interimit. Perimit autem infirmitas haec canes, perimit et kynanke canes.* Is igitur breuius scriptum legit: *καὶ ὅταν λυττῇ, ἅπαντα τὰ δ. πλὴν ἀνθρώπου ἀναιρεῖ. Ἀναιρεῖ δὲ τὸ νόσημα τοῦτο τὰς κύνας· ἀναιρεῖ δὲ καὶ ἡ κυνάγχη τὰς κύνας.* Antigonus cap. 102. ex h. l. retulit haec: *ὑπὸ κυνὸς λυττώσης λυττᾷν πάντα τὰ δηχθέντα πλὴν ἀνθρώπου.* Pollux 5. s. 53. difficultatem, quae his verbis *πλὴν*

ἀνθρώπου inest, et quae torsit interpretes, ita vel emollire vel euitare voluit, vt diceret: *πᾶν τὸ ὑπὸ λύττῃ ἐχομένου κυνὸς δηχθὲν ἀναιρεῖται· ἄνθρωπος δὲ μόνος οὐκ ἄνευ κινδύνων περιγίγνεται.* Ita apparet etiam alterum orationis membrum in Codice eo fuisse scriptum, quo vsus erat Pollux. Alii negabant antiquis hydrophobiam fuisse cognitam apud Caelium Aurelianum Acutor. 3, 25. Leonicenum *πρὶν ἀνθρώπου* scribentem refutauit Mercurialis l. c. Accorambonus tamen ex codice antiquo *πρὶν ἀνθρώπου* scribendum esse iterum (p. 510.) contendit; quia homines tardius et post multo longius temporis intervallum rabidi fiant et intereant. Cum Polluce facit Arabs Eldemir, cuius hunc locum ex versione gallica post Oppianum gallicum Galli *Belin de Ballu* p. 208. habe, vbi is alium scriptorem Arabem laudat in haec verba: *Il ajoute que la morsure du chien malade est mortelle pour tous les animaux excepté pour l'homme, qui peut en guerir. L'âne et le chameau sont aussi sujets à cette maladie.*

Quod attinet ad ipsam rabiem caninam, Plinius libri 29. c. 5. s. 32. hanc originem tradit: *Est vermiculus in lingua canum, qui vocatur a Graecis lytta, quo exempto infantibus catulis, nec rabidi fiunt nec fastidium sentiunt.* Sic etiam Gratius Cynegetici versu 386. *Namque subit, nodis qua lingua tenacibus haeret, vermiculum dixere, mala atque incondita pestis.* Sed hic error recentioris est aetatis, eumque iterum in fraudem et damnum dominorum dominarumque reduxit in Marchias imperante Friderico II. alioquin superstitionis hoste acerrimo credulitas aulicorum. A Graecis recentioribus susceptum errorem tradidit Cynosophium Rigaltii p. 264. *ἐν τῷ κάτω μέρει τῆς γλώττης αὐτοῦ δεσμοῖς τισι κατέχεται, γίνεται δὲ εἶδος εἰς ἐκτύπωμα σκώληκος, ὅμοιος νευρῷ λευκῷ· πρὶν ἢ οὖν αὐξήσῃ καὶ λάβῃ πάντα τὸν λαιμὸν τοῦ κυνός, ἀπόκοψον.* Signa canis rabiosi accurate tradidit Paulus Aegineta 5, 3. cuius locum integriorem exscripsit Glycas

Annalium p. 63. nominans Παῦλον τὸν Σινώπην et Σινώπην, quem Labbeus de Paulo Silentiario inepte accepit.

περισώζονται] Med. περιφεύγουσι. Versio Thomae *effugiunt*. Eadem copulam καὶ omisit. Pollux 5. s. 53. ex h. l. retulit ἀλλ' ἡ μὲν ποδάγρα οὐ πάντη ἀνίατος, ἡ δὲ κυνάγχη εἰς θάνατον φέρει. Sequebatur vulgo λαμβάνει ταῦτα καὶ τὰς καμήλους. Correxit Camus ex Med. Canis. versione Gazae, Thomae, Scoti et Alberti. *Capit autem et lissa* habet versio Thomae. Auctor Arabs, quem supra nominaui et testem adhibui, praeter camelum nominauit etiam *asinum*.

τοὺς δ' ἐλέφαντας] Verba haec vsque ad finem sectionis seclusi, vtpote ab hoc loco aliena, vbi primum morbi domesticorum animalium pertractantur. Elephanti demum morbos infra c. 26. noster tractabit, vbi etiam inflationes iterum memorantur. Albertus contra hic statim subiunxit ea in versione, quae Caput 26. de morbis elephantis tradit. Scaligero etiam hic locus ob eandem caussam fuit suspectus.

2. οὐδὲ τὰς ὁπλὰς] Vulgatum τὰς δ' ὁπλὰς ex Med. versione Thomae et Scoti correxit Camus, consentiente nostro supra 6, 21, 4. vbi est: τὰς δὲ ὁπλὰς, ὁπόταν ποδαγρᾷ, οὐκ ἀποβάλλει, ἀλλ' οἰδεῖ μόνον σφόδρα τοὺς πόδας. Albertus: *Cum autem habent podagram, constringuntur eis pedes, neque statim propter hoc eiiciunt vngulam, sed si inunguntur eis cornua oleo mixto cum cera et pice, aliquando sanantur.*

βέλτιον δ' ἴσχουσι] Vulgatum βελτίω ex Med. Canis. correxi, vbi tamen est βέλτιον δ' ἰσχύουσι, quod reddiderunt etiam versiones, si Camo credimus. Gazae habet: *valent melius cornibus pice illitis.* vnde βέλτιον ἴυχουσι iam olim scribi voluit Sylburg. In Vatic. similiter est ἰσχύουσι. Praeterea Ambr. verba πίσσῃ θερμῇ omisit cum versione Scoti; in Regio manus secunda suppleuit. Cf. supra 8, 7. et ibi annotata.

θερμὸν καὶ πυκνὸν] Gaza vertit: *euenit struma, vt calidius frequentiusque spiretur.* Albertus: *Cum autem accidit eis dolor capitis, quem dicunt crocharos, vehementer inspirant ex angustia et cito reuertitur anhelitus et fit breuis, ac si aestuet ex febre: quia ista infirmitas in vaccis assimilatur infirmitati febris in hominibus.* Is scilicet ab initio de hoc morbo dixerat: *podagra videlicet et crocharos, quod est dolor capitis arabice.* Is igitur comprobat, quod in locum vulgati ἐν τοῖς βουσὶ τὸ κραυρᾷν restitui vocabulum κραῦρος. Similiter Gaza *idem in boue struma est:* et Thomas, qui *crauros* repetiit. Febrem in boue dixit Columella 6, 9. Denique πλεύμων atticum habent Iuntina et Camotiana. Post τὰ ὦτα malim additum γὰρ, vt est in capite sequenti: σημεῖον δὲ τῆς ἀῤῥωστίας· ὁ γὰρ ὄρχις ἅλλεται.

CAPVT XXIII. (vulgo XXIV.)

φορβάδες] Med. φοράδες, deinceps ταύτῃ habet, quod vulgato ταύτην praetuli. Ita enim noster paulo post: *οἱ δὲ τροφίαι πλείστοις — κάμνουσι.* φορβάδας *gregales* Gaza interpretatur, Albertus *siluestres, qui sunt in equarum congregationibus in pascuis.*

ὁ γὰρ ὄρχις] Male Camus γὰρ omisit, quod equidem etiam in simillimo loco Capitis antecedentis addendum censui. Deinceps vulgatum ἓν κοῖλον γίνεται καὶ ῥυτιῶδες ex Gazae versione, vbi est *cauum quiddam rugosumque,* iam olim corrigi iussit Sylburg et Casaubonus, quod ex auctoritate Med. fecit Camus. Versio tamen Thomae: *vna caua fit et rugosa.* Albertus posuit tantum *tremor dextri testiculi:* cetera omisit. Scaliger vertit: *testis dexter subsiliens, vel etiam paulo infra nares medio in loco rugosa quaedam cauitas est,* atque in annotatione interpretatur: *Labium sub naribus subsidit cauum atque corrugatur.* Quem secutus est Camus. In Hippiatricis p. 164. Apsyrtus inter signa podagras habet etiam οἵ τε ὄρχεις αὐτοῦ ἐνάλλονται

ἐναλλὰξ καθ' ἕνα καὶ ὁ καυλὸς προπίπτει καὶ ἐπαίρεται. vnde *naturam submissam* tantum transtulit Vegetius Mulomedic. 3, 53. reliqua praeteriit Apsyrtus.

εἰλεὸς] Med. *ἠλεός*. Ex eodem vulgatum *ἐφέλκουσιν ἐπὶ* correxi, vti deinceps vulgatum *ὥστε ἀλλήλοις συγκρούειν*, vbi Juntina, Camot. *ἀλλήλους*, Basil. *ἄλληλα* habent. *vt fere copulent* vertit Thomas. Sequentia *εἶτα μανῇ — ἐκτέμνοντες* Gaza vertit: *Si, vbi antea diebus aliquot sponte ieiunarint, mox in furorem vertantur, sanguine detracto iuuantur.* Omisit igitur verbum *ἐκτέμνοντες*, vt Camus, et de suo addidit *sponte*. Scaliger annotauit, propter frequentiam capitum et morborum necessariò mutasse Philosophum loquendi modum, et mira breuitate vti, signa praecedentia simul et morbum et remedium ponentem. At vbi signum morbi editur? *ἀσιτήσας* continet causam, non signum. Deinde qui potuit Scaliger *ἐκτέμνοντες* interpretari *secare venam?* Ex falsa interpretatione nata est reprehensio falsa, qua dici oportuisse ait *ἐκταμόντες*, et anteponi *ἐκτέμνοντες καὶ ἀφαιροῦντες*, prius enim secari venam, postea auferri sanguinem. Nusquam *ἐκτέμνειν* venam secare significat, nec potest significare; vbique est exsecare, id est excidere, vel virilitatem cum testibus auferre. Audi nunc Albertum ita vertentem: *Et signum huius infirmitatis in eis est, quod membra posteriora adunantur per constrictionem ita, quod quaedam videntur constringi ad quaedam, et amittit cibum et desiderium comedendi: et iuuamentum eius est per minutionem forte in coxa, quod ibi est quaedam vena, quae minuitur a medicis equorum.* Vides nullam hic furoris mentionem fieri, et in cura verbum *ἐκτέμνοντες* plane omitti. Similiter Scoti versio apud Vincentium S. N. 18. c. 54. *adunantur membra posteriora — item equus abscinditur quandoque a comestione et cum minuitur ei, iuuabitur.* Contra Thomae versio aliud et quidem manifestius corruptelae indicium praebet. Ea enim pro *μανῇ* reddidit *rarefiat.* Legit igitur

scriptum *μανωθῇ*. Alterum res ipsa praebet: deest enim signum morbi, quod vbique addit Philosophus. Tertium argumentum vitii est in causa furoris edita: *ἀσιτήσας τὰς ἔμπροσθεν ἡμέρας: si diebus aliquot antea ieiunauerit.* Philosophus si voluit inediam morbi causam significare, debebat inediae tempus aliquod numero definire, non id nominare tempus simpliciter, quod antecedit furorem manifestum. Nec vsquam furoris causam equini inediam traditam legimus. Contra ipsa oratio et modus loquendi arguit, *τὰς ἔμπροσθεν ἡμέρας* referendas ad sequentem curae rationem et venae sectionem, quam post aliquot dierum inediam adhibendam censuit scriptor. De furore igitur minime loqui voluisse videtur Philosophus. Sed nec ipsi ileo, de quo praecessit, conuenit remedium venae sectionis. Alia commodiora subministrant Hippiatrica et Vegetius Mulomed. 2, 14. et 20. Indicio igitur corruptelae facto contentus aliis locum emendandum peritioribus relinquere cogor.

2. *καὶ ἡ κεφαλὴ*] Haec Gaza vertit: *venae vt omnes nervique intendantur et caput ceruicesque immobiliter rigeant, rectisque cruribus gradiantur.* Albertus: *Equis etiam accidit contractio neruorum, et signum huius est extensio venarum et capitis et colli, ac si distendatur equus: et tunc grauat eos ambulare, et expedit eis quies.* Versio Scoti apud Vincentium l. c. plane eadem est, nisi quod ibi male scriptum *humorum contractio* extat. Vulgatum *προσβαλνειν* iam olim ex Gazae versione corrigi iusserat Sylburg. quod auctore Med. Canis. et Regio fecit Camus. De tetano equorum compara Hippiatrica p. 119. et Vegetium 5, 23, (vulgo 3, 24.)

ἔμπνοι] Gaza: *suppuratione infestantur.* Scaliger: *pulmo laborat pure.* Annotat, Italos *bolsum* vocare equum aegrotum, Gallos *poussif.* Camus: *une autre maladie pour eux est de jetter.* Albertus: *Aliquando etiam accidit equis ag-*

gregatio pori siue veneni siue in pede siue in alio loco. Apud Vincentium Scotus: *accidit in eis congregatio veneni.*

κριθιᾷν] Vulgatum κριθίας ita corrigi voluit Sylburg, et ex Med. correxi. Versio Thomae *krityare*, seu, vt Camus ex suo libro refert, *krichiare* habet. Gaza *hordeatio* vertit. Albertus: *Accidunt etiam equis infirmitates oris multae, et in palato est vna, quam quidam vocant forcin, a nostratibus autem Germanis Schuf siue Schule vocatur, et nisi tunc cito iuuentur, cadit eis palatum et fit eis anhelitus calidus.* Scoti versio apud Vincentium *formi* habet. A verbo κριθιᾷν dicitur κριθίασις hic morbus in Hippiatricis p. 36. sed ibi οὐρανίσκος μετέωρος in signis est, sed plane θερμὸν πνεῖν. Ibidem p. 266. eadem de ἀσιτίᾳ traduntur. Columella 6, 14, 2. nomen morbi nullum posuit, sed signauit ita: *Interdum et tumor palati cibos respuit crebrumque suspirium facit* etc. ad quem loca adscripsi quaedam. Nimis inepte Camus h. l. vertit: *qu'on appelle l'orge.*

τό, τε νυμφιᾷν] Repete λαμβάνει τοὺς ἵππους. Juntinae et Camotianae νυμφίαν ante Sylburgium correxerat etiam Scaliger. Versio tamen Thomae δὲ reddidit. Margo Isingr. λυμφιᾷν habet. Versio Thomae *nifiare*, Gazae *lymphari.* Sequentia idem Gaza vertit: *ad tibiae sonum quiescat et demittat frontem.* Hesychius κατωπιᾷν interpretatur κατηφῆσαι, quasi oculos deiicere. Albertus ita: *Accidit autem etiam equis rabies. Signum autem huius est quod declinant aures et reflectunt ad collum, et haec infirmitas in equo non est visa habere medicinam.* Scotus apud Vincentium: *rabies — quod tunc declinant eorum aures ad colli partes.* Difficillimam igitur loci partem omiserunt; aut potius totum hunc locum omiserunt. Pertinet enim haec versio ad sequentem periodum et sequitur statim in Alberto: *Accidit etiam equis vesicae infirmitas.* Thomas ita: *detineri et cum fistulet aliquis, recalcitrare — donec vtique possit aliquis retinere.* Quanta scripturae di-

versitas! cui simile nihil exhibent Codd. nisi quod Med. habet *ἕως ἂν μέλλῃ τις κατασχεῖν*. Breuius Canis. *ἕως ἂν τις κατάσχῃ*. Sed Gaza etiam vertit: *cum vero conscenderis, citetur contentius, donec retineas*. Camus vulgatam lectionem admirabili ratione vertit: *Le son d'une flûte le tranquillise dans les accès de ce mal. Lorsqu'il en est attaqué, il baisse les yeux à terre; si on le monte, il ne cesse de tourner, jusqu'à ce qu'il voye quelqu'un sur qui courir.* Scaliger: *Et quod vocant lymphari, cohibetur sono tibiae: demissa his frons est. At vbi conscenderis, cursu incitantur, quoad fiat, vt ad quempiam feratur.* Hoc erat verba graeca reddere et proprie interpretari. *κατέχεσθαι* enim est *inhiberi, cohiberi.* Sed idem Scaliger egregie vidit, si ita, vti fieri debet, vulgatam et librorum omnium scripturam *κατέχεσθαι* interpreteris, prius poni remedium, quam morbi rationem absoluerit, nisi iungantur verba ita: *τό τε νυμφιᾷν καλούμενον καὶ κατωπιᾷν* (*πάσχουσιν*, vt supplet Scaliger, vel *λαμβάνει*). Itaque mendum aliquod in Graeco inesse suspicabatur. Ceterum qui sint *νυμφόληπτοι*, alibi a se in libris de Re equestri declaratum esse ait. Quod attinet ad verbum *κατωπιᾷν*, quod Thomas mirabiliter reddidit *recalcitrare*, idem statim sequens *κατηφεῖ δὲ ἀεὶ* vertit: *recalcitrat autem semper et girat. Signum autem* etc. Vides igitur, eum pro verbis *κἂν λυττήσῃ* aliud verbum scriptum legisse. Albertus cum Scoto hinc *rabiem* duxit. Locum antea posui. *Rabiem* etiam Gaza interpretatus est. Itaque tres morbos congeneres equi memorari vides, *μανίαν, νυμφιᾷν* et *λύτταν*, qui nullo tamen signo certo discernuntur. Sed absoluamus postrema de *λύττῃ* verba, vbi pro *καὶ πνεῖ* Codices Med. Canis. et Reg. habent *καὶ πνεῖ*. Gaza vertit: *rursusque protendat idque vicissim factitet.* vbi simile Graecis nil inest. Thomas *et flat* interpretatur. Scaliger *ἀσθμαίνει* dicendum potius fuisse admonens vertit: *et deficitur animo et anhelat*. Redeo nunc ad morbos ipsos, ex quibus alterum verbo *νυμ-*

φιᾷν signatum agnoscere mihi videor in loco Columellae 6, 35. *Rara quidem sed et haec est equarum nota rabies, vt cum in aqua imaginem suam viderint, amore inani capiantur, et per hunc oblitae pabuli, tabe cupidinis intereant. Eius vesaniae signa sunt, cum per pascua extimulatae concursant, subinde vt circumspicientes requirere ac desiderare aliquid videantur. Mentis error discutitur, si deducas ad aquam. Tum demum speculatae deformitatem suam, pristinae imaginis abolent memoriam.* Fateor tamen, signa infirmitatis non esse similia, nec praeter nomen ab aquis sumtum conuenit quicquam. Nec ab Hippiatris graecis auxilii quid speraueris in hac loci difficultate, quam aliis expediendam relinquere iterum cogor. Igitur in scriptura vulgari nihil sum ausus mutare, cum verborum sensus omnium sit dubius et morborum non solum natura sed etiam numerus in ambiguo lateat. Vulgatum tamen προστείνει mutandum in προτείνει censeo.

3. καὶ τάδε] Versio Thomae τάδε omisit, et sequentia reddidit ita: *gracile existens: et si vesica transciderit.* Omisit igitur verbum ἀλγεῖ. Gaza: *irremediabile etiam malum, si cordis dolore vexatur: cuius indicium, vt latera subsidant et ilia praestringantur.* Scaliger ita: *cum dolet, ducit ilia.*

μεταστῇ] In Aldina, Juntina, Camotiana est lacuna, vt in Codice Ambr. et Regio. Isingr. suppleuit παρακινηθείη τόπου, e Gazae videlicet versione, vbi est *dimoueatur de suo situ.* Sylburgiana eamque secutae παρακινηθῇ solum adsciuerunt. Ex Med. Canis. μεταστῇ recepit Camus, et versio Thomae *transciderit* habet: Camus ex suo libro *transsiderit* posuit. Idem Thomas pro vocabulo ἰσχία *vertebras* reddidit, Gaza *clunes.* Albertus: *Accidit etiam equis vesicae infirmitas, et signum huius est, quod tunc mingere non possunt, et declinant musculos coxarum versus sotulares pedum inferius.* Versio Scoti apud Vincentium: *trahunt coxas et sotulares.* Mars. Cagnatus Var.

Observ. I. cap. 7. malebat *συστροφῇ*, quoniam Plinius 8. cap. 42. ita scribat: *Equo fere qui homini morbi, praeterque vesicae conuersio.* Scaliger *ἀποστῇ* scripsit et vertit: *siue abscedat vesica.* Gazae *παρακινηθῇ* ideo reprobat, quia non possit moueri vesica loco, sed abscessus pati, vnde fiat ischuria. In Hippiatricis p. 116. legimus haec: *δεῖ γε μὴν πείθεσθαι Ἀριστοτέλει, ὅς φησιν ἵππον μόνον περιπίπτειν τῷ τῆς δυσουρίας πάθει.* quae sententia si fuit olim a Philosopho hoc in loco perscripta et tradita, lacuna maior esse in libris scriptis debet, quam vt verbo *μεταστῇ* interpolari possit. Scilicet dysuriam equi repetierunt graeci Hippiatri a vesica loco mota, vti patet ex ratione curandi, quae traditur in Hippiatricis pag. 111. et 115. De vesicae *μετακινήσει*, aut, vt in verbis textus est, *ἐὰν κύστις μεταχωρήσῃ ἀπὸ τῆς ἕδρας*, exstat caput ibidem pag. 267. Vegetius Mulomed. 2, 23. (vulgo 1, 51.) *Si vesica currendo fuerit inuersa, similis dolor sine inflatione ex cursus iniuria et nimietate frequenter emergit.*

καὶ ἐὰν σταφυλῖνον περιχάνῃ] V. R. A. *καὶ τυφλὰς οἷόνπερ ἡ χάνῃ.* Versio Thomae *staphilion — fondile* habet. Gazae *pastinacam — verticilli bestiolae.* In Hippiatricis pag. 266. est: *ἔστιν ὁ σταφυλῖνος ὅμοιος ταῖς σπονδύλαις ταῖς κατ' οἰκίαν, μείζων δέ. οὗτος γίνεται ἐν τοῖς ἀγροῖς πανταχῇ, καὶ πορεύεται ἐπηρκὼς τὴν οὐράν. — ἡ γὰρ πνοὴ δριμεῖα καὶ οἱ ἰχῶρες ὥσπερ ἔχεως* etc. Hesychius: *σταφυλῖνος, ζῶον ἠλίκον σφονδύλη.* De *σφονδύλη* dictum ad 5, 7, 2. Staphylinum equidem aliunde cognitum non habeo: quanquam in cauda sublata agnouisse sibi videtur Camus cum aliis staphylinum Linnaei, quod genus alii in plura dispertiti sunt. Scaliger herbas staphylinum et sphondylium intelligendas censuit.

τῆς μυγάλης] Med. *τοῖς μεγάλοις.* Versio Thomae: *Morsus autem magis.* Voluit *magnis* dare. Gaza *muris aranei* vertit. Deinceps verba *γίνονται δὲ φλύκταιναι* omittunt V. R. A. Postea vulgatum *εἰ δὲ μή, οὔ· ἀποκτείνει δὲ δά-*

κνουσα ἢ *σφόδρα* ex Reg. Camus mutauit in *εἰ δὲ μὴ κύουσα, οὐκ. Ἀποκτείνει δὲ δάκνουσα* ἢ etc. Contra Med. Can. habent: *εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἀποκτείνει. ἔτι δὲ δάκνουσα.* Ita Thomas: *si autem non, non moriuntur. Adhuc autem mordens.* Gaza: *Sed si non grauida est, non interimit. Quin etiam ea, quam alii chalcidum, alii dygnidam vocant, suo morsu aut interimit aut vehementem dolorem mouet.* Albertus: *Morsus etiam venenosorum multum nocet equis. Si enim mordeatur ab eo quod vocatur mogaliz, nocet equis et mulis: facit enim venenum huiusmodi animalis vesicas ampullosas in corporibus equorum. Sed pessimum est, quum hoc animal momorderit equam impregnatam; quoniam tunc ex quantitate et extensione impregnationis finditur ampulla et moritur equa. Si enim non findatur, consumitur paulatim veneni vapor a calore naturali, et euadit equus. Cum autem finditur, nimius fit affluxus humorum et moritur.* Apparet Scotum scriptum legisse *ἐὰν κυουσαν δάκῃ.* Sed omnes reliqui scriptores grauidi muris aranei morsum grauiorem tradunt. Vegetius Mulomed. 5, 81. (vulgo 3, 82.) *Quod si praegnans mus araneus fuerit, qui percusserit, his agnoscitur signis. Pustulae per totum corpus exeunt.* Sed idem paulo antea dixerat: *Quod si eruperint vulnera.* ad quem locum Hippiatricorum auctoritatem adscripsi. Dioscorides Theriac. c. 8. morsum muris consequi ait haec: *περὶ τὸν τόπον τοῦ δήγματος γίνεται φλεγμονὴ, φλυκτὶς δ' ἐπανίσταται μέλαινα μεστὴ ἰχῶρος ὑδατώδους. — ῥαγείσης τε τῆς φλυκταίνης, νομὴ παραλαμβάνει παραπλησία τῇ ἀπὸ τῶν ἑρπυστικῶν* etc.

ζιγνὶς] Med. *ζιγνίς.* Versio Thomae *zignis.* V. R. A. *διγνυς.* Gaza *dygnidam* vertit. Hesychius: *ζίγνις, ἡ χαλκῆ σαῦρα.* Idem: *πίγγαλος, σαῦρος ὁ καλούμενος χαλκίς.* Scholia ad Nicandri Theriac. vers. 817. *σῆπά γε μὴν πεδανοῖσιν ὁμὴν σαύροισιν ἀλύξεις,* eandem sepem docent etiam *χαλκίδα* vocari, eamque describunt ita, vt agnosci possit. Hoc genus in Sardinia equis et bobus cum herbis

deuoratum ventris tumorem excitare dicitur, *cicigna* ab incolis vocatum; in quo nomine reliquias antiqui agnoscere possis. Vulgatum ζυγνὶς ob Medicei et Hesychii auctoritatem correxi. Columella 6, 17. caeciliae morsum bobus infestum memorauit; quae videtur eadem esse cum chalcide, quam Philosophus caeciliae similem dixit. Albertus ita: *Similiter autem morsus animalis, quod dicunt haldys, quidam autem vocant hoc acingyz, inducit equis magnas aegritudines. Est autem hoc animal simile lacerto paruo, et iacet in prato sub gramine: in colore autem simile est serpenti, qui vocatur kokamoz. Haec autem animalia venenosa non multum abundant apud nos, nisi illud, quod vocant halkyz, videtur esse quidam vermis apud nos viridis et latus, octo pedum, et est breuis, et habet crura alta sicut musca, et foetet multum, cum rumpitur, et fama est, quod animal comedens eum inflatione dirumpitur, et praecipue equus: et quando mordet equum, contrahit vesicas.* Quod insectum dicat Albertus, alii quaerent; male id cum chalcide comparauit lacerta.

4. ἀῤῥωστήματα] Vocabulum omisit versio Thomae: eadem etiam sequens σανδαράκης et copulam καὶ vulgo positam ante ἐν ὕδατι. Gaza vertit: *Interit veneno sandaracae et equus et quoduis iumentum siue veterinum; datur in aqua percolatum.* Contra Thomas διηθεῖται vertit *penetrat.* V. A. habent δίδοται δὲ ἐν νυκτί. Reg. δίδοται δὲ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν νυκτὶ διηθεῖται. Albertus haec cum praecedentibus ita copulauit: *multotiens enim, sicut homines, ita moriuntur et equi et oues veneno aut ex venenosis humoribus putrefactis.* Omisit igitur mentionem sandaracae, vt Thomas. Quam sandaracam intelligi voluerit Philosophus, dubium est; nomen enim variis rebus datum nouimus; nec simile quid in scriptoribus rei veterinariae graecis aut latinis traditum reperi. Semel cum asphalto et allio sandaracham in suffumigatione adhibuit Vegetius; pluribus in morbis adhibitam testatur Dioscorides 5, 122. et Plinius 34. s. 54. At-

que ipse Philosophus verbo *δίδοται* medicamentum contra morbos adhibitum significare voluisse videtur.

ὀσμῇ λύχνου] Vulgatum *ὀσμὴν* ita ex Gazae versione *odorem sentiens fungi fumigantis lucernae extinctae* corrigi iussit Sylburg. *odore* habet versio Thomae. Scaliger *διὰ τὴν ὀσμὴν* correxit. Aelianus H. A. 9, 54. *Ἀριστοτέλης φησὶν ἐκβάλλειν τὰ ἔμβρυα τὰς ἵππους, ἐὰν ἐπὶ πλέον ὀσφρήσωνται θρυαλλίδα λύχνου ἐσβεσμένην*. Hierocles in Hippiatricis p. 58. *εἴ τις μέντοι μὴ θέλοι τὰς ἐγκύους ἐξαμβλίσκειν, φυλασσέσθω, μὴ δᾳδῶν σβεσθέντων τῆς κνίσσης αἴσθωνται· εἴωθε γὰρ ἐκ τούτων ἐξάμβλωσις γίνεσθαι*. Vincentius S. N. 18. cap. 50. ex Zenone in Libro de animalibus habet: *Equa foeta cum odorat quod est in sebo renum vaccae, egreditur partus eius*. Albertus vertit: *Similiter autem si olfecerit equa impregnata collectionem magnam candelarum extinctarum, abortiet.*

5. *περιλείχουσι καὶ καθαίρουσι*] Vulgatum *περιλείχουσαι καὶ καθαίρουσαι περιτρώγουσιν* ex Med. correxi. *abrodunt* etiam Gazae versio habet. Pro vocabulo *πωλίον* Thomas *πολιὸν* vel *πολιὰν* scriptum legit et *canitiem* vertit. Ceterum merito miratur Scaliger, quare repetat hic Philosophus, quod alibi narrauit, et quidem accuratius. Idem monuit, etiam reliquam capitis partem extra propositum esse, et ad mores pertinere, non ad *εὐθηνίαν* nec ad morbos. Quare haec equidem omnia suo a loco diuulsa et a librariis transposita esse censeo. Albertus ita: *Adhuc autem si adhaereat pullis equarum id quod vocatur ycomenes, quod est pellicula secundinae, equae lambunt illud lingua sua et comedunt ipsum; et mulieres incantatrices quando possunt habere hoc, cum hoc faciunt quaedam carmina incantationum, quibus prouocant parentes ad dilectionem infantum: et haec carmina vocat Aristoteles corrupte prouerbia: et haec est culpa non philosophi, sed eius qui transtulit librum in latinum. Ab equis enim exit apud partum: id vocatur kolaydon, hoc est secundina: et*

sanguis menstrui, quod multum quaerunt magi ad incantandum, sicut et quaeruntur secundinae cattorum.

6. εἶτα πιοῦσαι] Sylburg πιόντες scribendum censuit; quod probo. Pro φίλυδρον Thomas φίλιδρον scriptum vertit *amans sudorem*. Ad verba οὕτως συνέστηκεν Gaza adiecit haec: *vt viuere nisi in humore non possit*. Aelianus 11. H. A. 36. πυνθάνομαι τοὺς ἄνδρας τοὺς πωλευτικοὺς λέγειν, ὅτι ἄρα χαίρουσιν ἵπποι λουτρῷ καὶ ἀλοιφῇ. Cf. idem 16, 24. Plane cum nostro idem 4, 6. τοὺς ἵππους ἕλεσί τε καὶ λειμῶσι καὶ τοῖς κατηνέμοις χωρίοις ἥδεσθαι.

ἀκέραιον] Cato R. R. c. 73. *per aestatem boues aquam bonam et liquidam bibant semper, curato: vt valeant, refert.* ad quem vide adscripta.

CAPVT XXIV. (vulgo XXV.)

μηλίδα] Gaza *malidam* vertit. *quae vocatur melida* Thomas. Albertus: *quae arabice vocatur milida, latine vero catarrus.* Scaliger monet, etiam equum morbo hoc laborare, quem Galli vocent *bornum*. Suidas in vocabulo Μαλιασμός· νόσος περὶ τοὺς ὄνους γινομένη· ὅς ἐστι κατάῤῥους διὰ μυκτήρων· καὶ στρόφος περὶ τους αὐτους· οὐκ ἐκφεύγει δὲ οὐδέτερον τῶν νοσημάτων ὁ ὄνος. Hesychius: Μαλίη, τὸ περὶ τὰ ὑποζύγια πάθος, ὅτε βήττη. Idem Μαλὶς interpretatur ἄφθα, φλεγμονή. Vegetius Mulomed. 1, 2. *malleum* dixit, ad quem loca Hippiatricorum adscripsi, quae κατάῤῥουν et latine *suspirium* interpretantur.

ῥεῖ φλέγμα] Vulgatum ῥέει monente Sylburgio correxi. Idem ex Camot. φλέγμα vulgato ῥεῦμα substituit, quod est etiam in V. R. A. Deinceps πολὺ καὶ πυῤῥὸν Med. quod reddidit Gaza. *grossum et spissum* Thomas. Sequens πρῶτον omisit Thomas et Gaza.

τοῦτο τὸ ζῶον] Versio Thomae τοιούτων τῶν ζώων reddidit. De sententia paulo inferius dicetur accuratius.

CAPVT XXV. (vulgo XXVI.)

καὶ ἐὰν γῆν ἐσθίῃ] Med. *κᾂν γὰρ ἐσθίῃ.* Albertus: *et quando terram comederit, morietur, nisi ad hoc fuerit generatione assuetus.* Pro diarrhoea Albertus alium morbum nominat: *Accidit etiam elephanti dolor iuncturarum: et contra hoc valet ei potus aquae calidae, et herbae submersae in melle comestae: hae enim duae res fluxum ventris elephantis prohibent.* Vitio igitur librariorum videtur scriptum *dolor iuncturarum*, cum ipse postea *fluxum ventris* nominet.

ἀλλ — ὕδατι θερμῷ] Albertus *salem* omisit. *ὕδατι πολλῷ* habent V. B. A. Sequens remedium carnis suillae tradit etiam Arrianus Indicorum cap. 14. *ἐπὶ δὲ τοῖσι ἕλκεσι τὰ ὕεια κρέα ὀπτώμενα καὶ καταπλασσόμενα.* vbi male nupera etiam Editio *καταπασσόμενα* habet. Aelianus H. A. 13, 7. *τὰ τραύματα — ἐὰν ᾖ βαθέα, τὴν φλεγμονὴν πραΰνουσιν ὕεια κρέα θερμὰ μὲν, ἔναιμα δὲ ἔτι προσφέροντες καὶ ἐντιθέντες.*

σιδήριόν τι] Aelianus 2. H. A. 18. *ὅταν εἰς αὐτὸν ἔλθῃ δόρατα καὶ βέλη πολλὰ, ἐλαίας πάσσων ἄνθος ἢ ἔλαιον αὐτὸ, εἶτα πᾶν τὸ ἐμπεσὸν ἀπεσείσατο, καὶ ἐστιν αὖθις ὁλόκληρος.* Plinius 8. s. 10. *inflationemque et profluuium alui nec alia morborum genera sentiunt. Olei potu tela, quae corpori eorum inhaereant, decidere inuenio: a sudore autem facilius adhaerescere. Et terram edisse his tabificum est, nisi saepius mandant. Deuorant autem et lapides.*

τοῖς δὲ μὴ πίνουσιν, οἶνον] Vulgabatur *τοῖς δ' οὔ, ῥίζαν ἑψήσαντες ἐλαίῳ διδόασι.* Med. habet *τοῖς δὲ πίνουσι τὸν οἶνον, ῥίζαν ἑψήσαντες ἐν ἐλαίῳ διδόασι.* Canis. idem habet, nisi quod verba *τὸν οἶνον* omittit. Venetus: *τοῖς δὲ μὴ πίνουσι, τὸν οἶνον ῥίζαν ἑψήσαντες ἐν ἐλαίῳ διδόασι.* sed verba *τὸν οἶνον* punctis suppositis damnauit. Aldina *τοῖς δὲ ὄνοις* habet. Gazae versio: *qui autem oleum non*

bibunt, iis radix tyrtami decocta in vino datur. Thomae: *non bibentibus autem, vinum radicem decoquentes in oleo dant.* Albertus vertit: *Elephas etiam bibit vinum, et quando potare non possunt, accipiunt medicinas et decoquunt cum oleo et dant illam decoctionem elephantibus ad potandum, et tunc curantur.* Apparet igitur, horum in libris fuisse scriptum *τοῖς δὲ μὴ πίνουσιν οἶνον.* Solus Gaza *οἶνον* non reddidit, et radicem *tyrtami* nominauit. In Regio Codice manus secunda posuit *τυρτανοῦ ῥίζαν ἑψήσαντες.* Tyrtamum herbam vel radicem ignorare se. iam olim C. Gesner professus est. Equidem *τοῖς δὲ μὴ πίνουσιν, οἶνον ὀρύζης ἑψήσαντες ἐν ἐλαίῳ διδόασι* scribendum censui, facillima omnium correctione. Elephanti bellatori praeberi solitum vinum, non viteum, sed quem Indi *τὸν μὲν ἐξ ὀρύζης χειρουργοῦσι, τὸν δ' ἐκ καλάμου,* testatur Aelianus H. A. 13, 8. Vinum ex oryza confectum memorauit etiam Strabo 15. p. 1035. Idem Aelianus 13. c. 7. *τὰ δὲ νοσήματα ὅσα αὐτοῖς προσπίπτει ἄλλως ὁ μέλας οἶνός ἐστιν αὐτοῖς ἄκος· εἰ δὲ μὴ γένοιτο ἐξάντης τοῦ κακοῦ τῷ φαρμάκῳ τῷδε, ἄσωστα οἱ ἐστί.* Arrianus l. c. *πρὸς δὲ τὰς ἄλλας νόσους ὁ μέλας οἶνος πινόμενος.*

CAPVT XXVI. (vulgo XXVII.)

ἐν ἧπερ ὥρᾳ] Ver significari, monet Scaliger, qui queritur merito de oratione paulo concisiore, et in altero membro *ὅταν τοιοῦτον ᾖ τὸ ἔτος* deesse censet *καὶ* aut *διό.* Gaza inseruit videlicet: *eo tempore valet, quo gignitur.* Camus idem inseruit vertendo, sed *ἐν οἵᾳπερ ὥρᾳ* reddidit, quod etiam ipse vnice probo.

τοῖς σμήνεσι] Med. *ταῖς μήνεσι.* Deinceps *τὸ δὲ σκωλήκιον* scriptum vertit Thomas. Pro *ἀραχνιοῦν* Gaza *ἀραχνιῶδες* vertit. Postea Junt. Camot. *πυραύτην* habent. *Piraustin* versio Thomae. Suidae auctoritatem antestatus est Sylburg, vbi est: *Πυραύστου μόρον· πτηνόν ἐστι ζῶ-*

φιον, ὃ προσιπτάμενον τοῖς λύχνοις καίεται· καὶ Αἰσχύλος· δέδοικα κάρτα πυραύστου μόρον· εἴρηται ἐπὶ τῶν ὀλιγοχρονίων. Eadem tradit Aelianus H. A. 12, 8. qui locum Aeschyli integriorem habet. De κλήρῳ Noster iterum 9, 40. τὰ δὲ νοσήματα ἐμπίπτει μάλιστα εἰς τὰ εὐθηνοῦντα τῶν σμηνῶν, ὅ τε καλούμενος κλῆρος· τοῦτο γίγνεται ἐν τῷ ἐδάφει σκωλήκια μικρὰ, ἀφ' ὧν αὐξανομένων ὥσπερ ἀράχνια κατίσχει τὸ σμῆνος ὅλον καὶ σήπεται τὰ κηρία. vbi Codd. nihil variant, nisi quod versio Thomae τό, τε καλούμενον reddidit, Juntina vero, Camot. Codd. Vatic. et Ambr. σκλῆρος habent. Notitia ipsa tam dissimilis est, vt vix animal idem agnoscere possis. Dicitur in nostro loco simile sibi animal parere in fauo specie araneae: ἀράχνιον igitur hic insectum et animal ipsum, non telam araneae significat. Contra in altero loco nasci dicuntur in pauimento aluei vermiculi, qui crescentes totum alueum veluti araneis obducunt. Hic verba οἷον ἀράχνια κατίσχει telam aranearum manifesto significant, nec insecto ipsi conueniunt. Neutri vero notitiae conuenit nomen et natura πυραύστου vel tineae, insecti volatilis, et vereor, ne membrum hoc, οἱ δὲ πυραύστην καλοῦσι, locum alienum occupauerit, translocandum in altero membro post verba ὁ ἠπίολος — πετόμενος. Nomen haud vulgare ἠπίολος notiore πυραύστης interpretari voluisse videtur Philosophus. Hesychius ita: σκωλήκιόν τι σμήνεσι γινόμενον. Plinius 11. cap. 19. s. 20. *Sunt et operis morbi, cum fauos non explent: cleron vocant: item blapsigoniam, si fetum non peragunt.* sect. 21. *Inimica est et nebula. Aranei quoque vel maxime hostiles: cum praeualuere, vt intexant, enecant alueos. Papilio etiam ignauus et inhonoratus, luminibus accensis aduolitans, pestifer nec vno modo. Nam et ipse ceras depascitur, et relinquit excrementa, quibus teredines gignuntur; fila etiam araneosa, quacunque incessit, alarum maxime lanugine obtexit. Nascuntur et in ipso ligno teredines, quae ceras praecipue appetunt.* vbi Codices aliquot

claron habent, quod recepit Brotier. Plura dabit sequens annotatio.

οἷον ὁ ἠπίολος] Versio Thomae: *ipiliotis quae circa lucem.* Deinceps *τι χνοῦ ἀναπνέων* vulgabatur. Junt. Camot. *ἀναπλέων* habent. Med. Canis. *ἐντίκτει χνοῦν ἀναπνέων.* Reg. Ambr. *χοῦ*, quod recepit Camus, qui *ἀνάπλεων* ex Reg. dedit, vertens *il produit aussi quelque chose qu'il enveloppe de poussiere.* Scaliger etiam *ἀνάπλεων* probauit. *τι χνοῦ ἀραχνείου* coniecit Pauw ad Philen p. 107. ex Plinii loco supra posito. Certe Plinius *χνοῦ lanuginem* reddidit, sed dubitari potest, *ἀνάπλεων* is an *ἀναπλέων* (implens, opplens, obtegens) exprimere voluerit. Gaza contra cum Camo *χοῦ puluerem* reddidit. Vulgatum reddidit Gaza: *haec puluerem spirando in alueo parit.* Versio Thomae *caliginem exspirans* habet. Scoti: *quando inspirat, eiicit in fauos terram.* Alberti: *et aliquando generantur inter eas in casis et vasis vermes nocentes apibus et sugentes eas et mel corrumpentes. Ex vermibus autem illis, cum creuerint, generantur araneae: et huiusmodi signum est, quod in examine corrupto inueniuntur nidi et telae aranearum. Aranea autem illa arabice felideon vocatur: quidam tamen vocant eam ferzyzez. Hae enim in domibus apum faciunt texturam. Est autem in casis apum etiam aliud, quod vocatur akykolon graece, et est animal alatum, quod volat circa lumen immittens se lumini. Hoc autem animal per spiritum alarum et motum corporis puluerem et terram iniicit inter fauos et interficit eos. Apes vero non pungunt ipsum: et quando suffumigantur examina, euolat morientibus apibus ex fumo. Haec autem duo animalia generantur ex cerae putredine: et illud quidem, quod vocatur aranea; primum est paruum, velocis motus, sicut vermiculi qui gusanes vocantur: et postea crescit et efficitur in araneae quantitate. — Secundum autem animal nascitur etiam ex cerae putredine aliquantulum humida, et primo est sicut vermiculus, qui teredo vocatur, et postea nascuntur*

ei (alae) *et volat: et locum, cui insidet, primo inficit albo puluere, sicut sit respersus modica farina: et ille puluis est ex terrestri cera: et paulatim crescit ille puluis ita, quod inficit fauos et reddit eos inutiles apibus.* Apparet, cum Scoto Albertum scripturam χοῦ ἀναπνέων reddidisse; sed praeterea ex verbis *per spiritum alarum et motum corporis puluerem et terram iniicit inter fauos* videtur argui posse, Scotum pariter vt Plinium vocem πτερῶν additam in suo libro legisse. Vnde enim Plinius *alarum lanuginem* duxit nisi ex graeco χνοῦ τῶν πτερῶν? Versionem Scoti excerpsit etiam Vincentius Sp. nat. 20. c. 112. vbi est: *Aranea, quae graece felidron, generatur in domibus apum, et nocet eis corrumpens mel, facitque texturam in circuitu domorum illarum.* Idem cap. 110. *animal, quod circa candelam volat, eiicit fauos in terram, cum inspirat, et apes quidem non pungunt illud, sed fugit, cum apes suffumigaverit.* Equidem in tam magna scripturae varietate et dubitatione scripturam χνοῦ ἀναπλέων cum Scaligero tenui, donec Codices meliores lucem his tenebris intulerint. Notitia enim ipsa duorum hostium apum valde ambigua et obscura est, nescio auctoris an librariorum culpa. De priore genere suspicionem posui antea. Alterum hoc Philosophus intelligere videtur infra 9, 40. vbi est: ἐπικάθηνται δ' ἐπὶ τοῖς κηρίοις αἱ μέλιτται καὶ συμπέττουσιν· ἐὰν δὲ τοῦτο μὴ ποιῶσι, φθείρεσθαί φασι τὰ κηρία, καὶ ἀραχνοῦσθαι· καὶ ἐὰν μὲν τὸ λοιπὸν δύνωνται κατέχειν ἐπικαθήμεναι, τοῦθ' ὥσπερ ἔκβρωμα γίγνεται· εἰ δὲ μὴ, ἀπόλλυνται ὅλα. Γίγνεται δὲ σκωλήκια ἐν τοῖς φθειρομένοις, ἃ πτερούμενα ἐκπέταται. Hoc genus puto dici ἠπίολον hic, ab aliis vero πυραύστην, latine papilionem vel tineam. Hesychius plura habet nomina, quae dubitari potest ad hoc an ad prius genus sint referenda. Is enim: Κάπρος — καὶ νόσημά τι γινόμενον ταῖς μελίσσαις. Idem: Σκῆνος — ἢ σκῆλος ἢ πάθος ἐν μελίσσαις, ὅταν ἐν τῷ σμήνει γένηται σκώληξ. Denique: Σκῆν, ὅ τινες ψυχὴν, τινὲς δὲ φά-

λαιναν. Suspicor, σκῆνος vel σκῆλος cognatum vel idem esse vitium cum σκλήρῳ Juntinae et Camotianae. Audi nunc Plinium 11. s. 16. *Fit in fauis quibusdam, qui vocatur clauus, amarae duritia cerae, cum fetum inde non eduxere morbo aut ignauia aut infoecunditate naturali. Hic est abortus apium.* vbi Harduinus *clauus* ex Codd. regiis edidit, cum Edd. antiquiores omnes cum Vincentio *clerus* haberent. Plinius tamen sua ex altero loco Aristotelico, antea posito, duxisse videtur; quem nisi aliter scriptum legit, interpretando peruertisse videtur. In Columella 9. cap. 13. morbus est nullus qui cum nominatis duobus a philosopho conuenit. Sed idem cap. 14. in cura totius anni haec posuit: *vt omnia purgamenta, quae sunt hiberno tempore congesta, eximantur, et araneis, qui fauos corrumpunt, detractis fumus immittatur factus incenso bubulo fimo. — Vermiculi quoque, qui tineae vocantur, item papiliones enecandi sunt: quae pestes plerumque fauis adhaerentes decidunt, si fimo medullam bubulam misceas, et his incensis nidorem admoueas.* Idem sect. 8. *Praeterea vt tineae, si apparuerint, euerrantur papilionesque enecentur, qui plerumque intra aluos morantes apibus exitio sunt: nam et ceras erodunt, et stercore suo vermes progenerant, quos aluorum tineas appellamus.* Tineas, quae faciunt telas araneosas, Hesychius etiam in aluis apum natas habet: Σής, σκώληξ ὁ ἐν τοῖς μελισσίοις γινόμενος καὶ ὑφάσμασι. Denique haud scio, an prius illud genus sit, de quo noster 5, 32. καὶ ἐν κηρίῳ δὲ γίγνεται παλαιουμένῳ ζῶον, ὃ δοκεῖ ἐλάχιστον εἶναι τῶν ζώων πάντων, καὶ καλεῖται ἄκαρι, λευκὸν καὶ μικρόν. Acarum telarium Linnaei esse videri, dixi ad Columellam p. 498.

κεντᾶται] Malim κεντεῖται, qua forma alibi noster vtitur. Alteram nullo exemplo firmauit Stephani Thesaurus, sed καταχεντᾷν ex Theodoreti Hist. eccles. annotauit.

ἃς καλοῦσι τερηδόνας] Haec verba omisit versio Thomae cum Med. Totum membrum omisit Scotus, teste Camo.

Vocabulum τερηδόνας deest in Reg. Amb. eiusque in loco lacuna est. Deinceps verba νοσοῦσι δὲ μαλιστα desunt in Edd. pr. et in Codd. V. R. A. E Camotiana inseruit Sylburg, adiecto indidem ἠλιουμενα, quod auctoribus Med. et Canis. et tribus versionibus resecuit Camus. Gaza vertit: *aegrotant potissimum, cum sylua flores aeruginosos tulerit, atque etiam temporibus siccis.* Thomas ita: *cum flores erysiboidei per materiam illati fuerint.* Legit igitur scriptum ἄνθη διὰ τὴν ὕλην ἐνεχθῇ. Albertus: *Adhuc autem apes infirmantur tempore, quo flores papaueris multum tumescunt, quia hoc fit ex ventositate generata in ipsis ex siccitate temporis: et hoc est contrarium omni generi apum: hoc enim tempore maxime in terris calidis sequitur epidimia, quum aurugo quasi aeris rubigo vocatur: et haec inducit rores siccos in album puluerem conuertibiles, et ex illis apes infirmantur.* Is igitur pro ὕλη videtur μηκων reddidisse. Rem conficit, quod noster de eadem re infra 9, 40. tradit: νοσοῦσι δὲ μαλιστα, ὅταν ἐρυσιβώδη ἐργάζωνται ὕλην. quae Gaza vertit: *cum per aeruginosam materiam operantur.*

ἐλαιούμενα] Canis. Vat. ἠλιούμενα habent; vnde videtur verbum in Codice Camotii alienum in locum immigrasse, vnde illud Camus expulit. Versio Thomae habet: *oleata citissime, si quis.* Scriptum igitur legit: ἐλαιούμενα τάχιστα, ἄν τις τὴν κ. Albertus vertens *et praecipue caput eius, et tunc maxime, quum inunctum soli exponitur*, videtur μάλιστα reddidisse. Plinius 11. s. 21. *Oleo quidem non apes tantum sed omnia insecta exanimantur, praecipue si capite vncto in sole ponantur.* Aelianus H. A. 4, 18. τὰ δ' ἔντομα φθείρεται, εἰ ἐλαίῳ τις ἐγχρίσειεν αὐτά. Basilius Homil. 8. in Hexaemeron, cum eadem tradidisset, addit: ὄξους δ' εὐθὺς ἐπιβληθέντος παλιν ἀναβιώσκεται, τῶν διεξόδων ἀνοιγομένων. Item Eustathius in Hexaem. p. 31. αἱ μέλισσαι καὶ σφῆκες ἐλαίῳ καταβρεχθεισαι φθείρονται τῶν πόρων ἀποφρα-

γέντων· ὄζει οὖν ἀναβιοῦσι βρεχόμεναι. Apes mortuas circa aequinoctium vernum in solem proferre ficulneoque cinere obruere iubet Hyginus apud Columellam 9, 13. Cf. Plinius 11. c. 20. Varro R. R. 3, 16. De muscis necatis aqua eadem Aelianus H. A. 2, 29.

CAPVT XXVII. (vulgo XXVIII.)

ὀλιγοβιώτερα] Vulgatum *ὀλιγοχρονιώτερα* ex Med. correxi. *minoris vitae* versio Thomae, *vita breuiore* Gazae habet: vnde iam olim *βραχυβιώτερα* scribi voluit Scaliger, cum in Aldina, vt in Codd. Vat. Ambr. esset *πολυχρονιώτερα.* Paulo antea *ὅλως* omittit Med. Deinceps vulgatum *ἔνθα δ' οὐ γίγνονται* mutat Med. in *ἐπέκεινα δ' οὐ γίγνεται.* Sed ea scriptura ex sequenti membro huc videtur immigrasse. Albertus: *Diuersificantur autem animalia praecipue anulosa secundum regiones et loca, in quibus sunt vel esse possunt — parua et paucae vitae et macra. et illa loca aliquando sunt valde propinqua et aliquando valde remota ab inuicem.* Idem *τέττιγας* mutauit in *tatyges*, quod *stridens dentibus* interpretatur. Pro *γαλῇ* nominat *murem quendam paruulum rubeum, qui nocte clamat et stridet dentibus: et vocatur apud Germanos inferiores Schermus et apud superiores vocatur Spitzmaus, et catti non comedunt hunc murem, et abstinent ab eo, ac si sit venenosus.*

2. *Πορσοσελήνῃ*] Vulgatum *Πορδοσελήνῃ* ex Camotiana mutaui. *Πορροσελήνῃ* Aldina et Juntina habent: *Contoselina* versio Thomae, *Prodoselena* Gazae. Sequebatur vulgo *Βοιωτίᾳ — ἀσπάλακες μὲν περὶ τὸν Ὀρχομενόν:* quod ex Med. correxi, vbi tamen *οἱ ἀσπάλακες* legitur et *ἐν Βοιωτίδι.* Versio Thomae: *in Biotide circa Orchomeniam talpae multae fiunt.* Gazae: *terrae Boeotiae in Orchomenio agro.* Similiter ex Med. vulgatum *Λεβαδικῇ* correxi. *Lebadico* tamen Gaza vertit, Thomas *Lemediaca*, omisso *γειτνιωσῃ.* Albertus *Labadiaky* nominauit.

Plinius 8. s. 83. *In Poroselene insula viam mustelae non transeunt: in Boeotiae Lebadia illatae solum ipsum fugiunt, quae iuxta in Orchomeno tota arua subruunt: — In Ithaca lepores illati moriuntur extremis quidem in littoribus. — Cyrenis mutae fuere ranae, illatis e continente vocalibus durat genus earum. — In Africa autem nec apros nec ceruos nec capreas nec vrsos.* Idem 2. c. 26. *Est quaedam et iis locorum differentia. In Milesia regione paucis sunt locis: sed in Cephalenia amnis quidam penuriam earum et copiam dirimit.* Ita etiam Aelianus H. A. 5, 9. de Cephaleniae cicadis. Verba Philosophi transtulit Antigonus c. 3. *καὶ ἐν Κεφαληνίᾳ δὲ ποταμὸς διείργει· καὶ ἐπὶ τάδε μὲν γίνονται τέττιγες, ἐπέκεινα δὲ οὔ.* Auctor *θαυμασίων ἀκουσμάτων* cap. 69. *ἐν Κυρήνῃ φασὶ τοὺς ὄντας βατράχους ἀφώνους τὸ παράπαν εἶναι.* Similiter Aelianus H. A. 3, 33. Idem auctor Mirabil. c. 136. *Ἐν Κορωνείᾳ δὲ τῆς Βοιωτίας λέγεται τοὺς ἀσπάλακας τὰ ζῶα μὴ δύνασθαι ζῆν μηδ' ὀρύσσειν τὴν γῆν, τῆς λοιπῆς Βοιωτίας πολὺ πλῆθος ἐχούσης.* Ex eodem fonte hausit Antigonus, qui cap. 10. *Τῆς δὲ Βοιωτίας ἐχούσης πλήθει πολλοὺς ἀσπάλακας, ἐν τῇ Κορωνικῇ μόνῃ οὐ γίνεσθαι τοῦτο τὸ ζῶον, ἀλλὰ κἂν εἰσενεχθῇ, τελευτᾷν.* De Coronea adstipulatur Stephanus Byzantius in voce *Κορώνεια.* Contra ex nostro Aelianus 17, 10. *Ἡ Βοιωτῶν γῆ ἀσπαλάκων ἀφεῖται, καὶ αὐτὴν οὐ διορύττει τὸ ζῶον τοῦτο κατὰ Λεβαδίαν· ἐὰν δέ πως καὶ ἀλλαχόθεν εἰσκομισθῶσιν, ἀποθνήσκουσι· περὶ μὲν οὖν τὴν Ὀρχομενίων γίνονται καὶ πολλοί. Ἐν δὲ Λιβύῃ συῶν ἀγρίων ἀπορία ἐστὶ καὶ ἐλάφων. Ἐν δὲ τῷ Πόντῳ οὔτε μαλάκια οὔτε ὀστρακόδερμα γίνεται, εἰ μὴ σπανίως καὶ ὀλίγα.* Ceterum Lebadea et Coronea sitae sunt contra Orchomenum, et vicinae sibi, sed Lebadea ad sinistram Coroneae versus occidentem magis conuersa est. Ceterum Vat. cum Med. *ἄν τις κομισθῇ* habent.

Ἰθάκῃ] Versio Thomae *Vithaca* habet. Pro *ᾗπερ ἂν*

Eustathius ad Odysseam p. 632. ed. Basil. οὗπερ ἂν habet. Antigonus c. 11. ἐν Ἀστυπαλαίᾳ δὲ ὄφεις οὐ γίνονται, οὐδὲ ἐν Ἰθάκῃ λαγὼς, οὐδὲ ἐν Λιβύῃ ὗς ἀγρία οὐδὲ ἔλαφος, οὐδὲ ἐν Ῥηνείᾳ τῇ πρὸς Δήλῳ γαλῆ, οὐδὲ μελεαγρὶς οὐδαμοῦ ἄλλῃ ὁρᾶται.

ἱππομύρμηκες] Med. οἱ ἱππεῖς μύρμηκες. Forte vera scriptura. Hesychius enim: Ἱππῆς — λέγονται καὶ μύρμηκες οὕτως. Noster supra libro 4. ἱππεῖς e cancrorum genere memorauit. Albertus *formicae magnae* posuit. Sequens πάσῃ omisit Med. Postea σῦς οὔτ' ἄγριος Aldina, Junt. Camot. habent.

3. οὔτε ἥμερος] Versio Thomae ἐστι additum reddidit. Deinceps ἔναιμα Med. et versio Thomae et Scoti. πάντα omisit Med. cum R. A. et versione Gazae. *omnino magna* habet versio Thomae.

οὔτε τὰ μαλάκια] Versio Thomae οὔτε omisit. Haec excerpsit Aelianus H. A. 17, 10. cuius verba supra posui. Narrationem de ostracodermis maris rubri alibi nondum reperi. Deinceps πάντα δὲ ἐν τῇ Συρίᾳ scriptum reddidit Thomas, qui σπιθαμῆς καὶ παλαιστῆς vertit *palmae quatuor digitorum.* De ouibus et capris Syriacis Albertus: *Ego autem vidi plures oues, quarum in cauda latitudo fuit quantitas palmi et amplius, et inter auriculas caprorum et caprarum illius terrae est quasi distantia palmi, et quidam caprorum habent caudas pendentes vsque ad terram, et auriculae eorum fere veniunt ad terram: et tauri illius regionis habent pilos super spatulas, sicut cameli, et tondentur sicut oues.* Caprae istae a monte Syriae hodie *Mambricae* vocantur.

κάτω πρὸς τὴν γῆν] Vulgatum κάτω ἀλλήλοις vel, vt est in Edd. antiquis, ἀλλήλαις, ex Med. Canis. versione Thomae, Scoti, Alberti et Gazae correxit Camus. *pertingunt secundum aures ad terram* est in Thomae versione; *ita vt spectent ad terram* Gazae.

οἱ βόες ὥσπερ αἱ κάμηλοι χαίτας] Vulgatum καμπὰς

ex Med. versione Thomae, Scoti et Alberti mutauit Camus, qui praeterea cum Med. dedit *καὶ αἱ κάμηλοι.* Thomas vertit: *iubas habent in summitatibus.* Equidem auctoritate optimorum librorum motus *χαίτας* recepi, verum nec hoc nec vulgatum *καμπὰς* verum puto. Ecce enim Plinius 8. s. 70: *Syriacis non sunt palearia, sed gibber in dorso.* Is igitur *ὕβους* vel *τύλους* scriptum legit, et praeterea scripturam *ὥσπερ αἱ κάμηλοι* defendit. Boues gibberes nouimus Asiae, non item camelos iubatas.

ἐν Λυκίᾳ] Vulgatum *ἐν Κιλικίᾳ* ex Med. Canis. correxi. Callisthenes Aeliani 16, 30. *ἐν Λυκίᾳ κείρεσθαι καὶ τὰς αἶγας — γίνεσθαι γὰρ δασυτάτας καὶ εὐτρίχας δεινῶς, ὡς εἰπεῖν βοστρύχους, ὥς τινας ἕλικας κόμης ἐξηρτῆσθαι αὐτῶν. Καὶ μέντοι καὶ τοὺς τεχνίτας τῆς τῶν νεῶν ἐργασίας καταχρῆσθαι αὐταῖς τὰς σειρὰς συμπλέκοντας, ὡς καὶ τοὺς καλως ἄλλοι.* ad quem vide adscripta in annotatione.

4. *τὰ κερατώδη*] Sylburg intelligebat *ζῶα.* Sed sequens *κριῶν* molestiam inprimis facit in priore membro, cum *οἱ ἄρρενες* generis definitionem non habeat, vti debebat. Expectabas enim *τὰ κερατώδη τῶν ζώων, οὐ μόνον οἱ κριοὶ — καὶ τὰ ἄλλα.* Locus Homericus est in Odysseae 4, 85. *καὶ Λιβύην, ὅθι τ' ἄρνες ἄφαρ κεραοὶ τελέθουσι.* Gaza vertit: *In Africa arietes statim corniger i generantur, nec solum mares, vt Homerus scribit, sed etiam foeminae.* Is igitur scriptum legisse videri potest *κέρατα ἔχοντες οἱ κριοὶ — ἀλλὰ καὶ αἱ θήλειαι.* At ita si locutus fuisset Philosophus, merito ineptus diceretur. Debebat enim dicere *κέρατα ἔχοντα τὰ πρόβατα — τὰ θήλεα.* Gazae tamen scripturam expressit etiam Albertus: *In eadem Nubya oues pariunt agnos cornutos, et cornua in terra illa non habent tantum arietes, sed etiam oues feminae, sicut dixit Homerus. In terra autem septentrionis in terra Koycor accidit contrarium huius; quoniam ibi neque mas neque femina habet cornua.* Ver-

sio Scoti apud Vincentium Sp. nat. 18. c. 7. *in Libya cito apparent cornua in capitibus arietum, et, vt ait Homerus, cornua sunt etiam in capitibus feminarum arietum. Apud Septentrionem vero arietes non habent cornua in quodam loco.* Confirmare haec videtur scripturam *τὰ θήλεα* pro vulgari *τὰ ἄλλα*, sed ab initio vulgatum *κριῶν* reddidisse videtur, cum ex Alberti interpretatione *τὰ γεννήματα τῶν κριῶν* possis suspicari scriptum fuisse in libro Scoti. Audi nunc Herodotum 4, 29. de Scythia disputantem: *δοκέει δέ μοι καὶ τὸ γένος τῶν βοῶν τὸ κόλον διὰ ταῦτα οὐ φύειν κέρεα αὐτόθι· μαρτυρεῖ δέ μοι τῇ γνώμῃ Ὁμήρου ἔπος ἐν Ὀδυσσείῃ· καὶ Λιβύην, ὅθι τ᾽ ἄρνες ἄφαρ κεραοὶ τελέθουσι· ὀρθῶς εἰρημένον. Ἐν τοῖσι θερμοῖσι ταχὺ παραγίνεσθαι τὰ κέρεα· ἐν δὲ τοῖσι ἰσχυροῖσι ψύχεσι ἢ οὐ φύει κέρεα τὰ κτήνεα ἀρχὴν ἢ φύει μόγις.* Ex quo loco possis suspicari in nostro scribendum *τὰ κερατώδη τῶν κυνῶν — ἄῤῥενες κριοὶ, ἀλλὰ καὶ τὰ θήλεα.* Nescio vnde habeat Auctor anonymus Augustanus, quem manuscriptum humanitate Cel. Matthaei legi et excerpsi, cap. 34. haec: *Ὅτι ἐν Λιβύῃ τοῦ ἔτους τρίτον κατὰ διαδοχὴν ἀλλήλων τίκτει τὰ θρέμματα. Ὅτι ἐν Λιβύῃ θερμοτάτῃ οὔσῃ καὶ νομὰς ἐχούσῃ* (deest vocabulum) *ταχέως κερατώδη τὰ πρόβατα γίνεται, καὶ συνεχῶς τίκτει, καὶ γάλα οὐ λείπει διὰ παντὸς ἐν αὐτῇ. Ὅτι ἐν Λιβύῃ γένος ἐστὶν προβάτων ἄγριον μὲν, ἠλίθιον δὲ καὶ εὐχερῶς ἀγρευόμενον, τὸ δὲ ἔριον αὐτῶν ἄχρηστόν ἐστιν.* Cf. supra ad 3, 9.

ἀκέρατα γὰρ γίγνονται] Praeter locum Herodoti antea positum compara Aelianum H. A. 2, 53. qui contraria docet cum Strabone 7. p. 471. Noster eadem repetit de Generat. 2, 8.

τὰ μὲν ἄλλα μείζω] In Reg. manus secunda *ἄλλα* delevit, quem secutus Camus omisit, improbatum iam olim a Scaligero. Deinceps *Λεβάδι* pro *Ἑλλάδι* Med. Postea vulgatum *οἱ ὄνοι* mutaui in *οἱ κύνες* e Medic. versione Gazae, Scoti et Alberti. Falsum de asinis esse, iam olim

monuit Scaliger; esse enim in Aegypto grandissimos et pulcherrimos. Lupos et vulpes Aegyptiacas duplo minores testatur P. Alpinus Histor. natur. Aegypti p. 232. De vulpibus variae recentiorum interpretum fuere opiniones. Diuersum enim animal putant pro vulpe habitum. Compara dicta a Camo in Comment. p. 726.

λαγωοὶ] Vat. λαγοὶ. Deinceps vulgatum ἀφθόνως — σπανίως ex Med. et versione Thomae correxi. Gaza vertit: *qui aliis large, aliis parce fit, ut lupis et accipitribus. Carniuoris enim parum cibi suppeditatur propter raptus, quo viuunt, penuriam.* Is plura verba aliter scripta legisse videtur, veluti τοῖς γὰρ σαρκοφάγοις ὀλίγη ἡ τῆς ἁρπαγῆς ὕλη. Sylburg malebat τοῖς τε σαρκοφ. Sed ex Codd. et versionibus tribus vulgatum ἡ ὕλη in ὀλίγη mutauit Camus. *sarcofagis quidem autem paucum* versio Thomae habet. Videtur is scriptum legisse τοῖς σαρκοφάγοις μὲν δή.

ἀκρόδρυα — χρόνιος] Gaza vertit: *neque nuces nec poma sunt diuturniora.* Thomas: *nec summitates nec tempore nascentia diutina.* Plura in hoc membro reprehendit Scaliger; primum illa, ὅσα οὐ σαρκοφάγα, quibus etiam boves comprehenduntur; deinde lepores monet non pomis potius quam segete ali, quae in Aegypto laetissima et largissima sit Albertus ita: *cibus enim animalis comedentis carnem est ibi paucus, quoniam paruae aues sunt ibi et siccae et parum nutrientes. Et similiter est de carne alia quae est in Aegypto animalium, quae venari possunt a lupis et canibus. Animal autem non comedens carnem praecipue domesticum habet ibi in locis palustribus multum cibum et multum nutrientem. Lepus autem et siluestria sunt in Aegypto pauca et parua, eo quod arbores non habent ibi multos ramusculos, quos decerpant talia animalia, et fructus arborum illius regionis non possunt durare nisi parum: et ideo animalia siluestria in hyeme non inueniunt cibum.*

5. Θρᾴκῃ] Med. παροίκῃ habet, deinceps καὶ ἐν τῇ κεν-

τικῇ pro verbis ἐν δὲ τῇ Σκυθικῇ. Sed versio Thomae: *in Celtyca autem et Lycia et Scithia.* Sequens ταῦτα eadem in πάντα mutatum reddidit. Alberti versio mira regionum nomina posuit, et pro asinis haec: *propter maximum frigus eorum non inueniuntur in eis aues paruae omnino.*

τῇ Ἀραβίᾳ] Vatic. omisso articulo Ἀῤῥαβίᾳ. Albertus: *in terra Arabiae est species lacertae paruae, quae apud nos est quantitatis siue longitudinis palmi, et accibras proprie vocatur, inuenitur in longitudine cubiti: et lacertae prouinciae versus hyspaniam sunt breues et magnae valde malorum morum, aliquando insilientes in facies hominum.* Deinceps πολλοὶ μείζους Med. In sequentibus ὅσον omittunt V. R. A. Versio Thomae: *quantum vsque ad primam iuncturam cubitorum.* Is igitur τῶν πήχεων scriptum legit, non τῶν δακτύλων. Vnde scribendum ὀπίσθια ἄχρι τῆς πρώτης καμπῆς ὅσον πήχεως docui ad 6, 37. Inepte Albertus: *et posteriores forte habent longitudinem digiti, quoniam mus incedit quasi super totum crus posterius.*

6. ἄπλατον] Vulgatum ἄπλαστον Sylburgio debetur, Iuntina enim ἄπλατον habet, Camotiana vocabulum omisit. Scaliger ἄπλετον praeferebat, quod manus secunda in Reg. scripsit. Med. ἀπαλτόν habet, vnde natum in versione Thomae *ad quantitatem lanceae.* Gaza vertit: *magnitudo anguium mira.* Albertus: *Adhuc autem in Libya inuenitur genus serpentum, quod aplaton graeci sapientes dixerunt, eo quod sine latitudine proportionata longitudini ipsius.* Confirmat igitur scripturam ἄπλατον, quam Moeris Atticis propriam facit, cum Plato et Xenophon forma ἄπλετος vsi reperiantur in libris editis.

προσπλεύσαντες] Versio Alberti: *et dixerunt quidam se vidisse, quod in mari ciuitatum Lybiae viderunt ossa tauri, quem comederunt serpentes dicti.* Sequentia καὶ δῆλον ἦν αὐτοῖς versio Thomae reddidit: *et palam fiunt ipsis.* Postea

vulgabatur *καὶ ἐνίων αὐτῶν ἐκβάλλειν ἀναστρέψασαν.* Med. Canis. *καὶ ἔνιοι αὐτῶν ἐμβαλεῖν ἀνατρέψαντες.* Gaza vertit: *cum triremes productas in altum quam primum angues insectarentur et nonnulli aggressi triremem euerterent.* Gazam scriptum legisse *καὶ ἐνίους αὐτῶν ἐμβαλλοντας ἀνατρέπειν την τριηρη* suspicabatur Sylburg. Contra Scaliger malebat *ἐσβαλεῖν ἀναστρεψαντων.* Ex Reg. vbi manus secunda adscripsit, dedit Camus hanc lectionem: *ἀναγομένων γαρ ταχὺ διωκειν τὰς τριηρεις αὐτοὺς, καὶ ἐνίους αὐτῶν ἐκβάλλειν ἀναστρέψαντας την τριήρη.* Quod nollem factum. Diuersam lectionem secuta est versio Thomae: *et quidam ipsorum quos* ᵗ9 *vidisse redierunt ad nauem.* In compendio scripturae latere videtur *dicunt* vel *ferunt.* Scriptum igitur Thomas legit: *καὶ ἔνιοι αὐτῶν, οὕς φασιν ἰδεῖν, ἀνέστρεψαν πρὸς τὴν τριήρη.* Equidem leuissima mutatione facta Med. et Canis. scripturam recepi.

ἐν τῇ Εὐρώπῃ μᾶλλον] Gaza vertit *in Europa potius sunt.* Supra 6, 31. erat: *τὸ τῶν λεόντων γένος οὐκ ἐν πολλῷ γίγνεται τόπῳ, ἀλλὰ τῆς Εὐρώπης ἁπάσης ἐν τῷ μεταξυ τοῦ Ἀχελώου καὶ τοῦ Νέσσου ποταμοῦ.* Hoc nostro in loco versio Thomae post *Νέσσου* additum *μόνον* reddidit: *Achelon et Nessu solum.* quod inserui. Vir doctus, qui censuram Gallicae editionis Cami dedit in Ephemeridibus Goettingensibus, pro *μᾶλλον* scriptum malebat *μείζους* ob locum Plinii 8. s. 17. *In Europa autem inter Acheloum tantum Nestumque amnes leones esse, sed longe viribus praestantiores iis, quos Africa aut Syria gignant.* Compara dicta ad 6, 31.

7. *ἀνδρειότερα*] Med. *ἀδρειότερα.* Deinceps pro *ποτοῦ* Iunt. Camot. *ποταμοῦ.* Albertus ita vertit: *omnia animalia agrestia sunt in Europa magis siluestria et magis fortia quam alia propter spiritus et sanguinem, quae multiplicantur in eis ex habitatione frigida; sed animalia Asiae sunt malorum morum.* Postea pro *ἀπαντῶντα* ver-

sio Thomae reddidit *commisceri videntur omnibus quae ad aquas.* Legit igitur scriptum απασι τοις πρὸς τα ὑδατα. Plinius 8. s. 17. *Africa haec maxime spectat, inopia aquarum ad paucos amnes congregantibus se feris. Ideo multiformes ibi animalium partus, varie feminis cuiusque generis mares aut vi aut voluptate miscente. Vnde etiam vulgare Graeciae dictum: Semper aliquid noui Africam afferre.* Noster de Generat. 2, 7. Λέγεται δὲ καὶ τὸ περὶ τῆς Λιβύης παροιμιαζόμενον, ὡς ἀεί τι τῆς Λιβύης τρεφούσης καινον διὰ τὸ μίγνυσθαι καὶ τὰ μὴ ὁμοφυλα ἀλλήλοις λεχθῆναι τοῦτο· διὰ γὰρ τὴν σπανιν τοῦ ὑδατος ἀπαντῶντα πάντα πρὸς ὀλίγους τοπους τοὺς ἐχοντας τὰ ναματα μίγνυσθαι καὶ τὰ μὴ ὁμοιογενῆ. vbi versio Thomae scriptum reddidit: ἀπαντῶσι — καὶ μίγνυνται τὰ μὴ ὁμοιογενῆ.

καὶ γὰρ δέονται] Vulgo post γὰρ insertum καὶ cum Thoma omisi; idem pro ἄλλων *aliis* reddidit, et sequens μᾶλλον omisit.

8. καὶ ἄλλα] Copulam ex Med. Vat. et versione Thomae inseruit Camus. Verba καὶ γεννῶσι desunt in R. A. omisit etiam Gaza. Laconicos ita signat noster de Generat. 5, 2. ὅσων οἱ μυκτῆρες μακροί, οἷον τῶν Λακωνικῶν κυνιδίων, ὀσφραντικά. Albertus: *Animalia etiam proficiunt et deficiunt aliquando ex seminum permixtione cum speciebus, sicut dicitur, quod canis profecit in speciem leporarii ex coitu cum vulpe, et ex coitu cum lupo profecit in speciem magni canis, qui mastinus vocatur a nobis.* Camus ait, in Scoti versione esse *et generant leuerarios*, sed coitus cum vulpe ibi mentionem non fieri.

ἐπὶ τῆς τρίτης] Articulum τῆς inseri iussit Sylburg. *sed ex tertia permixtione* versio Thomae, *sed tertio coitu* Gazae. Albertus: *sed aliquando, quum tigris animal multum est in libidine luxuriae, coit cum ipsa, et dentibus abscidit ligamen, et talis fetus primi ventris non domesticatur, sed coit cum domestica catula, et cum peruenit*

ad tertium ventrem, tunc domesticatur. Dicunt etiam quidam, quod leporarii magni, quos veltres quidam vocant, venerunt ex coitu leopardi cum cane. Plinius 8. s. 61. *E tigribus eos Indi volunt concipi, et ob id in siluis coitus tempore alligant feminas. Primo et secundo fetu nimis feroces putant gigni, tertio demum educant. Hoc idem e lupis Galli.* Copiosius haec eadem aliunde narravit Aelianus H. A. 8, 1. Noster de Generat. 2, 7. *καὶ οἱ Ἰνδικοὶ δὲ κύνες ἐκ θηρίου τινὸς κυνώδους γεννῶνται καὶ κυνός.* et hoc in loco pro *τίγριος καὶ κυνὸς* Vatic. habet *ἀγρίου κυνός.*

CAPVT XXVIII. (vulgo XXIX.)

καὶ οἱ τόποι] Versio Thomae copulam hinc demtam et ante *τὰ ἤθη* collocatam reddidit; quem ordinem ex Med. secutus est Camus. Sequens *πεδινοῖς* vulgato *πεδίοις* substitui ex Med. vbi tamen est *πεδεινοῖς*. *in campestribus mollibus* habet versio Thomae, *plana et molliora* Gazae. *ἀλκιμώτερα* Thomas *crudeliora* vertit. Albertus: *Porci enim in terra Ako vocata et similiter lupi fortissimi sunt, eo quod est locus altus et montuosus: et dicitur, quod feminae de loco illo, porca videlicet et lupa, plus fortitudinis habent, quam masculi inferiorum locorum.*

Καρίᾳ] Med. *ἐν Σκυθίᾳ*, quam scripturam reddidit etiam versio Thomae et Gazae. Plinius 11. c. 25. s. 30. *Visuntur tamen aliquando in Italia, sed innocui, multisque aliis in locis, vt circa Pharum in Aegypto. In Scythia interimunt etiam sues, alioqui viuaciores contra venena talia: nigras quidem celerius, si in aquas se immerserint.* Vulgatam scripturam defendebat Pintianus et Scythiam reiiciebat propter frigus ineptum ad generationem veneni scorpionum vehementioris. Caricos scorpiones etiam Nicander memorauit, ad cuius Theriaca plura de his dicentur. Locum Aristotelis disertiorem ex *νομίμοις βαρβαρικοῖς* posuit Apollonius Dyscolus *παραδόξων* c. 11.

καὶ χαλεποὶ] Haec omisit Camotiana. Sequens τάχιστα vulgato μάλιστα substitui ex Med.

2. ἐξ οὗ ὄφεως ποιοῦσι] Med. ἐξ ᾠῶν ὄφεως ποιοῦσα. Deinceps vulgabatur καὶ ἄλλως ἀνιάτως. Gazae versio habet: *Aspis enim anguis, ex quo medicamentum putrificum illud componunt, in Africa gignitur, cuius ictui nullum remedium est.* Retulit igitur verba ad serpentem; contra Scaliger cum Alberto ad septicum medicamentum, quibus opitulari videtur ordo verborum. Quare etiam Sylburgius ἀνίατον scribi maluit. Is tamen simul etiam ἄλλοθι ἀνίατος coniecit, et membrum aliquod excidisse tale fere: τοὺς δὲ ψύλλους οὐδὲν βλάπτει, suspicatus est ex Antigoni c. 19.

ἐν τῷ σιλφίῳ] Reg. habet ἐν τῷ σιλφιώδει. Gaza vertit: *in agro, in quo laser.* Scaliger: *inter virgulta laseris.* Deinceps non ὀφίδιον, sed θηρίδιον Thomas reddidit *bestiola.* Med. R. A. ὀφείδιον habent. Idem Thomas sequens ἄκος omisit vertens: *vbi dicitur esse lapis.* Postea ὃν τινες λαμβάνουσιν ἀπὸ ταφου βασιλέων τῶν ἀρχαίων scriptum reddidit Thomas: *quidam accipiunt a sepulcro regum antiquorum.* In vocabulo ἀρχαίων corruptelam quaesiuit Th. Reinesius Var. Lect. p. 109. quem videbis.

ἐν οἴνῳ ἀποβάψαντες] Albertus: *nisi lapis, qui accipitur in antiquissimis regum sepulturis. — hic acceptus et rasus in vino et in potu datus dicitur hoc venenum restringere.* Pro ascalabotis idem nominauit *astoloboron.* Stellionem vocat Plinius 29. sect. 28. no. 12. et in Italia nasci negat. Idem 8. s. 49. auctore Theophrasto refert, *stelliones mortiferi in Graecia morsus innoxios esse in Sicilia.* In quo loco librarii error intercessisse videtur, quo minus Theophrasti fidem agnoscamus. Auctor Mirabilium cap. 160. *Καὶ ἐν Σικελίᾳ δέ φασι καὶ ἐν Ἰταλίᾳ τοὺς γαλεώτας θανάσιμον ἔχειν τὸ δῆγμα, καὶ ουχ, ὥσπερ τοὺς παρ' ἡμῖν, ἀσθενὲς καὶ μαλακόν.*

σκορπίου ἔχις] Sylburgii emendationem vulgato σκορπίον substitui. In Med. est σκορίος. Gaza vertit: *si alterum ederit alterum, vt scorpium deuorari a vipera certum est.* Scaliger: *Si forte alia aliam deuorarit — veluti si scorpionem vipera comederit.* In annotatione inepte quaerit, quomodo possit hoc esse, vt duo inter se deuorent, et alterius morsus sit pessimus. Nam si ἀλλήλων sit vtrinque reciprocum, neutrum fore superstitem. Intelligit igitur alterutrum. Non animaduertit, Philosophum dicere ἀλλήλων ἐδηδοκότα, si ex se inuicem gustauerint, non vero ἀλλήλους κατεδηδοκότα, si se inuicem deuorauerint. Eam ob causam Sylburgii emendationem recipiendam censui.

πτύελον] Plinius 7. s. 2. *omnibus hominibus contra serpentes inest venenum, feruntque ictas saliua vt feruentis aquae contactum fugere. Quod si in fauces penetrauerit, etiam mori; idque maxime humani ieiuni oris.* Albertus: *E contra saliua hominis ieiuni, qui diu ieiunauit et in praecedenti sero abstinuit, contrariatur omnibus venenosis.*

ἱερὸν] Vulgatum ἱερὰν ex Med. et versione Gazae et Thomae, vbi est *sacrum*, correxi. Deinceps ὃ οἱ πάντες μεγάλοι Reg. habet. Albertus: *Inuenitur autem tyrus siue serpens quidam, quem Graeci alkyneny dicunt, latine autem quidam vocant eum basiliscum: alii verius vocant eum regulum, eo quod est rex serpentum, quem alii serpentes etiam magni fugiunt, cum tamen in longitudine non excedat cubitum: et est pilosus in toto corpore: et quando mordet aliquod animal vel hominem, cito putrefiunt ea, quae circumstant morsum, ex calore veneni.* Nomen serpentis ex versione Scoti Vincentius Sp. nat. 20. c. 45. posuit *caciem.*

δὲ μέγεθός τούτου πηχυαῖον] Vulgatum δὲ τὸ μέγιστον πηχυαῖον ex Med. correxi. Etiam Camotiana habet μέγεθος πηχυαῖον. Gaza vertit: *Magnitudo huic ad cubi-*

tum. Thomas: *magnitudo huius cubitalis.* Scotus apud Vincentium: *quantitas eius est cubitalis quasi.*

καὶ δασὺ ἰδεῖν] Margo Isingr. *δασὺ εἴδει* habet, inutili emendatione. *δασὺ* refer ad *ὀφίδιον*, non ad proximum *μέγεθος*. Deinceps *ὅταν τε δάκῃ* scriptum vertit Thomas *cumque morserit.* Verba *τὸ κύκλῳ* desunt in V. R. A. Denique *οὐ μόνου* Camus ait se ex Med. vulgato *μόνον* substituisse. At Sylburgiana et Laemariana anni 1597. *μόνου* habent. Quod attinet ad rem, serpentem hirsutum vel pilosum equidem nullum adhuc vidi vel memoratum legi. Fuerunt tamen olim, qui Nicandream descriptionem in Theriacis versu 321. eo detorquerent. Verba enim, *ἡ δέ νυ χροιῇ οἵηπερ λασίης δάπιδος περιδέδρομε τέρφει*, Eutecnius paraphrastes ita reddidit: *κατὰ παντὸς δὲ παρέχεται τοῦ σώματος τρίχας· καὶ μὴν ἀλλὰ καὶ τάπητος εὐανθοῦς ὅδε που δείκνυσι τὴν χροιήν.* Cum quo facit Epiphanius T. I. p. 116. cuius verba excerpta posui ad Aeliani H. A. 15. c. 18.

Quod Albertus serpentem hunc facit eundem cum basilisco, nescio qua fide quaue auctoritate nitatur. Sunt quidem multa a Plinio, inprimis Nicandro Theriacorum versu 396. et seqq. narrata de basilisci imperio in reliquos serpentes et veneno acerrimo, sed nihil plane apud vllum scriptorem vel graecum vel latinum reperi traditum, quo hirsutia vel pilositas eius firmari possit. Memoratur etiam ab auctore Mirabilium c. 162. Thessaliae *ἱερὸς καλούμενος ὄφις*, de eiusque natura et veneno eadem fere tradit scriptor, quae de basilisco narrant ceteri; sed pilos tacet, et de magnitudine haec tantum posuit: *τῷ δὲ μεγέθει οὐκ ἔστι μέγας, ἀλλὰ μέτριος.* Denique Indicum serpentem postremo loco commemoratum ab Aristotele Albertus idem pariter basiliscum vocari ait. Itaque in basilisci nomine tam varie huc et illuc tracto praesidium nullum quaeri potest.

CAPVT XXIX.

Λέγεται δὲ κύησις] Ita pro *βλέπεται δὲ ἡ κ.* ex Med. versione Thomae et Gazae scripsit Camus. Verba respiciunt opinionem Aristotelis, qui *ὀστρακοδέρμων τὰ καλούμενα ᾠὰ* oua negauit esse vera, et pinguedinis aliquod genus potius existimauit.

2. *καὶ πλατύτερος*] Ita pro *παχύτερος* Med. versio Thomae, Gazae et Scoti. Deinceps comparatiuum *χείρους* expressit versio Thomae. Albertus *μαινίδα* vertit *menyz*. Plinius 9, 25. *Mutant colorem candidae hieme maenae et fiunt aestate nigriores.* quem locum Harduinus nulla Codicum auctoritate male mutauit. *Paruum tragum* vt a nullo alio dictum ex Ouidio commemorauit 32. c. 11. sed ibi Broterius ex coniectura Harduini et Ouidio *percam tragum* edidit. Oppianus Hal. 1, 108. maenides et hircos vna nominat, et vtrumque in litoribus algosis sub herbis degere canit. Marcellus Sidetes versu 28. paruas maenides, versu 23. hircos (*τραγίσκον*) separatim nominauit. Aelianus 12, 28. ex nostro: *καὶ ἰχθῦς δὲ τὴν χρόαν μεταβλητικοὶ οἵδε, κίχλαι τε καὶ κόσσυφοι καὶ φυκίδες τε καὶ μαινίδες*, vbi *τῆς χρόας* scribi debuisse opinor. Cetera vide in Histor. litter. Pisc. p. 96.

καὶ κίχλας] Omisit haec versio Thomae, vbi est: *kossifos: etenim karis.* Supra c. 15. *κόσσυφον* nominauit, *κίχλην* contra quatuor in locis, vbi plura de hoc genere dicta sunt. Albertus *focokoco et clayca* nominat.

ἡ καρὶς — κατὰ τὰς ὥρας μεταβάλλει] Verbum postremum ex Med. et versione Thomae adieci. *καρὶς* Gaza *squillae* vertit eumque sequitur Camus. Statim eadem varietas occurret. Tacuit h. l. Camus, et Aelianus *καρίδος* mentionem omisit. Albertus *meryz* nominat, quasi iterum *μαινίδα* scriptum legisset interpres Arabs.

3. *φυκὶς*] Supra maris et feminae differentiam posuit 6, 13. quae colore et squammarum magnitudine contine-

tur. *στιβάδας* versio Thomae *stratum* reddidit. Albertus habet *koky autem qui est vitulus marinus*, quasi *φώκη* scriptum legisset Interpres. Idem habet: *facit astarady hoc est nidum.* Deinceps *ἐν τῇ στιβάδι* habent V. R. A. Plinius 9, 26. *mutat et phycis reliquo tempore candida, vere varia. Eadem piscium sola nidificat ex alga atque in nido parit.* Plutarchus de Solertia p. 196. Hutten. *ἰδίᾳ δὲ αἱ φυκίδες ἐκ τῶν φυκίων οἷον νεοττιὰν διαπλασάμεναι περιαμπέχουσι τὸν γόνον καὶ σκέπουσι ἀπὸ τοῦ κλύδωνος.* Marcello Sidetae versu 29. *ἐρευθήεσσα φυκὶς*, i. e. rubra, dicitur. Cf. Histor. litt. Pisc. p. 170.

καὶ ἡ σμαρὶς] In versione Thomae iuxta maenidem nominatur *caris*. Igitur *καρὶς* scriptum legit. Gaza post *alecem*, quo nomine reddere solet *μαινίδα*, nominauit *cerrum*. Nihilo tamen minus Camus ad vocabalum *μαινὶς* sectionis sequentis, vbi optima ad esum grauida dicitur, ex Med. apposuit varietatem *κυρὶς*, ex Canis. *καρὶς*, versionum nulla habita ratione. Albertus tantum *medyz* nominauit, et paulo post *menyz*; nec initio sectionis 3. Gaza seu Thomas variant. Si *καρὶς* vel *κυρὶς* vel *κεῤῥὸς* piscis est, habendus mihi videtur idem, qui alibi *κηρὶς* vel *κιῤῥὶς* vocatur, de quo dictum fuit ad Oppianum p. 383.

οἱ λοιποὶ πλωτοὶ] Ita pro *οἱ λεπιδωτοὶ* scripsi ex Med. et Veneto. Dixi ad 6, 13. Vulgatam reddiderunt Thomas, Scotus cum Alberto et Gaza.

4. *δύο πήχεων*] Vulgatum *πέντε* ex versione Plinii, Thomae, Scoti et Gazae correxit Camus. Plinius 9, 15. *Invenimus talenta XV. pependisse thynnum, eiusdem caudae latitudinem duo cubita et palmum.* Versio Thomae: *duorum cubitorum et palmae.* Albertus: *Iam enim deprehensus est tochen antiquus et ponderabat XV. talga, et sua cauda erat duorum cubitorum lata et vnius palmae.*

5. *ὅταν ἀνατραφῶσι*] Thomae versio: *qui remissi fue-*

riit. σαπέρδην ab Athenaeo et Hesychio vocari, monuit Sylburg. Compara Hist. litter. Pisc. p. 103.

γλάνις] Vulgabatur γλανίς. Alberto *halon* dicitur, qui cum eo sequentia male copulauit addens: *Est autem genus quoddam ostrei, et vnum videtur habere virgam et alterum vuluam, et vocatur apud Germanos inferiorum marium billegen.* Forte vocabulum postremum idem est cum Pilleger, et Itineratorum pilei ornamentum, ostreum St. Iacobi, genus pectinis significat.

ἀλλὰ τῇ ὄψει διαφερούσας] Vulgabatur δοκούσας. Camotiana cum Med. Canis. διαφέρουσιν. Camus ex V. R. διαφόρους recepit. Nostrum habet versio Thomae: *visu differentes.* Gaza: *quia aspectu a caeteris discrepant, foeminae appellantur.* De re dictum ad 4, 11, 3.

